SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

ANNALES XANTENSES
ET ANNALES VEDASTINI.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1909.

ANNALES XANTENSES
ET
ANNALES VEDASTINI.

RECOGNOVIT

B. DE SIMSON.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1909.

HOC TOMO CONTINENTUR

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

PRAEFATIO.

I. Annales qui dicuntur Xantenses.

Annalium qui dicuntur Xantensium codex, ut videtur re vera unicus, exstat Londinii in museo Britannico, inter Cottonianos, Tiberius C. XI. signatus, membr., isque satis aegre servatus. Vix enim effugit cladem bibliothecae Cottonianae a. 1731. incendio illatam, quo margines foliorum adusti sunt, quamquam textus integer permansit. Libri qui in bibliotheca publica civitatis Hamburgensis (nr. 18) atque in bibliotheca regia Havniensi (nr. 624) inveniuntur iam non sunt nisi exemplaria eiusdem, circa a. 1600. exarata[1].

Descripsit codicem Londiniensem, in quo hos annales a. 1827. invenit, G. H. Pertz in SS. t. II, p. 217 sqq.; tum K. Hampe, qui eum in itinere Britannico a. 1895. et 1896. suscepto vidit, in 'N. Archiv' t. XXII, p. 633 sq. Etiam liber Karoli de Richthofen, 'Die ältesten Egmonder Geschichtsquellen' (Berolini 1886) p. 168 sqq. dignus est qui adhibeatur. Videre me non potuisse doleo quae M. S. Pols in libro Roberto Fruin a discipulis dedicato 'Geschiedkundige opstellen' (Hagae 1894) ad rem disseruit[2]. Confectus est hic codex, cui etiam manus saec. XV. in folio olim anteposito (nunc 2) Donationes ecclesie traiectensis et nostre cum cronicis inscripsit, in monasterio Egmondano dioc. Traiectensis. Et est quidem collectaneus, qui multa et varia diversis manibus a saec. X. usque ad initium saec. XIII. scripta, velut Einhardi Vitam Karoli M., Reginonis chronographiam (sine continuatione), Annales Egmondanos (cum excerptis ex Reginonis chronico coniunctos), contineat. Annales Xantenses manu saec. XI. litteris satis gracilibus

1) Cf. Pertz, 'Archiv' VI, p. 633 sq. VII, p. 614; SS. XVI, p. 442 sq. 2) Cf. 'N. Archiv' XX, p. 486.

exarati in f. 132—145. leguntur; scripturae specimen ex a. 865. desumtum tab. VII. SS. t. II, p. 219. addita ostendit.

G. H. Pertz, qui hos annales ibidem p. 217 sqq. primus et usque adhuc solus edidit, eos etiam satis emendate recognovit. K. Hampe, cuius collatione nobis uti licuit, librum denuo conglutinatum atque numeros foliorum paulo mutatos, sed nonnisi pauca corrigenda vel supplenda invenit. In linguam Germanicam Annales Xantenses bene transtulit paucisque adnotationibus accuratius illustravit vir doctissimus C. Rehdantz b. m. in collectione 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' inscripta, cuius editio altera (t. XXIII, saeculi IX. t. VIII, 1889) idem opus a W. Wattenbach diligenter retractatum exhibet. Praeterea intellegenter arguteque de his annalibus Hans Steffen in 'Neues Archiv' t. XIV, p. 87 sqq. egit.

Praecedunt in codicis f. 128'—130'. annales 640—789, sed multis annis nihil adscriptum est. At iam Pertz perspexit hos multo posterius a monacho Egmondano suppletos esse. Etiam fontes, ex quibus conscripti sint, explorare conatus est, quos postea alii viri docti[1] accuratius indicaverunt. Sunt inprimis chronographia Sigeberti, tum Reginonis, praeterea alii, quos in editione eius supplementi (infra p. 34—39) laudavimus. Adhibitae sunt hae notae in Chronico Hollandiae[2]. Eadem manus etiam in fol. quod iam 131. numeratur, olim assuto, nunc male inserto[3], annales breves ex Xantensibus necnon ex Sigeberti chronico excerptos addidit, quos Pertz 'Annalium Xantensium Appendicem' inscripsit et l. c. p. 236. item publici iuris fecit, nos maximam eorum partem, qui nullius pretii sint, neglegendam censuimus[4].

Primus editor Annales Xantenses a. 790—829. Annalibus regni Francorum (quos Annales Laurissenses et Einhardi nuncupavit) tamquam fundamento inniti putavit. Quod tamen nonnisi ex parte et cum aliqua exceptione concedi potest. Nondum noverat ille vir b. m. Annales illos vulgo Maximinianos dictos, quos a. 1844. l. b. de Reiffenberg in lucem dedit, deinde G. Waitz perita manu indagavit atque

1) Cf. Bonnell, 'Die Anfänge des karolingischen Hauses' p. 149 sq.; Oelsner, 'König Pippin' p. 518 sqq.; K. v. Richthofen l. c. p. 172 sqq.; Steffen l. c. p. 89, n. 1; Holder-Egger, SS. XV, 2, p. 701, n. 3; Vitae S. Bonifatii, rec. W. Levison, SS. r. G. p. XLVII. 59 sq.; Hellmann, 'N. Archiv' XXXIII, p. 738, n. 1; de libello denique a M. S. Pols edito vide supra p. V. 2) Cf. SS. XVI, p. 443; K. v. Richthofen l. c. p. 33 sqq. 3) Cum pagina aversa adversam iam antecedat. 4) Cf. infra p. 39, n. *.

in SS. t. XIII, p. 19 *sqq. recognovit. Quibuscum nostri tam arta affinitate coniuncti sunt, ut ab a.* 790, *quo incipiunt, usque ad* 811, *quo illi desinunt, haud dubie maximam partem ex eodem annalium libro profecti sint. Nec minus clare apparet hunc librum inde ab a.* 797. *Annales regni Francorum omnino secutum esse, sed post a.* 811. *nostri non iam ex illis repetita praebent, sed alia nituntur memoria annalium, quam indicare difficile est, nisi pauca ex Thegani Vita Hludowici imperatoris deprompta credere velis.*

Ceterum partes horum annalium satis diversae. In relatione a. 834. *(p.* 9*) scriptor Hlothario favet, Hludowicum Germaniae regem, qui adversus fratrem astute et infideliter egerit, reprehendit. Postea Hlotharii ne obitus quidem notatus, Hludowicus (a.* 869. 873, *p.* 27. 32*) rex ceteris in imperio quondam Karoli M. regnantibus sapientior et iustior atque pater pius laudatur. Nec tamen ideo cum Georgio Pertz opus duobus saltem scriptoribus, immo viri d. H. Steffen opinionem sequentes totum eidem deberi censemus*[1]. *Priora tam neglegenter aliunde excerpta, ut nonnumquam intellegi iam nequeant, nisi fontem ipsum adeas vel fragmenta quae praebent alio modo supplere coneris. Postrema pars, praesertim inde ab a.* 869. *aliquanto maioris pretii, quippe qua res multo uberius atque ab eo cui curae cordique fuerint tractentur. Illic aliis obnoxius eorum iudicium temere suum fecisse videtur, hic propriam mentem secutus suo iudicio stetit. Temporum quoque ratio, antea saepius turbata, numeris annorum* 854—872. *etiam post veros semper uno remanentibus, extremo in fine tandem ad suum ordinem redit. Sermo, ubi auctor iam sua praebet, grandiloquus et verbis Bibliae Vulgatae nimis refertus, sed semper quasi prisco indulgens et qui contra legem grammaticam graviter peccet. Animadvertas velim participium praesentis pro indicativo usurpatum*[2], *immo coniunctionem* ut *cum indicativo positam.*

Multum loci res Gunthari archiepiscopi Coloniensis occupant, qui, cum Hlothario II. regi in repudianda uxore legitima favisset, a munere remotus est. Hunc scriptor acerrime impugnat, tandem alium in eius locum subrogatum esse vehementer gaudens. Commemorat quoque orientalem partem provinciae Coloniensis aliquamdiu a Liudberto Monasteriensi administratam. Hunc episcopum 'Saxoniae', ut manifesto apparet, singulari studio prosequebatur[3]; *hunc*

1) *Cf. etiam S. Hellmann, 'N. Archiv' XXXIII, p.* 738. 2) *Cf. p.* 11, *n.* 5. 3) *Cf. etiam R. Wilmans, 'Die Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' I, p.* 415, *n.* 3.

venerabilem et beatum praedicat, huius etiam obitus diem notat necnon de reliquiis ab illo monasterio Freckenhorst donatis et aliis gratia papae acceptis, ut alibi de corporibus sanctorum in Saxoniam translatis, refert.

Quas res si reputas, non immerito miraberis, quod Georgio Pertz hos annales, qui medio aevo fere incogniti mansisse videntur [1], Xantenses nuncupare placuerit. Innititur enim tantum iis, quae a. 864. (p. 20) de loco Sanctis 'opinatissimo' vastato et ecclesia S. Victoris incensa enarrantur, quam cladem scriptor non modo vehementissime doluit, sed etiam oculis vidisse videtur. Attamen ne Pertz quidem ideo totum opus illo in loco confectum esse contendit. Alius vir doctus [2] nuper non sine causa veri similius putavit auctorem Coloniae Agrippinae vixisse, quo etiam corpus S. Victoris a praeposito, uno presbytero comite, perductum accipimus. Utcumque res se habet, inscriptionem a primo editore commendatam et iam usitatam non ausi sumus penitus spernere, cum alia certa substitui nequeat et id solum pateat, auctorem Ripuariam et Westfaliam, inprimis provinciam Coloniensis et diocesim Monasteriensis ecclesiae tamquam patriam amplecti.

G. H. Pertz in editione principe codicem, apographum sane, sed unicum, fere ad litteram secutus, nonnisi perpauca emendavit neque nos multo plura correximus, cum nonnulla, quorum veram lectionem nonnisi annotare licuit, iam ab ipso annalista depravata videantur.

II. Annales Vedastini.

Annales Vedastinos iam qui primus de iis disseruit, abbas Lebeuf, ita nuncupavit, quamquam partem tantum posteriorem eandemque graviorem a monacho S. Vedasti Atrebatensis, ceteras in diversis locis scriptas censuit. Item I. v. Iasmund opus pluribus auctoribus deberi opinatus est. Iure

1) Quod ex eo colligi potest, quod vix usquam vestigia eorum reperiantur. Cf. tamen infra p. 2, n. 3. et quae L. Weiland SS. XV, 2, p. 1300. ad Annales S. Mariae Ultraiectensis annotavit. K. v. Richthofen l. c. p. 35. nostros etiam in Chronico Hollandiae adhibitos esse vult, sed sine causa. Quod verba de sanitate Leoni III. papae reddita a. 799. (p. 2, l. 23) etiam alibi occurrant (cf. 'N. Archiv' XXVI, p. 552), casu accidisse videtur. 2) F. Lot, 'Bibliothèque de l'École des chartes' LXVI (1905), p. 280.

tamen D. Bouquet, quem posteriores editores secuti sunt, totum eidem illius monasterii monacho adscribi voluit. Annalium enim patriam illam esse, cum aliis locis confirmatur, tum ex eis quae a. 881. *et* 892. *(p.* 49. 71*) leguntur liquido apparet. Nec magis dubitandum, quin auctor, etsi non semper quae evenerit statim litteris mandaverit*[1], *aequalis fuerit. Id inter omnes constat*[2], *scriptorem fide admodum dignum neque studio aut ira*[3] *a vero abductum nobis opus haud parvi pretii reliquisse. Inde inprimis cognoscuntur quae in Francia occidentali, praesertim a Normannis, intra postrema lustra saec. IX. gesta accipimus; quare dolendum, quod iam ante initium sequentis desierit. Sane, quod facile sentias, scriptor erat homo acris ingenii, qui narrata festinanter in membranam coniecta retractare supersederit. Sermo saepe eo minus planus, quod legem grammaticam prorsus ignoravit eamque vel in casibus ponendis vehementer offendit. Copia quoque verborum plane caruit, immo easdem locutiones tam constanter repetiit, ut inutile, quin permolestum videretur eas quoties iterentur annotare. Attamen homo iste barbarus eius ingenii et virtutis in scribendo erat, ut res nonnumquam, ut geri videas, exposuerit animumque lectoris gravius commoveat.*

Codicem autographum, qui iam non exstat, perfectione quodammodo caruisse ex exemplaribus superstitibus colligere fas est, quae, etsi diversis classibus tribuenda sint, pariter tamen quibusdam lacunis et vitiis deformata sunt. Et sinceriorem quidem recensionem (quam littera A signavimus) non codices, quos possidemus, sed duo alia opera, scil. Annales Lobienses, quibus Vedastini integri, et Chronicon Vedastinum, cui illi maximam partem inserti sunt, servaverunt. Excipienda tamen narratio a. 898 *haud dubie aliena manu inserta*[4], *quae neque fide digna neque contextui et sermoni horum annalium conveniens videtur.*

A 1*) Annales Lobienses codice B a b e n b e r g e n s i E III* 18, *membr. fol., saec. XI, nobis traditi sunt, quem G. Waitz, tum iterum O. Holder-Egger in usum novae editionis Annalium Vedastinorum contulerunt, postquam ille*

1) *Iam a.* 888. *(p.* 65, *l.* 8 *sq.) Widonem imperatorem coronatum commemorat, quod nonnisi a.* 891. *factum esse constat.* 2) *Cf. Dümmler, De Arnulfo Francorum rege p.* 176; *Vogel, 'Die Normannen' p.* 383; *Eckel, 'Charles le Simple' p. VIII.* 3) *Nisi forte eum in Bosonem 'tyrannum' odium quoddam gessisse velis (cf. a.* 879. 800. 882, *p.* 45, *l.* 22. 47, *l.* 14. 52, *l.* 15*).* 4) *V. infra p.* 80, *l.* 16 *sqq.*

lectiones notatu praecipue dignas iam in SS. t. XIII, p. 233. *indicavit, librum ibid. p.* 224 *sq. descripsit, specimen scripturae in tab. III. p.* 674. *addita ostendit.*

A 2*) Chronicon Vedastinum codice bibliothecae publicae Duacensis nr.* 753, *membr. saec. XI. ex., servatum est, qui, nescio an non iure, autographus creditur. Hunc quoque G. Waitz cum altera editione Pertziana Annalium Vedastinorum contulit, cum partem lectionum iam SS. l. c. p.* 709. *enotasset. Codicem ipsum ibid. p.* 674 *sqq., specimine in eadem illa tabula addito, descripsit.*

Classem B duo qui supersunt codices, uterque Bruxellensis, repraesentant. Et primo quidem de libro

B 1*) bibliothecae regiae Bruxellensis nr.* 15835 *dicendum. Erat is olim monasterii S. Bertini (ibi numero* 258 *signatus), etsi fortasse aliquando monasterio Blandinio Gandavensi commodatus sit. Postea in rem privatam transiens in bibliothecam Gasparolii canonici devenit, cuius libri manu scripti cum a.* 1823. *(Sept.* 3.*) Antverpiae venundarentur, a C. van Hulthem emptus est. Quare diutius adeo latuit, ut Pertz aliique eum iamiam periisse putarent, donec in bibliothecam regiam Bruxellensem perveniret, ubi W. Arndt b. m. cum a.* 1868. *invenit*[1]. *Unde hunc librum, ex quo Annales Vedastini primum in medium prolati sunt, hieme anni praeteriti benigne in bibliothecam regiam Berolinensem transmissum consulere potui.*

Est, praeter duo folia chartacea anteposita, membranaceus, altitudine 30, *latitudine c.* 24 *cm. habens,* 16 *foliorum, proinde* 32 *paginarum, quarum* 31 *numeratae; singulae tricenarum quaternarum linearum, praeter ultimam, quae tantum viginti sex continet, infima parte folii non abscisa, sed deficiente. In altera pagina eiusdem folii varia lineamenta et notae, quae patriam libri indicent, velut* lib̄ sc̄i Bertini abbatis & confes(soris) — *tum (quod manu posteriore scriptum est)* Iste liber est sc̄i bertini si quis retinuerit celauerit uel furaverit anathema sit amen —, *sed etiam*

o d̄s imm̄se templū rege blandiniense

et Sancte Gudwale ora pro nobis, *quae ista itidem monachum Blandiniensem sapiunt*[2].

Scriptura est magna saec. X, sed in p. 14. *lin.* 26 *verbis* ingandao monasterio (in Gandao monasterio; *cf.*

1) *Cf. 'Historische Zeitschrift' t. XXXI, p.* 168. 2) *Cf. Acta SS. Boll. Iun. I, p.* 728 *sq.*

infra p. 46, *l.* 1), *quod quidem eos, qui codicem ante me viderunt, effugisse videtur, alia manus incipit, priori quidem simillima, attamen paulo minus firma et, quod praesertim litterae* a *et* ę *demonstrant, dispar. Litterae initiales ubique eiusdem satis pulchrae formae, ubi versus mutantur, saepius rubro colore pictae. Verba plerumque haud iuste divisa. Imaginem totius pag.* 23.[1] *W. Arndt, 'Schrifttafeln', ed.* 3. *cur. M. Tangl (Berolini* 1897*), fasc. I, nr.* 18. *dedit.*

Codicem iam valde exilem olim plura continuisse, priorem eius partem separatam vel deperditam esse ex rubrica, quam in p. 1. *offendimus:* ITEM INCIPIT CHRONICA AB ANNO INCARNATION[IS] DOMINICAE . . . *apparet. Sequitur spatium vacuum duorum versuum, quod exemplo codicum similium (de quibus infra) expleri oportet:* DCLXXXVI. AB INITIO UERO MUNDI $\overline{IIII}$ DCCLXX. *Textus sub hac rubrica editus incipit:* IUSTINIANUS minor filius constantini, *desinit verbis:* Liutbrandus audiens quod sarraceni — cum debito tanto patri honore recondidit. Romane ęcclesię post gregoriū . item alius gregorius suscessit *(sic)* in episcopatu *in p.* 4, *ubi hac nova rubrica:* HUCUSQ: PRESBITER BEDA CHRONICĀ SUĀ PERDUXIT. CUI NOS ISTA SUBICIMUS. *excipitur. Animadvertendum ea quae praecedant sane ex Bedae Venerabilis Chronico de sex huius saeculi aetatibus deprompta esse*[2], *additis tamen inter alia verbis* Romane — episcopatu. *Subiciuntur in p.* 4—12. *Annales Laurissenses minores, quos G. Waitz Chronicon breve Francorum Laurissense appellari maluit:* Pippinus dux francorū filius Ansgisi — Imperator hludouuicus hlothariū filium suum in imperio cū consilio francorum constituit *(cf. SS. I, p.* 114—122*).*

Quae quidem, cum ex Bedae chronico excerpta et brevi additamento aucta, tum Chronicon breve Laurissense, omnia eadem ratione composita et inscripta etiam in aliis codicibus inveniuntur. Sunt Vaticanus inter Palatinos nr. 243 *(olim S. Nazarii Laurissensis), qui ea (in fol.* 52 *sqq.) manu saec. IX. exarata exhibet*[3]*; Valentianensis T.* 4. 16. *saec. X. (olim S. Amandi Elnonensis), cuius cum lectionibus Chronici brevis Laurissensis nostrae*

1) *Quae verba* Karolus vero post amissum imperium — Interim Nortmanni *(infra p.* 64, *l.* 10 — *p.* 66, *l.* 13*) exhibet.* 2) *Cf. Auct. antiq. XIII, p.* 315 — 321; *etiam p.* 232. 3) *Cf. Pertz, 'Archiv' XII, p.* 332; *'N. Archiv' X, p.* 232.

plerumque congruunt[1]; tum codex bibliothecae Bernensis nr. 83 A signatus (olim S. Remigii Remensis), qui item Bedae chronicon de sex aetatibus atque Chronicon breve Laurissense, praeterea et catalogum abbatum S. Vedasti continet, quare a Pertzio illo in monasterio, et quidem iam inter annos 839. et 845. scriptus esse censetur[2]. Accedit codex Annalium Vedastinorum iunior, infra commemorandus.

Chronicon breve Francorum Laurissense in p. 12—31 codicis Bruxellensis, de quo loquimur, nr. 15835 signati, statim, nulla rubrica inserta, ne versu quidem mutato neque initio littera maiuscula distincto Annales Vedastini subsequuntur. Textus in universum a recensione A, praesertim ab Annalibus Lobiensibus (A 1) non multum differt, attamen sermo nonnumquam commutatus et etiam praeter graviorem lacunam, qua narratio a. 881. deformatur[3], pauca omissa aut perperam intellecta. Anni nonnumquam alio modo et tum quidem plerumque minus recte dividuntur; omissus numerus anni 886[4], ubi textus eodem versu pergit, ex quo errore factum est, ut ille postea falso pro 887. positus sit et ita deinceps usque ad finem.

B 2) Alter codex Bruxellensis nr. 6439—6451, membr. saec. XI. ex., olim S. Vedasti Atrebatensis, postea collegii societatis Iesu Brugensis, tum Antverpiensis, praesertim a Pertzio in SS. t. II, p. 192 sq. descriptus est; cf. etiam Georgii Waitz praefationem Annalium Bertinianorum, SS. r. G., p. IX. atque quae idem de his in 'SB. d. Akad. d. Wiss. zu Berlin' 1883. p. 113 sqq. disseruit; Auct. antiq. XIII, p. 232. necnon prooemium, quod C. Dehaisnes editioni suae infra commemoratae praemisit, p. II sq. XI. Liber duabus saltem manibus exaratus est, quae nonnumquam in eodem folio sibi invicem succedunt; finem Annalium Vedastinorum tabula VII. eiusdem SS. tomi p. 219. adiuncta reddit.

Magna quidem ex parte hic liber certe transscriptus videtur ex codice bibliothecae publicae Audomarensis nr. 706 (olim cum nr. 697. coniuncto) saec. X, ex quo inter alia Annales Bertinianos repetierit. Insunt tamen etiam quae in illo desiderantur, praesertim extrema pars Bedae Chronicorum maiorum, Chronicon breve Francorum Laurissense, Annales

1) Cf. Pertz, 'Archiv' VIII, p. 441 sq.; Waitz, 'SB. d. Akad. d. Wiss. zu Berlin' 1882. p. 399, n. 1. 409 sqq. 2) Cf. Pertz, 'Archiv' V, p. 486 sq.; SS. I, p. 113. 3) Cf. p. 50, n. d. 4) Omissus est etiam A 1, ubi tamen error non continuatur. Ceterum etiam scriptor Chronici Vedastini (A 2) annos nonnumquam diverso modo divisit.

Vedastini, eodem ordine ut in codice nostro B 1 *aliisque, de quibus diximus, coniuncti.*

Quod Pertzius de isto codice iuniore Bruxellensi in praefatione ad Annales Lobienses egerit, id ideo, quod Vedastinos illis insertos perspexerit, minus tamen commode fecit. Inde enim evenit, ut nonnulli viri docti, velut C. Dehaisnes aliique, verbis illius non recte intellectis, codicem ipsum Lobiensem putarint[1].

Recensionem, quam librarii sequebantur, eandem fuisse atque illam, quam codex B 1 *repraesentat, nemo non videt, cum id multis lectionibus et mendis necnon eadem ratione annos dividendi eodemque in iis numerandis errore comprobetur. Quod a.* 881. *(p.* 49, *l.* 5*) pro* monasterium nostrum *perperam* monasterium Sitdiu *legatur, eo effectum esse potest, ut scriba librum, quo utebatur, in monasterio S. Bertini exaratum noverit. Etiam lectiones Chronici Laurissensis*[2] *cum iis, quas B* 1 *praebet, satis congruunt. Nihilominus valde dubito, num cum Wilhelmo Arndt, qui id sibi plane persuasum habuit*[3], *ipsum cod. B* 1 *in B* 2 *exscriptum credam. Quod si ita esset, ut de minoribus taceam, quî factum esse putemus, ut textus a.* 881, *in illo mutilus*[4], *hic integer inveniatur?*

Georgium Pertz hunc codicem inter regios Bruxellenses a. 1826. *non sine magno gaudio invenisse, minime mirum id quidem, cum antiquiorem iam non superstitem putaret neque textum Annalium nostrorum Lobiensibus insertum melioris notae esse sentiret. Tantum autem abest, ut, quod nonnulli crediderunt, ceteris Vedastinorum exemplaribus praeferendus sit, ut veras lectiones vel multo magis commutatas praebeat. Satis enim apparet scriptorem sermonem annalium barbarum secundum legem grammaticam corrigere atque quae non integra essent supplere conatum esse, et id quidem semper temere, plerumque infeliciter. Unde etiam colligi potest librarios, qui hunc librum exaraverunt, talem recensionem iam ante oculos habuisse, non ipsos confecisse. Nihilominus, ne quid apparatui nostro deesset, O. Holder-*

1) *Cf. de hoc errore quae G. Waitz in praef. ad Ann. Bertin. l. c. n.* 3. *animadvertit. F. Kurze ('N. Archiv' XXVIII, p.* 25*) Pertzii editione adductus etiam in opinionem incidit hunc codicem Bruxellensem excerpta ex Annalibus Lobiensibus, tum Annales Vedastinos ex illis transscriptos exhibere.* 2) *Cf. SS. II, p.* 194; *v. g. in utroque codice omissa sunt verba* Pippinus omnem Aquitaniam peragrando — fugae et tyrannidi finem dedit *(SS. I, p.* 117, *l.* 17—19*).* 3) *Cf. 'Histor. Zeitschr.' l. c.* 4) *Cf. supra p. XII; infra p.* 50, *l.* 27.

Egger etiam, hic liber ut Berolinum mitteretur, proxime rogavit et eum liberaliter commodatum non sine fructu denuo sua manu excussit.

Etiam minus quam haec recensio, quam quodammodo retractatam dicere possis, Chronicon de gestis Normannorum in Francia *a.* 833—911. *(Chr. Norm.), quod primus Andr. Duchesne publici iuris fecit, tum D. Bouquet in diversos tomos collectionis suae, Pertz in SS. t. I. (p.* 532—536*), etiam I. Langebek in Script. rer. Dan. medii aevi t. II. receperunt, nobis utile. Est enim praeter pauca, quae initio et in fine, partim, ut videtur, ex Iordanis Geticis et Dudonis opere de primis Normanniae ducibus hausta, tum a.* 846.[1] *et* 881. *inveniuntur, fere totum ex Annalibus Bertinianis et Vedastinis excerptum, sed quam neglegentissime. Textus Ann. Vedastinorum, quo scriptor usus est, fere idem quem B* 2 *exhibet fuisse videtur. A.* 881, *ubi illic monasterium Sitdiu perperam monasterio S. Vedasti substitutum invenimus, hic de Sithiu oppido dicitur*[2]. *Ibique in monasterio S. Audomari auctorem vixisse iam Pertz perspexit*[3]. *Certe illius ecclesiae canonicus Lambertus hoc Chronicon Libro Florido*[4], *quem vocavit, a.* 1120. *inseruit, fortasse ipse conscripsit.*

Certa, quamquam rara vestigia, Annalium Vedastinorum in Gestis episcoporum Cameracensium deprehenduntur, ubi codex classis B adhibitus videtur. Legit eos etiam monachus Marchianensis, qui Miracula S. Rictrudis conscripsit. Necnon in Sigeberti Gemblacensis chronographia nonnulla ex illis repetita videntur, etsi a scriptore temporum ordinis parum curioso non iustis annis inserta sint. Neque Folcwinum nostros novisse negarim. Etiam Regino nonnulla non ita dissimili modo narrat mirumque Herimannum Augiensem semel fere iisdem verbis usum esse[5]. *Porro in Miraculis S. Bavonis Gandensis nonnulla ex Annalibus*

1) *Cf. W. Vogel in opere infra commemorato p.* 118, *n.* 1. 2) *Cf. infra p.* 49, *n.* 6; *G. Waitz in 'SB. d. Akad. d. Wiss. zu Berlin'* 1883. *p.* 119; *Dümmler, 'Ostfr. R.'* 2. *ed. III, p.* 149, *n.* 2; *Monod, 'Revue critique'* 1872. *p.* 247, *n.* 2. — *Scriptorem Chronici ipsum verba* monasterium nostrum *male intellexisse ideoque mutasse, Pertz, SS. I, p.* 536, *cum cod. B* 2 *nondum novisset, sed etiam Holder-Egger SS. XV,* 1, *p.* 514, *n.* 3. *censuerunt.* 3) *Cf. SS. I. XV. ll. ll.* 4) *Cf. de hoc libro, ad quem O. Holder-Egger animum meum advertit, eiusque autographo nunc in bibliotheca universitatis Gandensis (nr.* 92*) servato Migne, Patrol. Lat. CLXIII, col.* 1003—1032; *Pertz, 'Archiv' VII, p.* 540 *sqq.; Delisle in 'Notices et extraits des manuscrits de la Bibl. nat.' XXXVIII, p.* 577 *sqq., praesertim p.* 697 *sq.* 5) *Cf. p.* 64, *n.* 8.

Bertinianis et Vedastinis excerpta inveniuntur, quae scriptor ex cronica post Bedam *deprompsisse se dicit*[1], *quorum lectio in universum cum Chronico Vedastino concordat. Eodem chronico Andreas Marchianensis ea ratione usus esse videtur, ut ex illo excerpta cum verbis Sigeberti contaminaret. Ex Andreae opere rursus Iohannes Longus de Ipra hausit. Is qui Sermonem in tumulatione S. Quintini composuit et* ex annali chronica *pauca, quae cum nostris plerumque conveniant, attulit*[2], *non tamen hos, immo Annales S. Quintini, iis qui supersunt locupletiores, adhibuisse censendus est.*

In lucem hi annales nonnisi sero, scil. saeculo XVIII. medio, prolati sunt, postquam D. Cletius (Clety), bibliothecarius monasterii S. Bertini, de codice, quem nos B 1 *signavimus, ibi servato abbatem Lebeuf certiorem fecit, deinde eidem in illa abbatia moranti librum otiose perscrutari concessit. Cuius studii summam vir de historia patriae suae bene meritus in dissertatione bipartita commentariis Academiae inscriptionum*[3] *inserta diligenter exposuit, tum exemplar codicis a Cletio sibi missum cum D. Bouquet communicavit. Hic primus in collectionis suae t. VIII. (Paris* 1752*), p.* 79—93. *Annales Vedastinos edidit notisque, quas tamen plerasque ex commentariis abbatis hausit, illustravit. Omissum immerito initium operis usque ad a.* 877. *verba* Franci vero mense Decembrio *(infra p.* 42, *l.* 20*), quippe quo vix prodita viderentur quae non iam nota essent.*

Qua in editione principe nititur ea, quam G. H. Pertz SS. t. I. (a. 1826*), p.* 516—531. *inseruit, ubi nonnulla illic temere iuxta legem grammaticam castigata restituit, pauca ipse emendavit. Tum, ubi Bruxellis in alterum illum, quem nos B* 2 *signavimus, codicem incidit, eosdem annales ex hoc SS. t. II. (a.* 1829*) iterum, et quidem initio operis et loco a.* 881. *in B* 1 *omisso suppletos, verae tamen formae, ut iam vidimus, etiam minus congruentes proposuit.*

Quadraginta plus anni transierunt, C. Dehaisnes, archivo Insulano praefectus, hos annales denuo in libro a se edito 'Les Annales de Saint-Bertin et de Saint-Vaast' (Paris 1871. 8⁰*) recognovit. Cuius editio Pertzianis eo praestat, quod non solum codicem B* 1, *de quo reperto W. Arndt ei dixerat, sed etiam Chronicon Vedastinum ad-*

1) *SS. XV,* 2, *p.* 592 *sq.* 2) *SS. XV,* 1, *p.* 271 *sq.* 3) *'Mémoires de l'académie des inscriptions' t. XXIV (Paris* 1756*), p.* 687—736; *adscriptus tamen iam a.* 1749. *d. Iun.* 23.

hibuerit. Neque negare volumus virum muneri, quod susceperat, multum operae studiique navavisse, cui tamen quod haud plane suffecerit, rei peritos non fugere potuit[1]. *Nam praeter quod varias lectiones non semper accurate indicavit, quoad Chronicon Vedastinum parum quid scriptor ex Annalibus hauserit, quid ipse adiecerit vel mutaverit, discrevit, subsidia, quibus in adnotationibus uteretur, interdum ab obsoleta vetustate sumpsit, codicem Bruxellensem alterum, quod iam dixi, Lobiensem, Chronici Laurissensis brevis partem ineditam putavit.*

Translationem Germanicam Annalium Vedastinorum, quam Iul. v. Iasmund confecit, in 'Geschichtschr. d. deutschen Vorzeit' receptam, W. Wattenbach in eiusdem collectionis editione altera (t. XXIV) retractavit. Optimo et continuo commentario in hos atque in Annales Xantenses opere Ernesti Dümmler de historia regni Francorum orientalis uti licuit. Neque librum Waltheri Vogel de cladibus Francorum imperio a Normannis illatis aliosque sine fructu consului.

Iam vero restat ut v. cl. O. Holder-Egger, qui in munere suscepto me benignissime adiuvit, immo magnam operae partem ipse suscepit, plerosque locos ab annalistis ex Biblia Vulgata depromptos mihi indicavit, nonnullas coniecturas proposuit, alia suasit aut dissuasit, plagulas quoque mecum correxit, gratias quam maximas ex animo agam.

Berolini a. d. IV. Kal. Apriles anni 1909.

B. DE *SIMSON.*

1) *Cf. Monod, 'Revue critique'* 1872. *p.* 243 *sqq.; Waitz, 'Götting. gel. Anz.'* 1873. *fasc.* 1, *p.* 3 *sqq.; SS. XIII, p.* 676 *sq.; W. Arndt, 'Histor. Zeitschr.' XXXI, p.* 168 *sqq.*

ANNALES XANTENSES QUI DICUNTUR.

[.]p. 223. *Anno DCCXC. Domnus rex[1] moratus est Vangionam, et absque bello transivit tempus[2]. *f. 132. cf. A. Max.

Anno DCCXCI. Perrexit domnus rex cum exercitu in Pannoniam. Inde regressus rediit ad Regenesburg[3] et nativitatem Domini ac pascha ibidem celebravit vita prospera. *cf. A. Max.* *Dec.* 25. 792. *Apr.* 15.

Anno DCCXCII. Carolus rex in Reganesburg totum annum peregit[4], et Saxones iterum a fide dilapsi sunt Christianitatem relinquentes[5].

Anno DCCXCIII. Ermbertus episcopus Vangione obiit.

Anno DCCXCIIII. Fastrada regina obiit ad Franconofurt; ibi domnus rex sinodum magnam habuit cum omnibus episcopis Galliae[a] et Italiae de adoptivo filio domino nostro Iesu Christo. Quam heresim introducere nitebatur Elefantes[6] episcopus Hispanorum, Toletanae sedis episcopus[7]. Inde rediens per Saxoniam venit ad Aquis ibique hiemavit[8]. *cf. A. Max.* *(Aug.* 10). *(Iun.)*

a) galliȩ *c.; ita fere semper.*

1) *Karolus M.* 2) *Ann. Maximinian., SS. XIII, p.* 22: Anno 790. Cum pace et sine bello moratus est Carolus in Wormacia. 3) *Ann. Maximinian. l. c.:* Perrexit domnus Carolus cum Francis et Saxonibus, cum Baiowariis et Alamannis et cum ceteris populis suis in Pannoniam ultra Omundesthorf, et cum triumphi gloria rediit et hiemavit in Reganesburc. 4) *Cf. Ann. Mosellan.* 791, *SS. XVI, p.* 498: in ipsa civitate Reganesburg resedit per totum anni spacium, id est de nativitate usque ad nativitatem Domini. 5) *Cf. Ann. Lauresham., SS. I, p.* 35: iterum relinquentes christianitatem. 6) *Elipandus, c. a.* 780. *archiepiscopus Toletanus factus.* 7) *Ann. Maximinian. l. c.:* Carolus rex synodum magnam habuit ad Frangonofurt cum omnibus episcopis Galliae, Germaniae, Aquitaniae, Italiae, Baiowariae de adoptione filii Dei, quam Elipandus episcopus Toletanae sedis introducere nitebatur . . . Et Fastrada regina mortua est. 8) *Cf. Ann. Guelferbytan., SS. I, p.* 45.

cf. A. Max. Anno DCCXCV. Rex Carolus venit in Saxoniam. Cumque Saxones convicti in omnibus se culpabiles recognovissent, obsides regi offerentes[1], accepitque eorum[a] terciam partem in obsidionem[2] generis masculini[3], et sponderunt se ultra non fallere, sed antiqua illorum infelicitas eos non permisit, et domno rege inde recedente, statim foedus[b] irrumpentes[1].

cf. A. Max. Anno DCCXCVI. Huni[4] cum omnibus finibus ad se pertinentibus domni regis dicioni et Francorum imperio se subdiderunt[5]; rex autem perrexit Saxoniam.

A. r. Fr. Anno DCCXCVII. Barcinona civitas Hispaniae, quae iam olim a nobis desciverat, per Azotum[c. 6] prefectum ipsius nobis est reddita. Nam et ipse ad palacium veniens domno regi semetipsum
**f. 132'.* cum civitate commendavit. Expedicio facta in Saxo*niam, et usque ad oceanum trans omnes paludes et invia loca transitum est; et rex
Nov. med. mense Novembrio mediante ad hibernandum cum exercitu Saxoniam intravit, positis castris apud Wisuram fluvium[7].

A. r. Fr. Anno DCCXCVIII.* Venit etiam legatus Hadifonsi[8] regis Galaciae et Austriae[d. 9] nomine Froia, papilionem[10] mirae pulchritudinis deferens[11] imperatori.

A. r. Fr. Anno DCCXCVIIII. Eodem anno Romani Leonem[12] papam
(Apr. 25). excecaverunt et linguam detruncaverunt atque in custodiam miserunt. Set[e] visum ei addidit[f] Dominus, etiam et loquelam[13]. Wido comes vicit totam Brittanniorum provintiam, quod numquam antea fuerat.

*) *In margine manu s. XII. additum est:* huius Karoli [*manu post. superscr.* magni] temporibus fuerunt in Traiec[to] post sanctos Willibrordum et Bonifacium Gregorius et Albricus episcopi[14].

a) earum *c., quod emendavi.* b) fędus *c.* c) *ita pro* zatum *vel* zatun *c.* d) *ita* (austrię) *c.* e) S; *eadem manu superscr. c.* f) *ita pro* reddidit *c.*

1) *I. e. obtulerunt — irruperunt.* 2) *I. e. obsidatum.* 3) *Ann. Maximinian. l. c.:* Domnus Carolus in Saxonia, et tertiam eorum partem generis masculini foras tulit; *necnon Chronicon Suevicum universale, quod haec forsitan ex nostris hauserit, SS. XIII, p.* 63: Karolus Saxoniam petit et terciam partem virorum obsides accepit. 4) *I. e. Avares.* 5) *Ann. Maximinian. l. c.:* Huni se dicioni domni Caroli regis subdiderunt. 6) *Zatum (Zatun), ab Arabibus Zeid dictum.* 7) locum castrorum Heristelli vocari iussit *pergunt A. r. Fr.* 8) *Alfonsi II. (*791—843*).* 9) *Perperam pro* Asturiae *(ut etiam quidam codices A. r. Fr.).* 10) *Pavillon (Zelt).* 11) *A. r. Fr.:* praesentans *(Ann. q. d. Einhardi a.* 797: dona sibi deferentem*).* 12) *Leonem III. (*795—816*).* 13) *Cf. Abel et Simson, 'Jahrb. d. Fränk. Reiches unter Karl d. Gr.' II, p.* 587. 14) *Cf. Catal. epp. Traiect., SS. XV,* 1, *p.* 79, *n.* 4, *SS. XIII, p.* 295; *Hampe, 'N. Archiv' XXII, p.* 634.

Anno DCCC. Eodem anno Karolus rex pertranssiens[a.1] ad Turonicam. *A. r. Fr.*

Anno DCCCI. Ipsa die sacratissimae nativitatis domini nostri Iesu Christi ante confessionem beati Petri apostoli Leo papa Carolum benedixit ad imperatorem[2], sicut mos est[3], et coronam auream expressam signo sanctitatis[4] super caput eius posuit. *A. r. Fr.* 800. *Dec.* 25.

*p. 224. *Anno DCCCII. Herona[b.5] imperatrix de Constantinopoli[c] misit legatos[6] ad Karolum pacem confirmare inter Francos et Grecos. *A. r. Fr.*

Anno DCCCIII. Hoc anno terrae motus ad Aquis factus est. *A. r. Fr.*

Anno DCCCIIII. Karolus imperator transivit in Saxoniam et omnes, qui trans Albiam et in Winodis[7] habitabant, Saxones exules fecit. *A. r. Fr.*

Anno DCCCV. Eodem anno cappanus[8], princeps Hunorum, ad Karolum imperatorem venit. *A. r. Fr.*

Anno DCCCVI.[9] mense Iulio profectus est imperator de Aquis ad Theodoniswillam. *A. r. Fr.* 805. *Iul.*

Anno DCCCVII. *Legatus regis Persarum[10] nomine Abdella cum monachis de Ierusalem et[11] Georgius, qui fuit abbas in* monte Oliveti, hi ad imperatorem Karolum pervenerunt, munera deferentes, id est papilionem et alia multa. *A. r. Fr.* *f. 133.

Anno DCCCVIII. Eodem anno hiemps[d] mollissima ac pestilens erat. Tunc misit filium suum Karolum[12] ad Albiam vesano regi resistere[13]. *A. r. Fr.*

*) *Manus illa s. XII. in margine addidit:* Indictione VIII.[14] *Erasa est nota quaedam, quantum coniectare licet, eadem manu s. XV. addita, quae etiam alibi nomina imperatorum in margine posuit.*

a) *ita c.* b) *ita (pro* Herena*) c.* c) constantinopolim *corr.* constantinopoli *c.* d) hiepms *c.*

1) *Cf. supra p.* 2, *n.* 1. 2) *Haec similiter atque Ann. S. Amandi, SS. I, p.* 14 (et Leo benedixit eum ad imperatorem). 3) *Cf. Ann. Lauriss. min. (Chronicon breve Francorum Laurissense), cod. Rem. etc. a.* 813, *SS. I, p.* 121. 4) *Haec parum clare dicta; nescio an crux coronam ornans intellegenda sit.* 5) *Irene, Leonis IV. vidua, imperatrix a.* 775—802, *quae obiit a.* 803. 6) *A. r. Fr.:* legatum nomine Leonem spatarium. 7) *Depravatum ex* Wihmuodi *(qui pagus Saxoniae in orientali parte Visurgis infra Verdam situs erat).* 8) *I. e. capcanus.* 9) *Haec anno* 805. *adscribenda erant.* 10) *Harun al Raschid chalifae (*786—809*).* 11) *Immo Georgius alter monachorum illorum fuit (A. r. Fr.:* cum monachis de Hierusalem . . . quorum nomina fuere Georgius et Felix, — hic Georgius est abba in monte Oliveti . . .). 12) *Filiorum Karoli M. ex Hildegarde natu maximum.* 13) *Haec pessime excerpta ex A. r. Fr.* (Et quia nuntiabatur Godofridum regem Danorum in Abodritos cum exercitu traiecisse, Carlum filium suum ad Albiam cum valida Francorum et Saxonum manu misit, iubens vesano regi resistere, si Saxoniae fines adgredi temptaret). 14) *Immo* XV.

A. r. Fr. *(Nov.)* Anno DCCCVIIII. Karolus rex ad Aquis palatium concilium episcoporum[a] magnum habuit de processione spiritus sancti.

A. r. Fr. *Iun. 8. (7). 21.* *(Iul. 8.)* Anno DCCCX. Sol et luna bis defecerunt, sol VI. Idus Iunii[1] et luna XI. Kal. Iulii[2], et Pippinus rex, filius imperatoris, migravit[3], et ille elefas, quem Aaron[4] imperatori miserat[5], subita morte periit, et magna mortalitas boum et aliorum animalium[6] erat in ipso anno, et hiemps valde dura.

A. r. Fr. Anno DCCCXI. In ipso anno mittuntur ab imperatore nostro ad regem Grecorum[7] legati ad Constantinopolim, id est Haida[b] episcopus[8] et alii duo[9].

812. Anno DCCCXII. Dedit Karolus imperator filio filii sui Bernhardo, filio Pippini regis, regnum Langobardorum[c, 10], et, gratias omnipotenti Deo[11]! tunc venerunt legati imperatoris nostri de Grecia, qui prenominati sunt[12], et simul legati cum eis Grecorum[13] cum honorificis vel imperialibus muneribus ad Aquis palacium ad colloquium imperatoris, et dimissi sunt cum pace[14].

813. *(Sept. 11).* Anno DCCCXIII. Karolus imperator Lodewicum regem Aequitaniae, filium suum[d], constituit corona imperiali, et hiemps nimis dura.

814. *Ian. 28.* Anno DCCCXIIII. Beate memoriae gloriosissimus Karolus imperator, Domino vocante, V. Kal. Februarii

a) ep̄morum, m *eras. c.* b) *ita (pro* haido*) c.* c) longobardorum *hic c.; alibi tamen rectius* langobardorum *(cf. infra a.* 818. 822*).* d) *nescio an supplendum sit* imperatorem; *cf. a.* 814. *et praesertim a.* 817.

1) VII. Idus Iun. *A. r. Fr. — Omissum* et II. Kal. Decembr. *(ib.).* 2) *Omissum* et XVIII. Kal. Ianuar. *(A. r. Fr.).* 3) *A. r. Fr.:* Pippinum filium eius, regem Italiae, VIII. Idus Iulii de corpore migrasse. *(Ipsi nostri alibi:* de hac luce migravit — migravit de seculo *etc.; cf. a.* 814. 844. 846. 871*).* 4) *Cf. supra p.* 3, *n.* 10. 5) *Cf. A. r. Fr. a.* 801. 802. 6) *Cf. Ann. Maximinian. l. c. p.* 24. 7) *Niciforum imperatorem (*802—811*).* 8) *Basiliensis.* 9) Hug comes Toronicus et Aio Langobardus de Foro Iuli *(A. r. Fr.).* 10) *Cf. H. Steffen, 'N. Archiv' XIV, p.* 91; *Mühlbacher, 'Mitth. d. Inst. f. österr. Geschichtsforschung' II, p.* 296 *sq. atque Reg. imp. I, ed.* 2. *nr.* 479*a.* 515*b.* 528*a, quibus tamen num prorsus assentiri debeam dubito.* 11) *Verba quodammodo mira, de quibus conferas velim quae prius (Abel et Simson l. c. p.* 483, *n.* 4. 611*) conieci, quamquam infra a.* 848. *similiter scriptum sit:* et, Deo gratias! inlesus permansit status aecclesiae, *et legati in redeundo magnis periculis perfuncti erant (l. c. p.* 481, *n.* 4*).* 12) *Cf. n.* 9. 13) *Iam non Nicifori, sed Michaelis I. imperatoris (*811—813*).* 14) *In A. r. Fr. haec multo accuratius narrantur; munerum tamen nonnisi in nostris mentio fit.*

de hac luce migravit. Et postea mense Martio[1] venit 814. de Aequitania Ludewicus imperator ad Aquis palacium, Mart. et venerunt illic ad eum legati Grecorum et aliarum gentium *ad pacem confirmandam inter illos et Francos[2]. *f. 133'. Tunc demum ille imperator constituit filium suum regem super Equitaniam Pippinum[3].

Anno DCCCXV.* Ludewicus imperator habuit con- 815. (Iul.) ventum magnum in loco appellato Paderbrunnon in Saxonia. Stephanus[4] papa mense Octobri[5] venit in 816. Oct. Franciam ad civitatem Remensium. Ibique apostolicus in dominico die[6] fecit benedictionem imperialem super (Oct. 5?) Ludewicum et coniugem eius Ermingardam.

Anno DCCCXVI. Ludewicus imperator direxit suum cf. Thegan. exercitum contra Sclavos[7], et adiuvante Deo victores extiterunt[8], et legati Grecorum venerunt ad imperatorem[a] pacem confirmandam[9].

Anno DCCCXVII.** Imperator Lotharium filium[10] 817. (Iul.) imperatorem constituit. Eodem anno mense Octobri Oct.

*) *Manus illa s. XII. in margine addidit:* Indictione VIII.

**) *Manus illa s. XII. in margine addidit:* huius Lodovici *[manu post. superscr.* pii*]* tempore fuerunt in Traiecto Ricfridus, Frithericus et Hungerus episcopi[11].

a) ad *supplendum, cf. supra l.* 4; *infra a.* 831, *p.* 8, *l.* 4. *idem mendum.*

1) *Hludowicus I. (Pius) imperator (*814—840*) iam Febr.* 27. *sive* 26. *Aquis advenisse videtur; cf. A. r. Fr.; Simson, 'Jahrb. d. Fränk. Reichs unter Ludwig d. Fr.' I, p.* 15, *n.* 2; *Mühlbacher, Reg. imp. l. c. nr.* 519*i; Steffen l. c. p.* 91 *sq.* 2) *Cf. Simson l. c. p.* 30. 3) *Pippinum I. Cf. Mühlbacher l. c. nr.* 528*a; Dümmler, 'Gesch. d. Ostfränk. Reiches' ed.* 2. *I, p.* 19, *n.* 2; *Steffen p.* 92, *qui mihi quidem non persuaserunt Pippinum, quem pater tunc in Aquitaniam misit, statim regiam dignitatem accepisse.* 4) *Stephanus IV. (nonnumquam V. numeratus).* 5) *Cf. Ann. S. Emmerammi Ratispon. mai., SS. I, p.* 93; *Ann. Lauriss. min. (Chron. breve Francor. Lauriss.) cod. Fuld., ibid. p.* 122 *(Ann. Hildesheim., SS. r. G. p.* 16*); Steffen l. c.* 6) *Cf. Thegani Vitam Hludowici imp. c.* 17; *item Astronomi c.* 26, *SS. II, p.* 594. 621; *Steffen ibid.* 7) *Sorabos, qui praesertim terram inter Albim et Salam incolebant.* 8) *Haec verbis Thegani l. c. c.* 15, *p.* 593: Anno sequenti direxit exercitum suum contra Sclavos in oriente positos, qui valde oppresserunt eos et victores Deo donante extiterunt *tam similia, ut ex eo hausta videantur.* 9) *Cf. Simson l. c. p.* 110, *n.* 8. 10) *Hlotharium I, filiorum Hludowici I. ex Irmingarde primogenitum.* 11) *Hungerus nonnisi inter a.* 854. *et* 863. *memoratur; omissus ante eum, ut et in Catal. episcopor. Traiect., SS. XIII, p.* 295, *Hegihardus (sive Ekkehardus), quem a.* 845. *episcopum fuisse constat (Mühlbacher nr.* 1119*).*

817. igneae acies apparuerunt in caelo. Bernhardus filius Pippini regis molitur Italiae tirannidem machinante Egitheo[1]. Huius nefandum conatum ad nihilum deducitur, et tempus vertebatur in annum . . .[a].

818. (Apr.) Anno DCCCXVIII. Bernhardus rex Langobardorum luminibus privatus est, et Theodulfus[2] episcopus degradatus est Aurelianae civitatis.

819. Febr. Anno DCCCXVIIII. Mense Februario[3] Ludewicus imperator accepit sibi in coniugium Iudith ad imperatricem.

820. (Sept.) Anno DCCCXX. Ludewicus imperator Carisaco[b. 4] placitum habuit[5].

821. (Oct.) Anno DCCCXXI. Ludewicus imperator dedit filio suo Lothario regi ad coniugium Ermingardam filiam Hugonis comitis Turonicorum, et hiemps erat valde dura.

822. Anno DCCCXXII. Ludewicus imperator dedit filio suo Lothario regnum Langobardorum[6].

823. Anno DCCCXXIII. Ludewicus imperator dedit *f. 134. Druoa*goni fratri suo[7] regimen et cathedram †episcopalem †p. 225. Metensiae[c] civitatis[8]. Ebo episcopus[9] pergit partibus (Iun. 13). Danorum[10] una cum Wildericho episcopo[11]. Eodem anno genuit Iudith Carolum[12].

824. Anno DCCCXXIIII. Perrexit rex cum exercitu partibus Brittanniae, eam[d] vastavit et reversus est in pace.

825. Anno DCCCXXV. Haistulfus archiepiscopus[13] Magontiae civitatis obiit, et successit in locum eius Otgerus[14] capellanus dominicus.

826. Anno DCCCXXVI. Ludewicus imperator habuit sinodum episcoporum[e. 15] ad Ingulunheim[f], et illic venit

a) *sequitur lacuna, quam linea explet, c.* b) *ita (pro* carisiaco*), etiam in excerptis (f.* 131'*) c.* c) metensię (*pro* mettensis) *c.* d) eamque *excerpta (f.* 131'*) c.* e) epi^s^coporum *c.* f) Ingulenheim *excerpta.*

1) *Cf. Simson l. c. p.* 113, *n.* 6. 2) *Illustris poeta.* 3) *Mensis alibi non indicatur; cf. Steffen p.* 92. 4) *Quierzy (Aisne).* 5) *Cf. Simson l. c. p.* 157 *sq.* 6) *Cf. Mühlbacher nr.* 762*a.* 1014*f; Steffen p.* 93. 7) *Drogoni Karoli M. filio ex concubina Regina.* 8) *Cf. Ann. Weissemburg., SS. I, p.* 111; *Ann. Quedlinburg., SS. III, p.* 42; *Gesta Aldrici ep. Cenomann. c.* 1, *SS. XV,* 1, *p.* 309. 9) *Archiepiscopus Remensis.* 10) *Cf. Simson l. c. p.* 207 *sqq.* 11) *Bremensi, quem cum Ebone in Daniam perrexisse soli nostri tradunt.* 12) *Karolum II. (Calvum), postea regem Franciae occidentalis et imperatorem.* 13) (813–825). 14) *A.* 826–847. 15) *Cum conventu publico coniunctam; cf. Simson l. c. p.* 254, *n.* 8; *Mühlbacher nr.* 829*b.*

multitudo ad eum Nordmannorum[1], et princeps eorum 826.
nomine Herioldus[2] baptizatus est[3] et uxor eius, et cum eis plus quam CCCC homines promiscui sexus. Ex eo tempore[4] multa mala increverunt a gentilibus super aecclesiam catholicam[5].

Anno DCCCXXVII. Venerunt corpora sanctorum 827.
Marcellini et Petri de Roma[6], et Ludewicus[7] rex accepit in coniugium sororem[8] Iudith imperatricis.

Anno DCCCXXVIII. Legati imperatoris, Ruodger[a. 9] 828.
episcopus cum sociis suis, Constantinopolin perrexerunt.

Anno DCCCXXIX. Erat sinodus episcoporum[b. 10] 829.
in tribus[11] locis regni Lodewici imperatoris, et mense
Augusto [in[c]] Vangionensium civitate erat conventus *Aug.*
magnus episcoporum[d. 12]. Et ibi tradidit imperator Karolo filio suo regnum Alisacinsę[e] et Coriae[13] et partem Burgundiae[14].

Anno* DCCCXXXI. Mense Octobri[15] venit ad 832.
imperatorem Pippinus rex Aequitaniae et Bernhardus *Oct.*

*) *Annus DCCCXXX. vacat.*

a) *nomen fortasse depravatum.* b) epi̅scoporum *c.* c) in *om. c.* d) epi̅corum *c.* e) *sic et excerpta (f.* 131*).*

1) *Cf. A. r. Fr.* (cum magna Danorum multitudine). 2) *Haraldus II. rex Danorum, de quo cf. W. Vogel, 'Die Normannen und das Fränkische Reich' (Heidelberg* 1906*) p.* 59 *sqq.* 75, *n.* 1. 103. 405. 409. 3) *Quod tamen Moyontiaci apud S. Albanum factum est; cf. Simson l. c. p.* 258, *n.* 9; *Mühlbacher nr.* 830*a; Steffen p.* 93. 4) *Non iam illo ex tempore, sed fere inde ab a.* 834; *cf. infra; Ann. Fuld. a.* 854, *rec. F. Kurze, SS. r. G. p.* 44. 5) *Cf. infra a.* 871 (et undique ecclesia catholica infestatione gentilium circumcincta). 6) *Cf. Translationem SS. Marcellini et Petri, SS. XV,* 1, *p.* 238 *sqq.; A. r. Fr. p.* 174; *Ann. Fuld. p.* 25. 7) *Tunc rex Baioariae, postea* (833—876) *Franciae orientalis (Germaniae).* 8) *Hemmam. — Annus nuptiarum nonnisi hic indicatus.* 9) *Immo Halitgarius Cameracensis episcopus cum Ansfrido abbate Nonantulano; cf. Simson l. c. p.* 279, *n.* 1. 10) *Non solum episcoporum; synodo Moguntinae certe etiam quidam chorepiscopi et abbates interfuere; cf. Epp. V, p.* 529 *sq., supra p.* 6, *n.* 15; *infra n.* 12. 11) *Immo in quatuor civitatibus (sc. Moguntiae, Lutetiae Parisiorum, Lugduni, Tolosae). Similem errorem Radbertus Paschasius in Epitaphio Arsenii (Vita Walae), rec. Dümmler (Berolin.* 1900) *p.* 65, *commisit; cf. Dümmler, 'G. d. Ostfr. R.' ed.* 2. *I, p.* 47, *n.* 1; *Steffen l. c.* 12) *Non solum episcoporum, sed generalis conventus fuit; cf. Simson l. c. p.* 321 *sq.; supra n.* 10. 13) *Churwalchen.* 14) *Cf. Simson l. c. p.* 327, *n.* 4. 15) *Initium narrati melius in annum* 832. *quadrat; cf. Simson l. c. II, p.* 13, *n.* 4. 14, *n.* 7. 25. 27, *n.* 2; *Dümmler l. c. p.* 71, *n.* 2; *Steffen p.* 94. 98.

comes Barcenonae civitatis[1], qui infideles deputabantur[2],
831. (Dec. 27). ac fidem iuraverunt; et Pippinus de Aquis nocte fugiens
abscessit. Eodem mense eclipsis[a] lunae facta est. Le-
gati Sarracenorum[3] venerunt ad imperatorem[b] pacem
*f. 134'. con*firmandam et cum pace reversi sunt.

832. Anno DCCCXXXII. Mense Aprili eclipsis lunae
Apr. (19). fuit[4]; et postea aestivo tempore[5], Ludewico imperatore
morante apud Magontiam civitatem, obviam venit ei
filius eius Lodewicus rex Beguariae, rebellare paratus
contra patrem, et non potuit, sed fugiens abscessit.
(Maio). Persequente autem eum patre usque ad Augustam civi-
tatem, necessitate conpulsus venit ad patrem et in pace
dimissus est. Et inde rediens[6] imperator ad Hispaniam[7]
capere filium suum Pippinum, sed non potuit[8].

833. (Iun.) Anno DCCCXXXIII. Tempore enim aestivo con-
venerunt filii imperatoris in pago Alisacinse, Lutharius,
Pippinus et Ludewicus, adducentes secum Gregorium[9]
(Iun. ex.) papam. Ibique leudes[10] imperatoris[c] coniurationes[11]
suas postposuerunt, relinquentes[12] autem eum solum,
reversique[13] sunt ad Lotharium, ei fidem iuramentis
spoponderunt, et imperator vero[14] illorum coniuge simul
et regno privatus, merens adflictusque in dominium
filiorum advenit. Qui miserunt eum in custodiam pu-
plicam in Suessionis civitate similiterque coniugem illius.
Collatione[15] autem eorum peracta, tripertitum est regnum
Francorum[16], et domnus papa rediit in patriam suam,
Lotharius mansit in Conpendio. Ceteri vero reversi sunt
unusquisque in sua.

a) ęclypsis *excerpta*. b) *cf. supra p.* 5, *n.* a. c) imperatores *c*.

1) *Ille, qui imperatoris camerarius fuerat.* 2) *I. e. infidelitatis incusabantur (cf. Capit. II, p.* 225. 614*).* 3) *Chalifae Mamun.* 4) *Cf. Ann. Bertin., rec. Waitz, SS. r. G. p.* 4. 5) *Immo iam mense Aprili; cf. Simson l. c. p.* 19, *n.* 2; *Mühlbacher nr.* 899*b; Steffen p.* 95. 98. 6) *Ita pro* rediit. 7) *Immo ad Aquitaniam; cf. Simson l. c. p.* 23 *sq.* 8) *Cf. supra l.* 10. 9) *IV.* 10) *I. e. homines; vox* leudes *aevo Karolino iam nonnisi perraro reperitur; cf. Roth, 'Gesch. d. Beneficialwesens' p.* 306, *n.* 120; *Sickel, Acta reg. et imp. Karolin. I, p.* 130, *n.* 4; *Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte', ed.* 2. *IV, p.* 243, *n.* 3. 11) *I. e. iuramenta fidelitatis (cf. infra a.* 873: iuramenta . . postponere*).* 12) *Ita pro* reliquerunt. 13) *I. e. conversique rursus.* 14) *Dubito an legendum sit* verbo *(i. e. iussu); cf. Capit. II, ind. p.* 715; *Waitz l. c. III, p.* 316. 15) *I. e. colloquio; cf. infra a.* 844 (post conlationem eorum); *Steffen p.* 98, *n.* 1. 16) *Cf. Astron. V. Hludowici c.* 48, *SS. II, p.* 636; *Einharti epist. nr.* 25, *Epp. V, p.* 122.

834. Anno DCCCXXXIIII.* Morante Ludewico imperatore in custodia, filius Ludewicus astute cogitans contra fratrem suum Lotharium, cui priori anno omnem fidem promiserat, insidias molitus est. Congregato exercitu suo festinus perrexit ad Suessiones patremque suum de claustris liberavit[1] atque Iudith de custodia revocavit, *p. 226. direxeruntque aciem contra *Mahtfridum[2] atque Landbertum[3], *principes Lotharii consules[4], ut eos vinctos ad *f. 135. se adducerent aut etiam gladio detruncarent. Quibus resistentibus magna persecutores strage ceciderunt. Ibique cum aliis plurimis occisi sunt Uodo comes[5] et Theodo abbas[6]. Ludewicus vero imperator et coniunx eius persecuti sunt Lotharium, qui tandem venit ad eos cum suis omnibus, et fide facta ex utraque parte, tamen non firma[7], rediit unusquisque in sua. Interea, dum haec agerentur, inruerunt pagani in vicum nominatissimum Dorestatum[8] eumque inmani crudelitate vastaverunt; et eo tempore regnum Francorum *infra semetipsum*[a] valde Luc. 11, 17. *desola*tum est[9], et infelicitas hominum multipliciter cotidie augebatur[10]. Eodem anno aquae inundaverunt valde super terram.

835. Febr. Anno DCCCXXXV. Mense Februario eclipsis lunae fuit. Ludewicus imperator cum convoco[11] suo[12] perrexit ad Burgundiam[13], ibique venit ad eum Pippinus filius eius. Interim autem iterum invaserunt pagani

*) *Manus illa s. XII. in margine addidit:* Indictione XII.

a) *nescio an exciderit* divisum.

1) *Haec parum accurate neque sequentia prorsus recte relata; cf. Steffen p.* 103 *sq.* 2) *Comitem antea Aurelianensem, qui a.* 828. *honore destitutus erat.* 3) *Comitem Namnetensem (Nantes).* 4) *Consiliarios potius quam comites interpretari oportebit; cf. Waitz l. c. III, p.* 383, *n.* 5. 531, *n.* 2; *Pückert, 'Aniane und Gellone' (Lips.* 1899*) p.* 110, *n.* 9. 5) *Aurelianensis, in Mathfridi locum substitutus.* 6) *Abbas S. Martini in pago Turonico sive Maioris-monasterii (Marmoutier-lès-Tours), qui tunc summus cancellarius erat; cf. Sickel l. c. I, p.* 95. 7) *Cf. infra a.* 842: in pace, tamen non firma, discesserunt a se. 8) *Wijk bij Duurstede (Holland. prov. Utrecht); cf. Vogel l. c. p.* 66 *sqq.* 9) *Luc.* 11, 17: Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur. 10) *Cf. infra a.* 838: et multis modis miseria et calamitas hominum cotidie augebatur. 11) *I. e. aequivoco.* PERTZ. *Cf. infra a.* 855. 856. 873; *Steffen p.* 98, *qui animadvertit hanc vocem in Latinitate medii aevi nonnisi in nostris occurrere.* 12) *Hludowico II. rege Franciae orientalis.* 13) *Hoc in 'Jahrb.' II, p.* 139, *n.* 7. *minus accurate relatum censui; diverse tamen iudicaverunt Mühlbacher nr.* 941 *a et Dümmler l. c. I, p.* 111, *n.* 4.

835. partes Frisiae, et interfecta est de paganis non minima multitudo. Et iterum predaverunt Dorestatum.

836. Anno DCCCXXXVI. Mense Februario incipiente
Febr. in. nocte mirandae acies apparuerunt ab oriente in occidentem. Iterum eodem anno pagani Christianos invaserunt.

837. Anno DCCCXXXVII. Ingens turbo ventorum frequenter erumpebat, et stella cometes visa est nimium ex se mittens fervorem in oriente coram humanis obtutibus
(Ian.) quasi per tres cubitos, et pagani vastaverunt Walicrum[1] multasque feminas inde abduxerunt captivas cum infinita diversi generis pecunia[2].

838. *Ian.* 21. Anno DCCCXXXVIII. Hiemps pluvialis et ven-
f. 135'. tosa valde, et mense Ianuario *XII. Kal. Februarii tonitruum auditum est, similiterque mense Februarii XIIII.
Febr. 16. Kal. Martii tonitruum est auditum magnum, et nimis ardor solis terram urebat, et [in[a]] quibusdam partibus terrae motus factus est, et ignis forma draconis in aere visus est. Eodem anno heretica pravitas[3] orta est.
Dec. 20 21. Eodem anno V. nocte ante natale Domini fragor tonitrui magni auditus est et fulguris visus, et multis modis miseria et calamitas hominum cotidie augebatur[4].

838. *Dec.* 26. Anno DCCCXXXVIIII. VII. Kal. Ianuariorum[b] ingens venti turbo ortus est, ita ut fluctus maris valde inundabant supra terminos et litus[c], miserabiliter innumerabilem turmam humani generis in villis et vicis circumpositis simul cum edificiis consumpserunt[5]. Classes enim in mari vertentes[d] disruptae sunt, et flamma ignis
839. *Mart.* 25. supra totum mare visa est. Eodem anno VIII. Kal. Aprilis admirandae acies apparuerunt vesperascente die in caelo, in modum domus rotundae totum caeli ambitum circumducentes. Eo anno venerunt corpora sanc-

a) in *supplevi.* b) *ita mendose c.* c) *fortasse supplendum* et. d) *nescio an emendandum sit* vehentes?

1) *Walcheren insulam (Holland. prov. Zeeland). — De tempore v. Ann. Fuld. l. c. p.* 28, *quos Mühlbacher nr.* 965 *c certe sine iusta causa erroris insimulasse videtur; cf. ib. 'Nachtr.' p.* 948; *Dümmler l. c. p.* 123, *n.* 1; *Vogel p.* 72, *n.* 1; *Simson l. c. II, p.* 163, *n.* 4. 2) *Praesertim pecore.* 3) *Fortasse doctrinae Amalarii, quae in synodo hoc anno Carisiaci habita damnatae sunt, intellegendae; cf. Concil. II, p.* 768 *sqq.; Steffen p.* 98 *sq. Parum recte alii de Bodone diacono palatino ad Iudaismum converso cogitaverunt.* 4) *Cf. supra p.* 9, *n.* 10. 5) *Cf. Ann. Bertin. l. c. p.* 18.

torum Felicissimi et Agapiti atque sanctae Felicitatis in 839.
locum qui dicitur Fredenna[1].

Anno DCCCXL. Acies consimiles apparuerunt per 840.
duas simul noctes sicut hae quae in priore anno fuerunt.
Et tercia Maii, id est tercia[2] die rogationum, hora nona *Maii 3. (5?)*
eclipsis[a] solis facta est, et stellae manifestae sunt visae
*p. 227. in caelo velut noctis tempore. Et postea *mense Iunio,
XI. Kal. [Iulii[b]] Ludowicus imperator obiit in insula *Iun. 21. (20).*
quadam parva[3] Hereni fluminis contra villam regiam que
vocatur Ingulunheim, absentibus liberis coniugeque eius,
et ad Sanctum Arnulfum[4] conditus est. Postea vero
Lotharius imperator profectus est de Italia in Franciam
concessum sibi a patre possidere regnum. Cui contra
*veniens[5] predictus Ludewicus, frater illius, iterum inter- **f. 136.*
capere regnum orientale; sed superveniente Lothario
ultra Renum flumen, vix sine bello discesserunt a se.
Postea vero Lotharius pergens cum exercitu contra Ka-
rolum. Et Ludewicus iterum congregato exercitu litus
Rheni possidens. Quo comperto, Lotharius movens exer-
citum et clam apud Wormatiam civitatem predicto flu-
mine transcenso, iterum Ludewicus fugiens in Beioariam. 841. *(Apr. in.)*

Anno DCCCXLI. Videns Ludewicus, quod ger-
manum superare nequibat, iunxitque se[6] ad Karolum,
ut per eius solatium predictum superaret imperatorem.
Quod cum Lotharius percepisset, moto cum exercitu venit
adversus eos in locum qui dicitur Alciodorum[7], et, quod
dici dolor est, magna se cede ibidem Christiani in in- *(Iun. 25).*
vicem debachati sunt. Eodem anno V. Kal. Augusti, feria *Iul. 28.*
V, claro sole circuli tres apparuerunt in caelo, similes
visioni arcus, ambientes se alterutrum; sed minimus
solem sibi medium circumcingens, qui tamen colore ce-
teris plenissimus videbatur. Maximus in occidente, cuius
extrema pars solem tangere videbatur. Medius in aqui-

a) eclipsin *c.* b) *om. c.*

1) *Vreden in Westfalia, in confinio Hollandiae, d. Monasteriensis (Münster).* 2) 3. *dies Maii eo anno* *p r i m a* *rogationum fuit.* 3) *Petersaue (?); cf. Dümmler l. c. I, p.* 137, *n.* 2. 4) *In ecclesia S. Arnulfi Mettensi.* 5) *Participium in narratione huius anni et sequentium (usque ad a.* 844*) saepius, ut in sermone Latino vulgari, pro indicativo usurpatum; cf. Hellmann, 'N. Archiv' XXXIII, p.* 738, *n.* 1; *etiam supra p.* 2, *n.* 1. 3, *n.* 1. 8, *n.* 6. 12; *infra a.* 873. 6) *Cf. Abel et Simson, 'Karl d. Gr.' I, p.* 661 *sq.* 7) *Cf. Dümmler l. c. I, p.* 154, *n.* 3. *III, p.* 681.

841. lone, qui predictos duos aequaliter ambiebat. Sed tamen medius et maximus plus tenues minimo videbantur. Et nubecula parva in oriente et aquilone eadem specie circulorum longe ab his quasi in uno loco claruit. Ante horam diei terciam visi sunt et usque post meridiem permanserunt. Eodem anno per totam Saxoniam potestas servorum valde excreverat super dominos suos, et nomen sibi usurpaverunt Stellingas[1] et multa inrationabilia conmiserunt. Et nobiles illius patriae[2] a servis valde af- *f. 138'. flicti et humiliati sunt.

842. *Febr. 15 – Apr. 1.* *Anno DCCCXLII. Quadragesimali tempore stella in occidente maiorem consueto radium ab oriente habens. *(Febr.)* Et Lotharius vastata Gallia rediens ad Aquis. Et[3] *(Febr. – Mart.)* postea aestivo tempore[4] Ludewicus et Karolus, predato pago Vangionensium[a,5], per angustum iter asperum[b] Groneorum[c,6] Confluentes civitatem petierunt. Ibique hostiliter[7] venit Lotharius contra eos. Sed cum vidisset, quod a suis deceptus esset, fugiens[8] usque Lingonas[d,9] pervenit ibique viribus resumptis consedit. Prefati vero

a) uangianensium *h. l. c.* b) asperum *mihi ex genitivo pluralis, cum* Groneorum [?] *coniungendo corruptum videtur, cum* iter *iam attributum suum* (angustum) *habeat.* c) *Pertz* Groweorum *emendare voluit.* d) *ita (pro* lingones*) c.*

1) *Cf. Waitz l. c. III, p.* 149, *n.* 2. *IV, p.* 689, *n.* 2; *Dümmler l. c. I, p.* 164, *n.* 3. 165, *n.* 2. *Vis nominis, in Nithardi Hist. l. IV. c.* 2. 4. 6, *rec. E. Müller, SS. r. G. ed.* 3. *p.* 42. 45. 48, *et Ann. Bertin. l. c. p.* 26. Stellinga *scripti, etiam nunc parum comperta.* 2) *I. e. terrae.* 3) *Quae hic sequuntur erratis abundant; cf. Meyer von Knonau, 'Ueber Nithards vier Bücher Geschichten' (Lips.* 1866*) p.* 91. 117, *n.* 401. 4) *Immo iam mense Februario Argentorato, Mart.* 17. *Moguntia profecti, postera die Confluentes venerunt; cf. ibid. p.* 104, *n.* 215; *Dümmler l. c. p.* 172, *n.* 3. 173, *n.* 4. 174. 5) *Wormsfeld.* 6) *Est regio silvestris 'das Gröwen-reich' sive 'Cröwenreich' appellata, ad laevam Mosellae ripam, in qua villa Cröwe (Cröv). PERTZ. Meyer v. Kn. l. c. p.* 143 *sq., quamquam admodum haesitans, de viculo Gronau prope Langen-Schwalbach cogitavit. Diligenter de hoc loco egit Ed. Ausfeld, 'Westdeutsche Zeitschr.' XIV, p.* 343 *sqq., qui etiam vocabulorum* gronna, gronnosus *(= palus, paludosus; cf. Du Cange-Favre, Glossar. IV, p.* 115; *SS. XV, p.* 514, *n.* 4. 1397*) meminit. Viam tamen per montes duxisse patet, quod insuper a Nithardo, qui l. III. c.* 7, *l. c. p.* 39. *similiter Karolum* per Wasagum iter difficile ingressum *scribit, confirmatur. Intellegendi montes qui in sinistra ripa Rheni siti hodie 'Hunsrück' nominantur; cf. ibid. n.* 1; *Dümmler l. c. p.* 174, *n.* 1; *Ausfeld l. c. Ceterum Hludowicus maximam partem itineris navibus confecit.* 7) *I. e. cum exercitu.* 8) *Cf. Meyer v. Kn. l. c. p.* 116, *n.* 382; *Dümmler l. c. p.* 174, *n.* 3. 9) *Langres, quod tamen etsi Meyer v. Kn. l. c. p.* 116, *n.* 382, 391. 127, *n* 525. *aliique quodammodo tueri velint, nostri per errorem pro* Lugduno *(Lyon) posuisse videntur; cf. Dümmler l. c. p.* 175, *n.* 4; *Steffen p.* 106, *n.* 1.

reges, vastata omni regione Ripuariorum[1], insequentes 842. eum usque ad predictum locum. Illicque[2], intervenientibus viris strenuis[3], iterum[4] tripertito regno Francorum[5], *(Iun. 15. 16).* in pace, tamen non firma, discesserunt a se[6], Lotharius ad Aquis[7], Karolus in Galliam[8], Ludewicus in Saxoniam[9] et servos Saxonum superbe elatos nobiliter afflixit[10] et ad propriam naturam[11] restituit.

Anno DCCCXLIII. Prefati III reges miserunt legatos suos proceres, unusquisque ex parte sua, ut iterum[12] per descriptas mansas[a] aeque tripertirent regnum Francorum. Cumque et inter illos dissensio facta est[13], venerunt ipsi reges in unum locum[14] et dissonantiam 843. illorum coadunaverunt, et separati sunt a se. Eodem *(Aug.)* anno Iudhit imperatrix, mater Karoli, predata a filio substantia omni Turonis civitate migravit a seculo[15]. *(Apr. 19).*

Anno DCCCXLIIII. Gregorius papa migravit de 844. *(Ian.)* seculo, et successit in locum illius Sergius papa[16]. Et Bernhardus comes[17] a Karolo est[b] occisus. Et Pippinus[18] rex Aquitaniae, filius Pippini, una cum filio[19] Bernhardi hostem[20] Karoli valde prostravit. Ibique[21] Hugo inter- *(Iun. 14).*
*p. 228. fectus *est abbas[22]. Eodem tempore Ludewicus rex per-

a) *ita c.* b) est *eadem manu superscr. c.*

1) *Cf. Steffen p.* 98; *infra a.* 861. 2) *Immo in insula Araris (Saône) fl. (Ansille prope Mâcon); cf. Dümmler l. c. p.* 182, *n.* 3. 3) *Cf. infra a.* 871 (viris intercurrentibus strenuis); *Steffen p.* 98. 4) *Quae vox nisi ad a.* 833 *(supra p.* 8, *l.* 25: tripertitum est regnum Francorum) *quo referenda sit, non liquet (cf. Meyer v. Kn. l. c. p.* 72. 110, *n.* 287*).* 5) *Cf. infra a.* 843; *Meyer v. Kn. l. c. p.* 108, *n.* 271. 110, *n.* 287; *Dümmler l. c. p.* 183. 6) *Cf. supra p.* 9, *n.* 7; *infra a.* 844. 850 (in pace discesserunt a se). 7) *Imperator nonnisi hieme a.* 843, *Februario fere incipiente Aquas venit (cf. Meyer v. Kn. l. c. p.* 117, *n.* 401; *Dümmler l. c. p.* 187, *n.* 4*).* 8) *In Aquitaniam; cf. Dümmler l. c. p.* 184, *n.* 1. 9) *Antea, mense Augusto conventu generali in villa Salz habito (Ann. Fuld. p.* 33; *Dümmler l. c. p.* 184*).* 10) *Cf. Nithard. IV,* 4, *p.* 45: Lodhuvicus etenim in Saxonia seditiosos, qui se, uti praefatum est, Stellinga nominaverant, n o b i l i t e r, legali tamen cede compescuit. 11) *I. e. conditionem nativam.* 12) *Cf. supra l.* 3. 13) *Dümmler l. c. p.* 200, *n.* 2. *haec ad colloquia mense Octobri a.* 842. *Confluentibus habita referenda esse ostendit (cf. Meyer v. Kn. l. c. p.* 108, *n.* 271. 110, *n.* 287; *etiam Waitz l. c. IV, p.* 695, *n.* 1*).* 14) *Verdun.* 15) *Cf. Dümmler l. c. p.* 188. 16) *II. (*844—847*).* 17) *Cf. supra p.* 8, *n.* 1. 18) *II.* 19) *Wilhelmo, quem nostri soli ei proelio interfuisse commemorant.* 20) *I. e. exercitum.* 21) *Prope Tolosam (Toulouse); cf. Dümmler l. c. p.* 247, *n.* 2. 22) *Karoli M. filius ex concubina Regina, abbas S. Quintini Veromandensis (St.-Quentin) et S. Bertini (St.-Bertin), qui Hludowico I. imperatore etiam archinotarius sive summus cancellarius palatii fuerat.*

844. rexit in *Winithos[1] cum exercitu. Ibique unus ex re-
*f. 137 gibus[2] eorum interiit, Gestimus[a][3] nomine, reliqui vero fidem prebentes veniebant ad eum. Quam illo absente statim mentientes. Post haec autem Lotharius, Lude-
(Oct.) wicus atque Karolus convenerunt ad Thiedenhofe[4] et post conlationem[5] eorum in pace discesserunt a se[6].

845. Anno DCCCXLV. Bis in pago Wormaciense terre
Mart. 22 23. motus factus est. Primo sequenti nocte palmarum, se-
Mart. 28 29. cundo in nocte sancta resurrectionis Christi. Eodem anno multis in locis gentiles Christianos invaserunt, sed cesi sunt ex eis a Fresionibus plus quam XII.[7] Alia pars eorum Galliam petierunt, ibique ceciderunt ex eis plus quam sexcenti viri[8]. Sed tamen propter desidiam Karoli dedit eis multa milia ponderum auri et argenti, ut irent extra Galliam[9], quod et fecerunt. Tamen monasteria sanctorum plurimorum[10] diruta sunt, et multos Christianos captivos abduxerunt. His ita gestis, Ludewicus rex congregato exercitu magno iter iniit ad Winodos[11]. Quod gentiles cum cognovissent, e contra legatos direxerunt in Saxoniam[12], et miserunt ei munera et obsides et petierunt pacem. At ille, concessa pace, reversus est de Saxonia. Postea[13] vero ingenti clade[14] percussi sunt predones, in qua et princeps sceleratorum, qui Christianos et loca sancta predaverat, nomine Reginheri[15] Domino percutiente interiit[16]. Consilio enim inito miserunt sortes, a quo deorum suorum salutem

a) gestimus *radendo corr.* gestinius *c.; nomen ex* gestimulus *depravatum credo, quamquam L. Giesebrecht, 'Wendische Geschichten' I, p.* 120, *n.* 1, *formam* Gestimus *Latinitati accommodatam putat.*

1) *Sc. Abodritos.* 2) *Cf. Dümmler l. c. p.* 268, *n.* 3. 3) *Gestimulus (Gostimysl); cf. Ann. Fuld. p.* 35; *Dümmler l. c.* 4) *Convenerunt reges in loco proximo Iudicio (Yütz) dicto; cf. Capit. II, p.* 112. 424. 434; *Dümmler l. c. p.* 255, *n.* 1. 5) *Cf. supra p.* 8, *n.* 15. 6) *Cf. supra p.* 13, *n.* 6. 7) *I. e.* 12000. *Cf. Dümmler l. c. p.* 283, *n.* 3; *Vogel p.* 103, *n.* 2. 8) *Quos Dümmler l. c. p.* 283. *pestilentia absumptos credit; cf. tamen Vogel p.* 107, *n.* 1. 110, *n.* 1. 9) *Cf. Ann. Bertin. p.* 32; *Ann. Fuld. p.* 35; *Vogel p.* 110, *n.* 3. 10) *Praesertim monasterium S. Germani Parisiense populati sunt; cf. Dümmler l. c.; Vogel p.* 110. 11) *Sc. Abodritos.* 12) *Quos Hludowicus autumno in conventu generali Patherbrunnae habito suscepit (Ann. Fuld. l. c.).* 13) *Hic ordinem temporis parum servatum videri animadvertit Mühlbacher nr.* 1384*a.* 1386*a.* 14) *Sc. plaga, pestilentia; cf. infra p.* 15, *l.* 6; *Vogel p.* 113, *n.* 1; *Mirac. S. Germani Paris. c.* 30, *SS. XV,* 1, *p.* 16. 15) *Ragnar Lodbrok, historia fabulari celebratus, intellegendus creditur; cf. Dümmler l. c. p.* 282; *Vogel p.* 104, *n.* 2. 105, *n.* 1. 409. 16) *Cf. tamen Vogel p.* 115, *n.* 1. 409.

consequi debuissent; sed sortes salubriter non ceciderunt. 846. Suadente autem eos quodam captivo Christiano, ut coram deo Christianorum sortem ponerent, quod et fecerunt, et salubriter sors eorum cecidit. Tunc rex eorum nomine Rorik[1] una cum omni populo gentilium XIIII *dies a carne et medone abstinuit, et cessavit plaga, et *f. 137'. omnes Christianos captivos, quos habebant, ad patriam propriam dirigunt[2].

Anno DCCCXLVI. Consueto[3] Norhtmanni Ostraciam et Westraciam[4] vastaverunt et vicum Dorestatum (847?) cum aliis duabus[a] villis incenderunt igni[5], vidente Lothario imperatore, cum esset in Noviomago castro, sed scelus ulcisci nequiverat. Illi autem ingenti preda hominum atque facultatum oneratis classibus reversi sunt in patriam. Eodem anno ivit Ludewicus de Saxonia contra Winidos ultra Albiam[6]. Ipse[b] vero cum exercitu suo contra Boemmanos[c] perrexit, quos nos Beuwinitha[d] vocamus[7], sed periculose valde; Karolus contra Brittannos[8], sed non profuit[9]. Eodem tempore, quod sine 845. (Nov.) grandi merore nulli dicendum vel audiendum est[10], mater 846. (Aug.) cunctarum ecclesiarum[e], basilica sancti Petri apostoli, a Mauris vel a Sarracenis, qui iam pridem Beneventaniam consederant[11], capta atque predata[f] est, et omnes Chri-

a) duobus *c.* b) I n d e *emendandum esse censeo.* c) *ita* (boẽmanos) *c. (cf. infra a.* 849*).* d) heuuuinitha *(littera* b *minuscula pro* h, *quae persimilis erat, habita) c.; emendavit Pertz, qui et Chron. Moissiac. a.* 805, *SS. II, p.* 258 (Beu-Widines) *allegat.* e) ecetarum *c.* f) p̄data *c.*

1) *Immo Horicus I. rex Danorum (*813—854*); cf. Ann. Bertin. p.* 33; *Mirac. S. Germani c.* 30. 31. *l. c.; Dümmler l. c. p.* 284, *n.* 2; *Vogel p.* 114, *n.* 1 *(idem mendum in Chr. Norm., ubi Ann. Bertin. transscripti).* 2) *Cf. Mirac. S. Germani c.* 31; *Dümmler l. c. p.* 285, *n.* 2; *Vogel p.* 114. 3) *Ita (pro* consueto more*) et infra a.* 849. 4) *Frisionum insulas Ostergo et Westergo, a Flevone lacu (Zuidersee) ad septentrionem sitas.* 5) *Cf. Ann. Fuld. a.* 847, *p.* 36; *Dümmler l. c. p.* 296. 302. 6) *His Dümmler l. c. p.* 298, *n.* 1. *atque Mühlbacher nr.* 1387 *a. b fidem tribuunt, etsi talis expeditio alibi non commemoretur. Immo praesertim Ann. Fuld. docent Hludowicum mense Augusto contra Marahenses profectum indeque per Boemanos cum magna difficultate et grandi damno reversum esse.* 7) *Böhmen (Czechen).* 8) *Bretonen.* 9) *Magnam cladem prope Ballon a.* 845. *Nov.* 22. *accepit; cf. Dümmler l. c. p.* 289, *n.* 1; *infra a.* 863 (Sed non profuit). 10) *Cf. infra a.* 864 (quod omnibus audientibus et videntibus nimium dolendum est). 11) *Haec veritatem egrediuntur, sed a Mühlbacher nr.* 1126 *a vix recte explicari videntur. Cf. infra a.* 871 (Mauri quoque Beneventaniam consederant plurimis iam annis). *Vox* considere *in nostris etiam alibi (a.* 869. 871. 873*) fere pro* possidere *vel* occupare *usurpata.*

846. stianos, quos foris Romam repperierunt[a], intus et foris eiusdem aecclesiae[1] occiderunt. Reclausos etiam viros et mulieres abduxerunt. Altare sancti Petri cum aliis multis detraxerunt[b], et afflictio Christianorum propter scelera eorum cotidie hinc inde orta est. Sergius papa
847. (Ian. 27). migravit ex hac luce.

Anno DCCCXLVII. Defuncto Sergio memoria apostolicae sedis[2] minime ad aures nostras pervenit.
(Apr. 27). Hereban[3] magister et abbas de Fuldo[c] defuncto Otgero[4] episcopo archiepiscopus et successor eius effectus est atque sollempniter electus[5]. De cetero Nordmanni Christianos hinc inde vastaverunt et contra Sigirum et Liutharium comites bellum fecerunt, et ultra vicum
*f. 138. Dorestatum contra flumen[6] Reni per miliaria *novem remigaverunt usque ad vicum Meginhardi[7], et ibidem facta preda reversi sunt.

848. Febr. 4. Anno DCCCXLVIII. II. Nonas Februarii ad vesperum fulgur emicuit et tonitruum auditum est, et gentiles *Christianis, ut consueverant, nocuerunt[8]. Eodem *p. 229.
(Oct.) anno Ludewicus rex habuit conventum populi apud Magontiam, et secta quaedam in sinodo episcoporum inlata est a quibusdam monachis[9] de predestinatione omnipotentis Dei. Qui convicti et coram omni populo contumeliis verberum affecti reversi sunt in Galliam, unde ierant[10], et, Deo gratias! inlesus permansit status aecclesiae.

849. Anno DCCCXLVIIII. Infirmante[11] Ludewico rege, hostis[12] illius de Beioaria iter arripuit in Boemmanos; sed multis ex eis ibidem interfectis, valde humiliati reversi sunt in patriam[13]. Gentilitas vero consueto[14] ab

a) *ita et infra a.* 864. b) *legendumne* destruxerunt? c) *sic c.*

1) *Cf. infra a.* 864 (omnia quae intus aut foris sanctuarii repperierunt rapuerunt). 2) *I. e. nullus nuntius de sede apostolica ad nos pervenit. Cf. de consecratione Leonis IV. inconsulto Hlothario imperatore facta Dümmler l. c. p.* 306, *n.* 1. 3) *Hrabanus (Maurus), magister, deinde abbas Fuldensis (*822—842*), archiepiscopus Moguntinus (*847—856*).* 4) *Cf. supra p.* 6, *l.* 27. 5) *Ordinatus est Iun.* 26. 6) *Adverso flumine.* 7) *Meinerswijk; cf. Kohl in Richter, 'Annalen d. deutsch. Gesch. im MA.' II,* 1, *p.* 338; *Dümmler l. c. I, p.* 464. 8) *Cf. Steffen p.* 101, *n.* 2; *Vogel p.* 120, *n.* 1. *haec ad Frisiam referenda putat.* 9) *Inprimis a Gotescalco presbytero Orbacensi.* 10) *Cf. Dümmler l. c. p.* 335, *n.* 4. 11) *I. e. aegrotante.* 12) *Cf. supra p.* 13, *n.* 20. 13) *Cf. Ann. Fuld. p.* 39; *Dümmler l. c. p.* 346, *n.* 2. 14) *Cf. supra p.* 15, *l.* 9.

aquilone Christianitatem nocuit[1], magis magisque convaluit; sed fastidiosum est enarrare[2].

Anno DCCCL.* Kalendis Ianuarii, id est octabas Domini[3], . . . eodem die ad vesperum tonitruum auditum est magnum, et fulgur nimium visum est, et inundatio aquarum ipsa hieme humanum genus affligebat. Et sequenti aestate calor nimium solis terram urebat. Leo[4] papa apostolicae sedis, vir electus, castellum circa basilicam sancti Petri apostoli construxit. Mauri vero urbes maritimas in Italia hinc inde vastaverunt[5]. Rorik[6] Nordmannus, frater iam dicti Herioldi iunioris[7], qui prius a Lothario dehonestatus[8] fugit, Dorestatum repetit[9], multa mala Christianis fraudulenter intulit. Eodem anno inter duos fratres, Lotharium imperatorem et Ludewicum regem, tanta pax erat[10], ut in Hosninge[11] simul plurimos dies cum paucis venationi operam dederunt, *ita ut multi hoc facto mirarentur, et in pace discesserunt a se[12].

850. *Ian.* 1. — 848—852. — 849. — 850. — *f. 138'.

Anno DCCCLI. De Roma venerunt corpora sanctorum in Saxoniam, Alexandri[13], unius ex septem fratribus[14], Romani atque Emerentianae. Eodem anno nobilissima imperatrix nomine Irmingard, coniunx Lotharii imperatoris, de hac luce migravit[15]. Item Nordmanni in Fresia et circa Rhenum[a] fluvium nocuerunt[16]. Ingens exercitus congregatus est ad Albiam fluvium contra

851. — *(Mart. 20).*

*) *Manus illa s. XII. in margine addidit:* Indictione X.[17] *et paulo infra:* Hiis temporibus fuit in Traiecto Lutgerus episcopus[18].

a) h *superscr. c.*

1) *Cf. supra p.* 16, *l.* 19; *Vogel p.* 120, *n.* 1. 2) *Cf. infra a.* 862. 3) *Hic aliquid excidisse videtur.* 4) *IV.* (847—855). 5) *Cf. Ann. Bertin. a.* 849, *p.* 37; *Steffen p.* 99; *Dümmler l. c. p.* 344; *Mühlbacher nr.* 1143*b.* 6) *Hrærekr. Cf. Vogel p.* 75. 7) *Cf. supra p.* 7, *n.* 2; *L. Giesebrecht, 'Wend. Geschichten' I, p.* 127, *n.* 5; *Vogel p.* 406—409. 8) *I. e. honoribus privatus.* 9) *Cf. Ann. Fuld. p.* 39; *Ann. Bertin. p.* 38; *Dümmler l. c. p.* 278. 343. *sq.; Vogel p.* 86, *n.* 1. 103 *sq.* 117. 295 *sq.* 10) *Cf. Mühlbacher nr.* 1143 *('Nachtr.' p.* 950*); Dümmler l. c. p.* 347. 11) *Osningi montes in Westfalia. PERTZ.* 12) *Cf. supra p.* 13, *l.* 4; 14, *l.* 6. 13) *Corpus eius allatum est Wildeshusam (Wildeshausen in magno ducatu Oldenburg.); cf. Ruodolfi et Meginharti librum de translatione S. Alexandri, SS. II, p.* 673 *sqq. (PERTZ).* 14) *Filiis S. Felicitatis.* 15) *Cf. Dümmler l. c. p.* 397, *n.* 4. 16) *Cf. Ann. Bertin. p.* 41. 17) *Immo XIII.* 18) *Cf. Catal. epp. Traiect., SS. XIII, p.* 295; *Chron. Egmundanum (Hollandiae), K. v. Richthofen, 'Die älteren Egmonder Geschichtsquellen' p.* 35, *n.* 14.

851. Saxones et civitates eorum, aliaeque obsesse alieque succensae sunt igni [1]. Et nimium Christianos vexaverunt. Conventus namque [2] regum nostrorum [3] tunc erat apud Mosam fluvium [4].

Anno DCCCLII. Ferrum paganorum incanduit [5]; nimius ardor solis, et fames subsecuta est, et pabula animalium defecerunt, et pastus porcorum exuberans.

Anno DCCCLIII. Fames magna in Saxonia, ita ut multi equis alerentur.

Anno DCCCLIIII. Nordmanni cum reliquis [a] multis malis, quae Christianis intulerunt [b] undique, aecclesiam
853. (Nov. 8.) sancti Martini Turonis civitatis episcopi, ubi pausatio [6] illius est, igni succenderunt [7].

854. Anno DCCCLV. Verno tempore [8] Ludewicus rex orientalis [9] misit filium suum [10] et convocum [c. 11] in Aquitaniam accipere sibi regnum patruelis [d] sui Pippini [12].

854? 855? Anno *DCCCLVI. Nordmanni rursum regem sibi *p. 230 constituunt [e], cognatum et convocum [11] priori [13], et Dani iterum, resumptis viribus, navali evectu [14] Christianos invaserunt.

856? Anno DCCCLVII. Plaga magna vesicarum [15] turgentium grassatur in populo et detestabili eos putredine consumpsit, ita ut menbra [f] dissoluta ante mortem deciderent.

857. (Mart.) *f. 139. Anno DCCCLVIII. Ludewicus rex orientalis [9] conventum populi sortis suae apud Wan*gionam habuit [16].

a) reliquiis *c.* b) quam chr. inruerunt *c.; veram lectionem dignovit Pertz; cf. infra a.* 869. 871. c) *Mühlbacher nr.* 1407 *b. immerito corr.* equivocum. d) patris *c., quod emendavi. Pertz aliique (cf. Mühlbacher l. c.), de Pippino I. cogitantes,* fratris *aut* patrui *legendum proposuerunt.* e) constuunt *c.* f) *ita c. (cf. infra a.* 861*).*

1) *Haec, ut alibi non confirmata, Walthero Vogel (l. c. p.* 131, *n.* 1*) quodammodo dubiae fidei videntur. Diverse iudicavit Steffen p.* 101 *sq.; cf. etiam Dümmler l. c. p.* 357. 2) *Cf. Dümmler l. c. p.* 357, *n.* 3; *Steffen p.* 102; *Vogel p.* 130. 3) *Hlotharii I. et Hludowici II. Germaniae regis et Karoli II. (Calvi).* 4) *Sc. apud Marsnam (Meersen); cf. Capit. II, p.* 72; *Dümmler l. c. p.* 348, *n.* 1. 5) *Cf. Vogel p.* 131, *n.* 1. 6) *Sepulcrum.* 7) *Cf. Dümmler l. c. p.* 385, *n.* 6. 386. 8) *De anno cf. Dümmler l. c. p.* 383, *n.* 3; *Mühlbacher nr.* 1164 *a.* 1407 *b.* 9) *Cf. Waitz l. c. V, p.* 10, *n.* 2. 10) *Hludowicum III, qui postea (*876—882*) rex Franciae orientalis fuit.* 11) *Cf. supra p.* 9, *n.* 11. 12) *II.* 13) *Horicum II. — Horicus I. a.* 854. *in proelio contra filium fratris sui Guttorm nominatum ceciderat; cf. Ann. Fuld. a.* 854. 857, *p.* 44 *sq.* 47; *Ann. Bertin. a.* 854, *p.* 54; *V. Anskarii c.* 31, *SS. r. G. p.* 63; *Dümmler l. c. p.* 377; *Vogel p.* 404 *sq.*; *Steffen p.* 102. 14) *Cf. infra a.* 870. 15) *Pusularum.* 16) *Cf. Ann. Fuld. a.* 857, *p.* 47; *Dümmler l. c. p.* 418, *n.* 3; *Mühlbacher nr.* 1420 *a.*

Anno DCCCLVIIII. Kalendis Ianuarii, celebrata [858. *Ian.* 1.] sollempnitate matutinorum, apud Wormatiam semel terrae motus factus est et apud Magontiam tredecies ante diluculum[1].

Anno DCCCLX. Nonas[a] Februarii tonitruum audi- [859. *Febr.* 5. *(Ian.* 15*).*] tum est, et rex[2] reversus est de Gallia, depravato omni regno et in nihilo emendato.

Anno DCCCLXI. Beatus Liutbertus episcopus[3] [860.] honorifice multis sanctorum menbris[b] monasterium quod dicitur Frikkenhurst[4] adornavit, id est Bonifacii et Maximi martyrum, Eonii atque Antonii confessorum, adiecta parte de presepe Domini atque de sepulchro illius, simul et de pulvere pedum illius ascendentis in caelum. Eo anno hiemps longissima[5], et supradicti reges[6] [859—860.] iterum[7] secretum colloquium in supradicta[7] insula[8] ha- [859.] buerunt penes Confluentiam[9], vastantes omnia quae in circuitu erant[10]. Et Lotharius[11] rex Ripuariorum[12] legitimam uxorem suam[13], sororem Hugberti clerici[14], iniusta occasione[15] reliquit. Quam postea eodem anno predictus germanus illius accepit in sua. Rex vero con- [860.] cubina[16], cuius amore uxorem reliquit, publice usus est.

Anno DCCCLXII. Ludewicus impium Hughardum [861.] comitem constituit[17]. Quod dampnum pene suis omnibus

a) *ita (pro* Nonis*) c.* b) *cf. supra p.* 18, *l.* 23.

1) *Cf. Ann. Fuld. a.* 858, *p.* 48; *Ann. Bertin. a.* 858, *p.* 48 *('Bibl. de l'Éc. des chartes' LXVI, p.* 399 *sq.).* 2) *Hludowicus II. rex Germaniae. Cf. Dümmler p.* 444 *sq.; Mühlbacher nr.* 1436 *e.* 3) *Monasteriensis* (849—870); *cf. infra a.* 867. 868. 871; *praef.* 4) *Monasterium puellarum in loco hodie Freckenhorst dicto, d. Monasteriensis. Cf. Diekamp, 'Forsch. z. D. G.' XXIV, p.* 634 *sqq.* 5) *Cf. Dümmler l. c. p.* 459, *n.* 2. 6) *Hludowicus II. rex Germaniae, Karolus II. (Calvus); ut videtur, etiam Hlotharius II, cuius tamen et Ann. Bertin. a.* 859, *p.* 52. *nullam mentionem faciunt.* 7) *Haec Steffen p.* 97. *ex fonte deperdito male excerpta censet, cui assentiendum, etsi supra p.* 13, *l.* 12. 18, *l.* 3. 11, *l.* 8. *alia regum colloquia et alia Rheni insula commemorata sint.* 8) *Ann. Fuld. a.* 859, *p.* 53: iuxta Anternacum *(Andernach)* castellum in quadam insula Rheni; *Ann. Bertin. l. c.:* in insula Reni inter Antunnacum et Confluentes. *Dümmler l. c. p.* 453. *fortasse eam, quam nunc Niederwerth vocant, fuisse coniecit.* 9) *Cf. Mühlbacher nr.* 1289 *a.* 1439 *c; Steffen p.* 99 *(Dümmler l. c. n.* 4*).* 10) *Hoc quoque quodammodo mirum videtur, ut fere dubites, an antea aliquid exciderit.* 11) *II.* (855—869). 12) *Cf. supra p.* 13, *n.* 1; *infra a.* 870 (rex Ripuariae); *Waitz l. c. V, p.* 12, *n.* 4. 169, *n.* 2. 13) *Thietbergam, quam iam a.* 857. *retrudere conatus erat.* 14) *Cf. Ann. Bertin. a.* 860. 862. 864, *p.* 54. 57. 74. 15) *I. e. iniusto obtentu (cf. infra a.* 864. 866*).* 16) *Waldrada.* 17) *Cf. Dümmler l. c. II, p.* 30.

visum est. Iam enim dissensio regum nostrorum et desolatio paganorum per regna nostra fastidiosum est enarrare [1].

862. Anno DCCCLXIII. Ludewicus rex primum conventum habuit Wangiona et post haec Magontia [2], ibique venit ad eum Lotharius, hostem [3] machinantes in Sclavos [4], quod et postea fecerunt [5]. Sed non profuit [6]. Eodem anno hiemps turbulenta, mutabilis et pluvialis valde, ut pene absque gelu omnino, ut in sequentibus patuit in aecclesia sancti Victoris [7].

863. *f. 139'. Anno DCCCLXIIII. Nimia inun*datione aquarum pagani sepe iam dicti aecclesiam [a] undique vastantes per alveum Reni fluminis ad Sanctos [8] usque pervenerunt et locum opinatissimum vastaverunt. Atque, quod omnibus audientibus et videntibus nimium dolendum est [9], aecclesiam sancti Victoris mirifico opere constructam incenderunt igni, omnia quae *intus aut foris sanctuarii repperierunt [b, 10] rapuerunt. Clerus tamen et omne vulgus pene aufugit. Sed ipsum censum [11] sanctuarii postea nimium vesania correpti ibidem remiserunt. Sanctum vero corpus Victoris prepositus fratrum equo ascenso et loculo ante se posito cum solo presbitero Coloniam [12] noctu perduxit in magno periculo, nonnisi meritis sancti intervenientibus. Guntharius [13] autem isdem temporibus ibidem rector et episcopus preesse videbatur, nepos [14] scilicet Hildiwini iunioris [15]. Predones vero post, per- *p. 231

a) *Pertz emendare voluit* aecclesias; *sed cf. infra a.* 866. b) *cf. supra p.* 16, *l.* 1.

1) *Cf. supra p.* 17, *l.* 2. 2) *Cf. Dümmler l. c. n.* 6. 3) *I. e. expeditionem bellicam; cf. Ann. Bertin. a.* 862, *p.* 59. 4) *Sc. Abodritos; cf. Ann. Fuld. a.* 862, *p.* 56; *Ann. Bertin. l. c. (ubi nomen nationis omissum).* 5) *Immo Hlotharius patruum promisso auxilio frustratus est; cf. Ann. Bertin. l. c; Dümmler l. c. p.* 36, *n.* 2. 6) *Cf. supra p.* 15, *l.* 19. 7) *In oppido Xanten. PERTZ.* 8) *Santen seu Xanten. PERTZ.* 9) *Cf. supra p.* 15, *l.* 19 *sq.* 10) *Cf. supra p.* 16, *l.* 1. 11) *Thesaurum intellegendum credunt v. Jasmund et Wattenbach, 'Geschichtschreiber' l. c. p.* 159; *Dümmler l. c. p.* 48. 12) *Cf. Dümmler l. c. n.* 3. 13) *Qui a.* 850. *consecratus, a.* 863. *depositus est; cf. infra.* 14) *F. Lot atque J. Calmette ('Le Moyen Age'* 1903. *p.* 252, *n.* 5; *'Bibl. de l'Éc. des ch.' LXV, p.* 532, *n.* 5. *LXVI, p.* 280*) vocem* nepos *hic atque infra a.* 871. *generaliter pro* consanguineo *usurpari putant; sed a.* 865. fratres et nepotes et sorores et neptes *(Guntharii) distinguuntur (cf. etiam a.* 873, *ubi* nepos *patruelem significat).* 15) *Quis hic fuerit, quaestio est admodum intricata et vexata. Dümmler l. c. p.* 11, *n.* 2. *de Hilduino illo, qui abbas S. Dionysii et archicapellanus Hludowici I. imperatoris fuerat; Parisot, 'Le royaume*

petrato scelere, haut longe a monasterio insulam quandam 863. parvam[1] petierunt ibique munitione constructa habitaverunt ad tempus. Sed quaedam pars illorum per alveum[2] ascendentes villam regiam grandem[3] incenderunt, ibique cesi sunt ex eis utpote plus quam C homines, ita ut una navis ibidem ex eorum sorte[4] vacua remansit. Ceteri vero, vix conscensis navibus, confusi redierunt ad suos. Lotharius vero, paratis navibus, cogitabat inruere in eos, sed sui non consenserunt ei. At contra Saxones agiles[5] ex altera ripa fluminis agiliter[5] agebant, ita ut quendam ex eorum regibus nomine Calbi, qui superba temeritate litus eorum aggredi temptabat, occiderunt et in ipsum flumen fugientem demerserunt omnesque pene sequaces illius. Ceteri vero exinde territi locum pre- *(c. Apr. 1).* dictum reliquerunt et incerta petierunt[6]. *Ludewicus *f. 140. vero totum pene annum morabatur in Bewaria, caute agens contra Margos[7] rebelles, sed et contra filium[8]. Predictus vero Guntharius archiepiscopus Agrippinae et Thietgaudus Treverensis[9] archiepiscopus eodem anno iussu Nicolai[10] pape Romam petierunt ob adulterium Lotharii regis, quod pridem commiserat, eo quod ei in hoc cum suis suffraganeis iniusta occasione[11] contra religionem Christianitatis consenserunt[12], plurimas secum deferentes sententias quasi canonica auctoritate conpo-

de Lorraine sous les Carolingiens' p. 115. 702. 743 *sqq. de Hilduino Lotharii I. protonotario cogitavit. Cf. praeterea Lot, 'Le Moyen Age' l. c. p.* 249 *sqq.; 'Bibl. de l'Éc. des ch.' LXVI, p.* 277 *sqq.; Calmette, ib. LXV, p.* 530 *sqq. — Id constat, Hilduinum, cui Hlotharius II. archiepiscopatum Coloniensem a.* 866. *commisit, Guntharii fratrem; illum, qui ab eodem rege episcopatum Cameracensem accepit, Hilduini (senioris), Hludowici I. archicapellani, affinem fuisse; v. Ann. Bertin.* 864. 866, *p.* 68. 71. 81; *Mansi, Coll. Concil. XV, col.* 645. — *Alius Hilduinus erat abbas S. Germani Parisiensis et archicapellanus Karoli (Calvi).*
1) *Cf. Ann. Bertin. a.* 863, *p.* 61, *qui tamen haec ex parte diverse narrant:* usque ad quandam insulam secus castellum Novesium *(Neuss)* perveniunt; *Dümmler l. c. p.* 48, *n.* 3. 2) *Sc. Rheni fluminis; cf. supra p.* 20, *l.* 13. 3) *Cf. Ann. Bertin. l. c.:* villam non modicam, ad quam Frisii confugerant. *Quae verba fortasse ad locum Xanten referenda esse, ut Dümmler l. c., Mühlbacher (nr.* 1298*a), Vogel (p.* 195*) censuerunt, concedere nolim.* 4) *Parte?* 5) *Cf. infra a.* 873; *'N. Archiv' XXXIV, p.* 24, *n.* 2. 6) *Cf. Ann. Bertin. l. c., qui haec similiter, sed tamen diverse referunt.* 7) *Mährer.* 8) *Karlomannum; cf. Ann. Fuld. a.* 863, *p.* 56 *sq.; Ann. Bertin. a.* 862. 863, *p.* 61 *sq.; Dümmler l. c. p.* 50 *sq.; Mühlbacher nr.* 1450*e.* 9) (847—863); *cf. infra.* 10) *I.* (858—867). 11) *Cf. supra p.* 19, *n.* 15. 12) *Cf. Dümmler l. c. p.* 10 *sqq.* 20. 31 *sq.* 66 *sq.*

863. (Oct.). sitas. Quibus in sinodo Romanensi cum omni assertione illorum condempnatis, omnino refutati sunt, eisque omni officio sacerdotali ad tempus[1] interdicto dimissi sunt.

864. Anno DCCCLXV. Moram faciente[2] Lothario veniendi[3], temerarias ipsi episcopi conscriptiones[4] Nicolao papae iterum remiserunt, dicentes eum impie et absque omni ratione tirannico in eos more iniusta exercere iudicia, promittentes se absque illius gratia[5] velle aequaliter gloriari in locis suis ceu ipse in Roma et in nullo gradum suum inferiorem gradu illius esse, non recordantes se ab eo[6] pallium dignitatis accepisse. Loquente *Is. 14, 13. 14.* per eos apostata spiritu, qui dixit: *Ponam solium meum ad aquilonem et ero similis altissimo.* Quibus iterum ipse papa in sinodo episcopali, si ita peregissent, ab omni aecclesia catholica excommunicandos esse indixit[7]. Regressi sunt ergo unde ierant, et veniente Gunthario Colo- *Mart. 30.* niam, ex ipso sacratissimo die caenae Domini omne officium paschale contra fas peregit[8], et ob hanc temeritatem iterum in eadem provintia ab omnibus episcopis Lotharii excommunicatus est[9]. Nec mirum, si ipse, qui aerarium sancti Petri[10] in vasis[a] sacris aureis et argenteis et multis speciebus exinanivit et avariciae facibus semper **f. 140'.* *exarsit et ad secularem pompam necnon et ad fratres et nepotes et sorores et neptes[11] ea convertit, omnibus bonis privaretur. Consors vero[12] illius nihil horum agere temptabatur[b]. Sed tamen ambo Romam reversi sunt[13].

865. *Ian. (15).* Anno DCCCLXVI[14]. Mense Ianuario[c] eclipsis lunae *(Febr. 3).* facta est, et sanctissimus episcopus Bremensis[15] Ansger

a) inuasis *c.* b) *ita c.* c) ianuar̄ *c.*

1) *Non modo ad tempus; cf. Ann. Fuld. a.* 863, *p.* 57; *Reginon. chron. a.* 865, *SS. r. G. p.* 83; *Dümmler l. c. p.* 68. 2) *Cf. infra p.* 23, *l.* 21. 3) *Sc. Romam; cf. Mühlbacher nr.* 1304; *infra a.* 870. *init.* 4) *Cf. capitula in Ann. Fuld. a.* 863, *p.* 60 *sq. et Ann. Bertin. a.* 864, *p.* 69 *sq. inserta, quorum tamen sententiae in nostris parum accurate referuntur; Dümmler l. c. p.* 70, *n.* 2. 5) *Cf. infra a.* 871 (absque ullius gratia). 6) *Sc. a Romano pontifice, non ab ipso Nicolao.* 7) *Cf. Dümmler l. c. p.* 99 *sqq.* 8) *Cf. Ann. Bertin. a.* 864, *p.* 71; *Dümmler l. c. p.* 74 *sq.* 9) *Cf. Dümmler l. c. p.* 77, *n.* 1. 10) *Ecclesiae Coloniensis; cf. infra a.* 869. 11) *Cf. Dümmler l. c. p.* 10 *sq.* (*infra a.* 871). 12) *Thietgaudus Trevirensis; cf. Ann. Bertin. l. c.: Reginon. chron. l. c. p.* 83 *sq.* 13) *Cf. Dümmler l. c. p.* 100, *n.* 3. 14) *Ordinem temporum vel maxime in huius anni relatione turbatum esse animadvertit Steffen l. c. p.* 100. 15) *Qui et archiepiscopus Ham-*

de hac luce migravit. Liudolfus comes a septentrione[1] 865.
et in Italia Everwinus, gener Ludewici regis[2], magnifici
viri[3], de hac luce subtracti sunt. Eodem tempore Hu- 864.
bertus clericus, de quo supra scribitur[4], cuius sororem
Lotharius rex pridem repudiatam dimisit, a quinque episcopis excommunicatus[5], a filiis Cuonradi[6], fratris quondam Iuthit reginae[7], in bello occiditur[8]. Eo anno pagani reliquias Fresiae nimium vastaverunt[9]. Et Lude- 865.
wicus rex orientalis[10] aestivo tempore conventum populi (Iun.).
sortis suae[11] habuit ad Francouoford[12], ibique interfuit Arsenius[13], auricularius Nicolai papae, ab eo cum epistolis[14] directus ob statum catholicae fidei et defensionem Christianae religionis. Indeque proficiscens visitavit Lo-
*p. 232. tharium regem[15], abstrahens inlicitam concubinam *reginam elevatam[16], cuius rei consensu Guntharius et Thietgaudus, duo archiepiscopi, graviter ceciderunt; restituens ei legitimam uxorem prius ab eo nefanda occasione
repudiatam[17], indeque Romam rediens. Eo tempore vir (Nov. 11).
magnificus[a][18] nomine Ernost[19], socer videlicet Karlomanni[b] primogeniti Ludewici regis, de hac luce mi-
gravit. Moram autem facienteGanthario veniendi[20] in 864.
civitatem[21], successit in locum illius quidam tirannicus

a) magnious, fi *manu posteriore (s. XV?) superscr. c.* b) karlomani *c.*

burgensis. Cf. V. Anskarii c. 41, *SS. r. G. p.* 76, *n.* 1; *Dümmler l. c. II, p.* 121, *n.* 2. 1) *Saxo, fundator monasterii Gandersheimensis.* PERTZ. *Cf. Waitz, 'VG.' ed.* 2. *V, p.* 43 *sq.; Dümmler l. c. I, p.* 371, *n.* 3. *Ab illo imperatores stirpis Saxonicae originem traxisse nemo ignorat.* 2) *Eberhardus marchio Foroiulii, qui filiam Hludowici I. imperatoris et alterius uxoris eius Iudith, Gislam, in matrimonium duxerat. Obiit a.* 864. *vel* 865. *Cf. Dümmler l. c. I, p.* 119, *n.* 1. 212 *sq. III, p.* 14 *sq. et alibi.* 3) *Cf. Waitz l. c. IV, p.* 394, *n.* 2; *infra l.* 18—19. 4) *Cf. p.* 19, *l.* 18. 5) *Cf. Dümmler l. c. II, p.* 109. 6) *De quo et filiis Chuonrado iuniore et Hugone cf. Dümmler l. c. I, p.* 129, *n.* 6. 181, *n.* 2. 442. *II, p.* 22 *sq.* 44, *n.* 3; *infra p.* 24, *l.* 1. 7) *Imperatricis (cf. supra p.* 6, *l.* 14*).* 8) *Cf. Dümmler l. c. II, p.* 110, *n.* 1. 9) *Cf. ib. p.* 76, *n.* 1. 10) *Cf. supra p.* 18, *n.* 9. 11) *Cf. supra p.* 18, *l.* 26. 12) *Cf. Dümmler l. c. p.* 130, *n.* 3; *Mühlbacher nr.* 1459 *b. c.* 13) *Episcopus Ortensis, sedis Romanae apocrisiarius, de cuius legatione vide Dümmler l. c. p.* 127 *sqq.* 14) *Cf. Mühlbacher nr.* 1230 *b.* 1306 *a.* 15) *Cf. Dümmler l. c. p.* 131. 16) *Cf. supra p.* 19, *l.* 20—21; *Dümmler l. c. p.* 32, *n.* 5; *Mühlbacher nr.* 1297 *a.* 17) *Cf. supra p.* 19, *l.* 17—19. 18) *Cf. supra l.* 2—3. 19) *Ernustus, olim dux marchiae Bohemicae, inter optimates et amicos Hludowici Germaniae regis primus, qui tamen a.* 861. *honoribus privatus erat. Cf. Dümmler l. c. I, p.* 345. *II, p.* 21, *n.* 1. 3. 23, *n.* 3. *III, p.* 140. 20) *Cf. supra p.* 22, *l.* 5. 21) *Coloniam Agrippinam.*

Hugo nomine[1], filius predicti comitis Cuonradi, qui non
Matth. 7, 15. ut pastor, sed ceu *lupus rapax* gregem Dei invasit et id-
circo annuente Domino celeriter inde deiectus est, oc-
*f. 141. cisis ab eo plurimis in eodem *episcopatu. Et pagani
865/866. crudeliter Galliam vastaverunt. Acceptoque inde a Ka-
rolo rege innumerabili censu, ad tempus[2] reversi sunt
alibi desolare aecclesiam Dei[3].

866. Anno DCCCLXVII. Duo presbiteri, qui[a] se mo-
nachico habitu in Saxonia, quamvis inperiti, nimiae sanc-
titatis viros sub obtentu religionis simulabant, ita ut epi-
scopis et presbiteris omnibus eiusdem provintiae sanctiores
se esse prefigurabant. Nam solitariam vitam in hipocrisi
primum duxere simul. Sed postea, mediante inter illos
spiritu discordiae, separati sunt ab invicem, et tamen
remota querentes habitacula semper iactitabant etiam se
visiones angelicas vidisse et signa fecisse. Et confluebat
ad eos multitudo magna gentis huius, tam divitum quam
etiam ceterorum, diversa munera deferentes. Quorum
confessiones suscipientes nova iudicia pretulerunt. Quorum
Ps. 13, 2. hypocrisin inspector secretorum *Dominus de caelo pro-*
1. *Cor.* 4, 5. *sperit* et *manifestavit*[4] *consilia cordium* illorum, ita ut qui
prior eorum videbatur nimia infestatione[b] diaboli cor-
reptus est. Alter vero, aestivo tempore convocato Liud-
berto archiepiscopo Magontiae[5] cum caeteris coepiscopis[6],
canonice victus et prostratus ac de gradu depositus est.
His ita gestis allata sunt pignora[7] sancti Magni mar-
tyris in Saxoniam[8], a Nicolao papa venerabili episcopo
Liudberto[9] directa. Eodem tempore Guntharius, quon-
dam Agrippinensis archiepiscopus, iterum Roma[c] re-
versus est, communione tantum vulgari ei concessa[10],
sed omni officio episcopali interdicto. Ipse tamen cum
magna elatione[11], clangentibus signis, occurrenti[d] clero
cum ewangeliis et turribulis[e], aecclesias adiit[12]. Eo anno

a) *ita c.* (iniqui?). b) infestinatione *corr.* infestatione *c.* c) romam (roma) *c., quod iam Pertz emendandum censuit.* d) *sic c.; cf. infra p.* 25, *l.* 9. e) *sic c.*

1) *Cf. supra p.* 23, *n.* 6; *Dümmler l. c. I, p.* 442. 448, *n.* 2. *II, p.* 22 *sq.* 77, *n.* 4. 151. 2) *Cf. supra p.* 21, *l.* 3. 22, *l.* 3. 3) *Cf. Dümmler l. c. II, p.* 143 *sqq.*; *Steffen p.* 100. 4) 1. *Cor.* 4, 5: manifestabit. 5) (863—889). 6) *Cf. Dümmler l. c. p.* 203, *n.* 3. 7) *Reliquiae.* 8) *Sc. in monasterium Nottuln; cf. Wilmans, 'Kaiserurkunden d. Prov. Westfalen' I, p.* 415, *n.* 3; *Steffen p.* 107, *n.* 1 *(supra p.* 17, *l.* 18 *sq.).* 9) *Monasteriensi.* 10) *Cf. tamen Dümmler l. c. p.* 139, *n.* 1. 240. 11) *Cf. infra a.* 871. 12) *Cf. Dümmler l. c. p.* 140; *Parisot l. c. p.* 357, *n.* 5. *hoc sine probabili causa nonnisi a.* 869. *factum putat.*

ingens bellum inter Gallos et paganos geritur in Gallia, et cecidit ex utraque parte innumerabilis multitudo. Ibique Ruodbertus[1], vir valde strenuus, ortus de Francia[2], dux Karoli, interfectus est[3]. 866.

*f. 141'.

*Anno DCCCLXVIII. Adhuc visitante Domino plebem suam[4] et circa solis occasum pro denario diurno ociosos vocante[a] operarios ad vineam excolendam[5], gens Bulgarum[6], hactenus idola vana colentium, ad fidem catholicam conversa est, mittente eis summo tonanti[b] signa et prodigia fieri in medio plebis[7]. Directis a Nicolao summo pontifice et universali papa urbis Romae viris apostolicis[8], receperunt sermonem domini nostri Iesu Christi et baptizati sunt[9]. Aequum quippe erat, ut piscationem sibi iam olim a Domino conmissam[10] veteranus piscator[11], sagena predicationis Europico ponto directus, ad finem[c] usque mundi prosequeretur et *antiquus dierum* pastor ovium nuncupatus[12] agnos sibi specialiter commendatos et diu in heremo vacantes ad ovilia[d] pascua perduceret, ubi eis individuus comes illius et egregius gentium predicator[13] lac potum daret pro esca[14], quoadusque fierent *oves foetosae, habundantes in egressibus suis, et fieret unum ovile et unus pastor,* Iesus Christus dominus noster[15]. De cetero[e] diebus ieiuniorum Septembrium circuli duo magni apparuerunt in caelo, similes aspectui iris. Quorum maior ab aquilone primum formosior, sed postea, plenitudinem suam australi quasi tribueret, desipuit[f]. Minor vero, solem sibi medium circumcingens, in extrema parte alterius omni decore resplenduit. Ante horam namque terciam oriundi et usque ad nonam perdurantes evanuerunt. Eodem tem- 867. Dan. 7, 9. Ps. 143, 13. Ioh. 10, 16. Sept. 17 sqq.

a) uocantem *c.; vocante legendum iam censuit Pertz.* b) *cf. supra p.* 24, *l.* 33. c) fidem *c.; emendavit Pertz.* d) ciuilia *c.* e) *ante* diebus *eras.* de *c.* f) *ita perperam, ut videtur, c.;* desivit *aut* disparuit *legendum esse videtur.*

1) *Comes Andegavensis, auctor generis regum Franciae Robertinorum seu Capetingorum, de quo scripsit v. Kalckstein, 'Robert der Tapfere' (Berolin.* 1871*).* 2) *Stirpis Germanicae; cf. Dümmler l. c. I, p.* 450, *n.* 1. 3) *Cf. Dümmler l. c. II, p.* 150; *v. Kalckstein l. c. p.* 104 *sqq.* 4) *Luc.* 7, 16: quia Deus visitavit plebem suam. 5) *Cf. Matth.* 20, 8. 6) *De conversione Bulgarorum cf. Dümmler l. c. p.* 187 *sqq.* 7) *Ps.* 134, 9: misit signa et prodigia in medio tui; *Act.* 14, 3: dante signa et prodigia fieri; *Act.* 5, 12: signa et prodigia . . . in plebe. 8) *Formoso Portuensi et Paulino Populoniae episcopis.* 9) *Cf. Act.* 2, 41: Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt. 10) *Cf. Matth.* 4, 18. 19. 11) *Petrus apostolus.* 12) *Cf. Ioh.* 21, 15. 16. 17. 13) *Paulus apostolus.* 14) 1. *Cor.* 3, 2: lac vobis potum dedi, non escam. 15) *Cf. Dümmler l. c. p.* 192, *n.* 3.

867. pore in Saxonia ignis in aerę sagittae celeritate[a] ferri visus est, grossitudine ligni foenarii[b] et sicut massa ferri in conflatorio[1] scintillas emittens, et subito coram oculis plurimorum velut in fumum picis redactus est. Sed horum significationem solius Domini nosse est. Deinde *Luc. 2, 1.* *autumnali tempore *exiit edictum*[2] a regibus, ut ieiunium *p. 233. *f. 142. triduanum *generaliter observaretur, inminente terrore famis[c, 3], pestilentiae, et terrae motus magnus per regna, ita ut desperatio humanae vitae plurimis accidit. Eo tempore Liudbertus episcopus Saxoniae[4], ortus de . . . .[d, 5], distributione graduum et inpositione crismali parrochiam[e] Guntarii ab orientali parte[6] procuravit. Eodem anno *(Nov. 13).* Nicolaus summus pontifex et ahtleta[e] Christi de hac luce migravit ad Dominum. Pagani quoque iterum Hiberniam atque Fresiam[7] crudeliter vastaverunt.

868. *Febr.* *Ps. 17, 12.* Anno DCCCLXVIIII. Mense Februario, *tenebrosis aquis in nubibus aeris*[8], tonitrua audita sunt, et XV. Kal. *Febr. 15.* Martii, id est nocte sancta septuagesimae[9], stella cometes[10] visa est ab aquilone et occidente, cui statim nimia tempestas ventorum et inmensa inundatio aquarum est subsecuta, in qua multi inprovidi interierunt. Et postea aestivo tempore fames acerrima in multis provintiis subsequitur, maxime in Burgundia et Gallia, in quibus magna multitudo hominum acerbam sustinuit mortem, ita ut homines hominum corpora comedisse feruntur[11]. Sed et canum carnibus aliqui[f] vesci dicuntur. *Prov. 28, 2.* Eo tempore, ut propheta ait: *propter peccata terrae multi*

a) celerate, it *manu post. (s. XV?) superscr. c.* b) fęnarii *c.* c) *nescio an supplendum sit* et *vel* atque. d) ortus d e p o s i t u s *c., quod Pertz 'i. e.* exceptis d. g. et i. c.' *intellegi voluit, Dümmler (l. c. III, p. 682), qui ante vocem* ortus *aliquid excidisse credit, eo fortasse referendum opinatur, quod Liudbertus antea episcopus Coloniae creatus, sed non ordinatus sit; cf. 'N. Archiv' XIII, p. 150. 156 sq.; Parisot l. c. p. 357. 702. 743 sqq. Mihi quidem* ortus de *retinendum,* positus, *nisi forte quid transsiluerit, mendo librarii scriptum videtur.* e) *ita c.* f) aliquis *c.;* aliqui *legendum esse annotavit Pertz.*

1) *Eccli.* 22, 18: massam ferri; *Prov.* 27, 21: in conflatorio argentum. 2) *Cf. Dümmler l. c. p.* 231, *n.* 2. 3) *Cf. a.* 869. 4) *Monasteriensis. (Voces* episcopus *et* Saxoniae *iungendas esse animadvertit Dümmler l. c. III, p. 682).* 5) *Cf. supra p.* 25, *l.* 3—4 (ortus de Frantia); *infra a.* 871: episcopus Liudbertus Saxoniae et filius Ripuariae, *unde veram lectionem huius loci depravati ferme colligere licet.* 6) *Quae ad regnum Franciae orientalis pertinebat; cf. Dümmler l. c. II, p.* 116. 7) *Cf. Dümmler l. c. p.* 164, *n.* 1; *id quod Vogel p.* 226. *de hoc loco conicit mihi vix probabile videtur.* 8) *Ps.* 17, 12: tenebrosa aqua in nubibus aeris. 9) *Dies* 15. *Kal. Mart. a.* 868. *in Febr.* 16, *septuagesima (i. e. dominica Circumdederunt) in Febr.* 15. *incidit.* 10) *Cf. Dümmler l. c. p.* 231, *n.* 3. 11) *Cf. Ann. S. Columbae Senon. a.* 868, *SS. I, p.* 103; *Dümmler l. c. n.* 4; *Steffen p.* 107.

principes eius, quattuor reges regnaverunt in regno quondam (868.) Karoli Magni[a]: Ludewicus filius imperatoris Ludewici in oriente et Sclavis, Bevaria, Alamannia et Coria, Saxonia, Suevis[1], Thoringia et orientalibus Francis cum pago Wormaciensi atque Namnetis[b, 2], qui sapientior et iustior caeteris[3]. Karolus frater eius Gallis, Aquitaneis atque Wasconiis praeerat, sepissime paganorum infestationem sustinens semperque eis censum opponens[4] et numquam in bello victor existens. Ludewicus[5] filius Lotharii imperatoris senior Italiam et Beneventaniam consedit[6], qui multas iniurias *Nicolao papae intulit[7] et (*f. 142'.) non Mauros de Beneventania expulit[8]. Lotharius frater eius, citus et levis, relicta legitima coniuge contra sanctorum[c] canones et Nicolai papae iussum inlicite concubina usus est[9]. Ipse enim Ripuariam[10], Burgundiam atque Provintiam[11] possedit. Iterum atque iterum Guntarius et Thietgaudus Romam petierunt, succedente Adriano[12] in locum regiminis, si aliquomodo possent adipisci gradum pristinum[13], sed non potuerunt, quia *durum est contra stimulum calcitrare.* (Act. 9, 5.) Nam in ipsa peregrinatione Theotgaudus magna febre correptus vita pariter cum sacerdotio caruit[14]. Ecclesia vero illius a chorepiscopis regebatur[15]. Alter quippe eadem molestia preventus vix convaluit. Et cum vidisset, quod nullo modo repedare posset in gradum pristinum, consumpto aerario fraude adquisito[16], defunctis pene omnibus suis sequacibus, pauper cum paucis in incerto vagus girabat per terras. Sicque duo metropolitani ob consensum adulterii nefandi regis rite *obligati sunt et ceciderunt*[17]. (Ps. 19, 9.) Sponsa vero Guntharii[18], quae quondam post Romam

a) karlomanni *c.; emend. Pertz.* b) *sic c.* c) *ita c. (cf. Capit. I, p. 33, l. 29).*

1) *Sc. Nordosuavis, pagum Suevon (Nordschwabengau) inter Salam et Badam incolentibus (cf. Ann. Fuld. a.* 852, *l. c. p.* 43, *n.* 3; *etiam Dümmler l. c. I, p.* 202, *n.* 2*).* 2) *Ita perperam pro* Nemetis *(Speiergau), ut annotavit Pertz (cf. Dümmler l. c.). — Omissa Moguntia.* 3) *Cf. Dümmer l. c. I, p.* 224, *n.* 3. 4) *Cf. supra p.* 14, *l.* 13—15; 24, *l.* 5—6; *Dümmler l. c. III, p.* 58. 5) *II. imperator.* 6) *Cf. supra p.* 15, *n.* 11. 7) *Cf. Dümmler II, p.* 53 *sqq.* 69 *sqq.* 8) *Cf. supra p.* 15, *l.* 22 *sq. et praesertim infra a.* 871. *— Ceterum nostri de hoc imperatore iniuste iudicant; cf. Steffen p.* 101; *Dümmler l. c. p.* 386. 9) *Cf. supra p.* 19, *l.* 17—21; 23, *l.* 14. 10) *Cf. Waitz l. c. V, p.* 169, *n.* 2. 11) *Cf. tamen Dümmler l. c. p.* 49, *n.* 1. 12) *II.* (867—872). 13) *Cf. Reginonis chron. a.* 865, *p.* 84; *Dümmler l. c. p.* 224, *n.* 1. 14) *Cf. Dümmler l. c.* 15) *Cf. ib. p.* 249, *n.* 1. 16) *Cf. supra p.* 22, *l.* 22 *sqq.* 17) *Cf. supra p.* 22, *l.* 21 *sqq.*; 23, *l.* 15 *sq.* 18) *Ecclesia Coloniensis.*

eligantissima[a] habebatur, quasi vidua destituta viro[1], scissa veste, fuscata pelle, deiectis crinibus, nudis pe- [Ion. 3, 6.] dibus absque pastore[2] *sedit in cinere.* Parvuli quoque [Matth. 7, 15.] illius hinc inde a *lupis rapacibus* devorabantur per loca, non habentes patrem. Sacerdotes eius acris[a] verberibus virgisque ceduntur, non habentes patronum. Nobiles eius gladio ceciderunt, et illa dolens ac gemens, [Thren. 1, 2. Dan. 13, 22.] *plorans ploravit* per diem et noctem[3], dicens: '*Angustiae* [Philipp. 1, 22. Ps. 24, 17.] *mihi undique, et quid eligam, ignoro,* quia *tribulationes cordis mei multiplicatae sunt*'. Ad viatores quoque con- [Thren. 1, 12.] versa aiebat: '*O vos omnes, qui transitis per viam, attendite et videte, si est dolor similis sicut dolor meus.* Ecce [*f. 143.] vivente viro vidua *vocor. Parvuli mei delicati[4] suffocati [Thren. 1, 9.] sunt. *Vide, Domine, afflictionem meam, quoniam erectus* [ib. 1, 2. 17.] *est* undique *inimicus. Non est qui consoletur* me nisi tu Deus solus'.

[869.] Anno DCCCLXX. Lotharius rex Ripuariae[5] sepe vocatus tandem Romam venit, cum Adriano pontifice colloquium habuit. Et ab eo mandatum accepit pelicem[a] eicere ac legitimam coniugem accipere. Qui ita se per omnia obtemperare velle promisit, sed minime implevit[6]. Et idcirco eum Dominus Roma redeuntem terribiliter percussit[7] cum *omnibus pene suis optimatibus[8]. [*p. 234.] Quorum corpora pariter Coloniam asportata atque humata sunt. [Hebr. 10, 30. Rom. 12, 19.] Quasi ultor dixisset: *Mihi*[b] *vindictam, et ego retribuam.* [Exod. 15, 9.] *Evaginabo gladium, et interficiet eos manus mea.* Eo anno Ludewicus rex orientalis[9], missis duobus filiis suis Karlomanno et Karlo[10] contra Margos diu resistentes sibi, Rasticium regem eorum[11] fugaverunt et patriam[12] vastaverunt atque cum multis spoliis reversi sunt[13]. Item Guntharius sepe iam nominatus autumpnali tempore cum paucis, quasi lupus gregi insidians, nescientibus cunctis,

a) *sic c.* b) mihi. Mihi *c.*

1) *Thren.* 1, 1: facta est quasi vidua domina gentium. 2) *Num.* 27, 17. *et* 2. *Paral.* 18, 16: sicut oves absque pastore. 3) *Thren.* 1, 2: plorans ploravit in nocte. 4) 1. *Paral.* 22, 5: puer parvulus est et delicatus. 5) *Cf. supra p.* 19, *n.* 12. 6) *Haec parum recte relata esse animadvertit Dümmler l. c. p.* 239, *n.* 2. 245. *Similia narrat Regino a.* 869, *p.* 96 *sq.* 7) *Hlotharius II. obiit a.* 869. *Aug.* 8. *Placentiae humatusque est foras muros in monasteriolo S. Antonini; cf. Dümmler l. c. p.* 242, *n.* 4. 8) *Cf. Ann. Fuld. a.* 869, *p.* 68: plurimique de optimatibus illius in eodem itinere consumpti sunt. 9) *Cf. supra p.* 18, *n.* 9. 10) *(III.), qui postea imperator factus est.* 11) *Rastislavum, ducem Moraviae.* 12) *Cf. supra p.* 12, *n.* 2. 13) *Cf. Ann. Fuld. a.* 869, *p.* 68 *sq.; Dümmler l. c. p.* 278, *n.* 1.

latentibus[a] evectu navali[1] Coloniam venit et misso legato signa aecclesiae pulsare precepit et sibi honorifice occurrere iussit, dicens se potestatem habere, quam non habuit[2], ut rei exitus postea probavit[3]. 869.

Anno DCCCLXXI. Karolus rex Galliae regnum quondam Lotharii cum elatione magna[4] invasit[5], Aquisgrani palatium consedit[6], affirmans se totum regnum absque ullius gratia[7] in proprietatem usurpare velle, quod postea, viris intercurrentibus strenuis[8], emollitum est et in pace dispositum[9]. Tamen cum adhuc esset in pertinatia[b, 10] et videns Guntharium de loco suo avulsum, Hilduvinum[11] quendam *nepotem[12] eiusdem, die sancto theophaniae cum uno tantummodo episcopo[13] Leodiae de Aquis ad Coloniam misit episcopum ordinandum et cathedram huius regiminis inrationabiliter obtinendam. At contra Ludewicus rex orientalis[14] Liudbertum archiepiscopum Magontiae civitatis cum omnibus[15] suffraganeis episcopis Coloniae ex altera parte Reni fluminis e regione civitatis[16] direxit ordinare quendam Willibertum[17], eiusdem Colonie filium, episcopum, non elatum, non venatorem, non hypocritam, non mercenarium neque mercede conductum, sed magna coactum necessitate, omnibus aecclesiasticis disciplinis preditum[18]. His omnibus ita peractis *in conspectu gentium revelavit Dominus iusticiam suam*, et mercenarius abiit et recessit[19], verus autem pastor supra gregem suum sollicite vigilavit. Tunc videns Guntharius, 870. *f. 143'. Ian. 6. Ps. 97, 2.

a) latentibus *cum* paucis *coniungendum videtur.* b) pertinaria *c. (littera* t *minuscula, ut perfacile fieri poterat, pro* r *habita); cf. infra p.* 30, *l.* 1 (pertinatie).

1) *Cf. supra p.* 18, *l.* 19. 2) *Cf. Dümmler l. c. p.* 290. 3) *Cf. a.* 871. 4) *Cf. supra p.* 24, *l.* 32–33. 5) *Cf. Dümmler l. c. p.* 281–289. 6) *Cf. supra p.* 15, *n.* 11. 7) *Cf. supra p.* 22, *l.* 9. 8) *Cf. supra p.* 13, *l.* 2–3. 9) *Cf. Pactiones Aquenses a.* 870. *Mart.* 6. *et Divisionem regni Hlotharii II. Aug.* 8. *prope Marsnam factam (Capit. II, p.* 191 *sqq.* 541*); Ann. Bertin. a.* 870, *p.* 108 *sqq.; Dümmler l. c. p.* 294, *n.* 1. 295 *sqq.* 10) *Pertz, lectione* pertinaria *inductus perperam de vocabulo loci cogitavit. Quod etiam Lot, 'Le Moyen Age'* 1903. *p.* 267. *perspexit.* 11) *Abbatem (S. Bertini?); cf. Reginonis chron. a.* 869, *p.* 98; *Dümmler l. c. p.* 290, *n.* 4. 12) *Cf. supra p.* 20, *n.* 14. 13) *Francone.* 14) *Cf. supra p.* 18, *n.* 9. 15) *Praeter Franconem Leodiensem.* 16) *Sc. Tuitium (Deutz).* 17) *Willibertus archiepiscopus Coloniensis* (870–889) *electus et ordinatus est die Ian.* 7; *cf. Reginon. Chron. a.* 869, *p.* 99; *Dümmler l. c. p.* 291 *sq.* 18) *Simili modo Willibertus a clero populoque Coloniensi atque etiam ab ipso Günthario laudatur, Epp. VI,* 1, *p.* 246 *sq.; cf. Reginon. chron l. c.; Dümmler l. c. p.* 292, *n.* 1. 350. 19) *Cf. Ioh.* 10, 13.

quod nullam spem pertinatiae suae ibidem ultra infigere posset, relicta Colonia victus et confusus inde discessit[1]
871? et amplius non est reversus ad eam. Sed in sequenti[a] anno semper vagus, insidians, iterum Romam rediens, Adriano pontifici comminationes[b] inferens et idcirco ab omni sinodo Romana excommunicatus incerto vitam per-
870? tinacem et inproviso periculose amisit[2]. Eodem anno[3]
Apr. 27. V. Kal. Mai beatus episcopus Liudbertus Saxoniae et filius Ripuariae[4], de quo multa bona commemoravimus[5], de hac luce migravit ad Dominum. Civitas sancta Ierusalem et mons Oliveti atque omnia loca sancta in circuitu a Sarracenis invasa et possessa sunt. Monachi quoque ibidem Domino famulantes diversis poenis[c] afflicti atque in custodiam missi. Audite enim haec omnes catholicae fidei cultores, dicentes: 'Plorate, sacerdotes,
Ioel 2, 17. ministri Domini, et dicite: *Parce, Domine, parce populo tuo, ne dominentur eis nationes* et *dic*ant[6]: *Ubi est Deus eorum?*'

*f. 144. [*Nunc de victoria Carlomanni[7]].

870. Rasticius rex Margorum a Karlomanno captus et in Franciam patri directus ibique postea luminibus privatus est[8]. Pagani quoque tunc totam pene Hiberniam vastantes cum spoliis multis sunt reversi et per aquosa loca Franciae atque Galliae humano generi multas miserias intulerunt. Mauri quoque Beneventaniam consederant[9] plurimis iam annis, quos Ludewicus rex Italiae expellere nequibat[10], et undique ecclesia catholica infestatione gentilium circumcincta, anxiali spiritu gemens ac sentiens tempora Antichristi appropiare.

871. Anno DCCCLXXII. Iterum regnum Margorum e manibus Karlomanni per quendam eiusdem gentis[11] Sclavum[12] elabuit[d], et grandis exercitus de parte Karlomanni

a) insequenti *c., sed cf. e. g. supra p.* 11, *l.* 4. b) *sic corr. ex* conminationes *c.* c) penis *c.* d) *sic c.*

1) *Hoc non prorsus vere relatum videtur; cf. Dümmler l. c. p.* 292, *n.* 3. 2) *Cf. Reginonis chron. a.* 865, *p.* 84; *Dümmler l. c. p.* 368, *n.* 1. 3) *A.* 870, *ut videtur (cf. Dümmler l. c. p.* 304, *n.* 2, *unde I, p.* 361, *n.* 3. *corrigenda).* 4) *Cf. 'N. Archiv' XIII, p.* 150. 156 *sq.; supra p.* 26, *n.* 4. 5. 5) *Cf. supra p.* 19, *l.* 8 *sqq.;* 24, *l.* 27 *sqq.;* 26, *l.* 10 *sqq.* 6) *Ioel* 2, 17: quare dicunt in populis. 7) *Haec rubrica eo magis inepta, quod Rasticius non a Karolomanno victus, sed per proprium nepotem traditus in manus illius inciderit.* 8) *Cf. Dümmler l. c. p.* 295. 301, *n.* 4. 9) *Cf. supra p.* 15, *l.* 22—23; 27, *l.* 10—11. 10) *Cf. supra p.* 27, *l.* 12. 11) *I. e. familiae.* 12) *Ita perperam pro* Sclagamarum; *cf. Ann. Fuld. a.* 871, *p.* 73. 74.

872. (aest.) cecidit[1]. Eodem anno infestatio tonitruorum et ymbrium atque grandinum humano generi nocuit nimium in frugibus et aedificiis[2]. Nam principalis mater aecclesia sancti Petri apostoli Vangionae civitatis, nuper a novo restaurata per Samuelem episcopum[3] et abbatem monachorum[a] sancti Nazarii[4], ictu fulminis prostrata atque succensa est[5]. Iterum ingens exercitus ex omni[b] parte Francorum collectus est contra Margos[6]. Qui hostes *p. 235. fugaverunt et in *civitatem munitissimam[7] propulerunt. Ibique obsessi diu grande dampnum sustinuere. Et Karlomannus frequenter patriam[8] vastavit. Item eodem anno Adrianus papa obiit, et successit in locum eius vir (Nov.-Dec.) preclarus, nomine Iohannes[9]. Guntio episcopus Vangionensis obiit[10], et successit in locum eius Adhelhelmus iuvenis[c, 11] de titulo sancti Cyriaci[12] martyris Christi.

873. Anno DCCCLXXIII. Ludewicus rex orientalis[13] placitum publicum *episcoporum ac laicorum ad Vadum- *f. 144'. Francorum[14] celebravit[15]. Ibique venerunt contra eum duo filii eius, *pleni iniqua cogitatione*, convocus[16] et Ka- Dan. 13, 28. rolus, tirannidem moliri[d] et iuramenta[17] priorum[e] postponere, patrem regno privare[f] et in custodiam mittere[18], Sed *Deus, iustus iudex et patiens*, grande miraculum Ps. 7, 12. palam omnibus ibidem monstravit, ita ut malignus spiritus videntibus cunctis Karolum invasit[19] eumque horribiliter discrepantibus vocibus agitavit. Sed in eodem die (Ian. 26).

a) *legendumne* monasterii? b) orientali *emendandum puto (cf. supra p.* 26, *l.* 12*)*. c) *sequitur lacuna, per lineolam expleta (cf. supra p.* 6, *l.* 4*), ut dubium videatur, utrum quid suppleri opus sit necne. Pertz ex coniectura inseruit* presbiter. d) mollire *c. (i. e.* moliri *Pertz; cf. supra p.* 6, *l.* 2*; Steffen l. c. p.* 98*)*. e) *forsitan emendandum* ipsorum(?). f) priuari *c., quod emendavi.*

1) *Cf. Dümmler l. c. p.* 319. 2) *Cf. Ann. Fuld. a.* 872, *p.* 76 *sq.* 3) *c.* 840—856. 4) *Laurissensem.* 5) *Cf. Ann. Fuld. p.* 77; *Dümmler l. c. p.* 352, *n.* 2. 6) *Cf. Dümmler l. c. p.* 339, *n.* 2. 7) *Cf. ibid. p.* 86, *n.* 4. 278, *n.* 1. 339; *Ann. Fuld. l. c. p.* 69, *n.* 1. 8) *Cf. supra p.* 28, *n.* 12. 9) *VIII.* (872—882), *consecratus Dec.* 14. 10) *Cf. Ann. necrol. Fuld. a.* 875, *SS. XIII, p.* 183: Ob. Gundalah episcopus. 11) *De quo quae Dümmler l. c. p.* 438, *n.* 1. *coniecit mihi dubia videntur.* 12) *In Neuhausen prope Wormatiam.* 13) *Cf. supra p.* 18, *n.* 9. 14) *Frankfurt a. M.* 15) *Cf. Ann. Bertin. p.* 122 *sq.; Ann. Fuld. p.* 77 *sq., quorum cum utrisque nostri hic bene consentiunt; Dümmler l. c. p.* 352. 353, *n.* 2. 16) *Cf. supra p.* 9, *n.* 11. 18, *n.* 10. 17) *Cf. Ann. Bertin. a.* 872, *p.* 119; *Dümmler l. c. p.* 337. 18) *Haec nostri ceteris fontibus explanatius referunt; cf. Dümmler p.* 352, *n.* 4. 19) *Haec Ann. Fuld. p.* 77. *ex parte fere iisdem verbis narrant; cf. praesertim:* malignus spiritus Karolum . . . invasit; *Steffen p.* 95.

873. orationum suffragiis et coniurationibus diversorum sacerdotum[1] eiectus est. Viso hoc terrore frater senior pedibus patris provolutus conmissum nefandum profitetur, indulgentiam postulans[2]. Pater vero pius haec omnia prudenter[a] cum moderamine disposuit. Eodem hiemis tempore insperatum diluvium nive madens[b] repente inolevit, maxime in litoribus Rheni fluminis. Ex influentia aquarum multarum multitudo hominum cum aedificiis et frugibus innumerabilibus deperiit. Iterum in aestivo tempore eiusdem anni predictus rex Aquis palatium secundum[3] sinodum ac placitum suorum[c, 4] consedit[5]. Ibique rationabiliter cunctis dispositis, venit ad regem quidam clericus orbus[6], filius Karoli fratris sui[7], regis Galliae, quem ipse pater luminibus privari iussit[8] et postea in monasterium retrudi, promittens inferre peiora, presidium petens[9]. Itidemque venit ad eum Ruorich[10], fel Christianitatis, tamen ei repositis obsidibus plurimis in navi, et subditus effectus est regi[11] ac iuramentis constrictus inconcussam ei servare fidem. Ac non post multum temporis Ruodoldus[d, 12] nepos predicti tiranni, qui transmarinas regiones plurimas regnumque Francorum undique atque Galliam[13] horribiliter et pene totam Fresiam vastavit, in eadem regione, in pago Ostrachia[e, 14] ab eadem gente[15] cum quingentis[16] viris

a) *nescio an malis* prudenti? b) *ita c.* c) *nescio an vox quaedam (velut* habiturus*) exciderit.* d) *ita (pro* ruodolfus*) c.* e) ostachia *c. (cf. supra p.* 15, *l.* 9 *sq.).*

1) *Cf. etiam V. Rimberti c.* 20, *SS. r. G. p.* 96 *sq.; Dümmler l. c. p.* 354, *n.* 1. 2) *Hoc soli nostri tradunt; cf. Dümmler l. c. n.* 2. 3) *Cf. supra p.* 31, *l.* 17; *sed etiam paulo post pascha placitum in villa Bisestat (Bürstadt) prope Wormatiam habuerat (Ann. Fuld. p.* 78*).* 4) *Ann. Fuld. l. c.:* rex circa Kalendas Maii Mogontiacum veniens, per alveum Rheni fluminis navigio vectus Aquense palatium petiit ibique cum suis secretum habuit colloquium. *Eum mense Iunio quoque Aquis commoratum ostendunt chartae, Mühlbacher nr.* 1494–1498; *Dümmler l. c. p.* 367, *n.* 1. 5) *Cf. supra p.* 29, *n.* 6. 6) *Sc. oculis.* 7) *Karolomannus, de quo cf. Dümmler l. c. p.* 320 *sqq.* 334. 356 *sq. III, p.* 682 *sq.* 8) *Cf. Ann. Bertin. p.* 122; *Reginon. chron. a.* 870, *p.* 101 *sq.; Dümmler l. c. II, p.* 358, *n.* 2. *III, p.* 682 *sq.* 9) *Cf. Ann. Bertin. p.* 123; *Reginon. chron. l. c. p.* 102; *Dümmler l. c. II, p.* 358. 10) *Cf. supra p.* 17, *l.* 10. 11) *Ann. Fuld. p.* 78: et Rorichum per obsides ad se venientem in suum suscepit dominium; *Dümmler l. c. p.* 366. 12) *Rodulfus Herioldi II. filius; cf. Ann. Bertin. a.* 864, *p.* 67; *Ann. Fuld. p.* 80; *Dümmler l. c. p.* 76; *Vogel p.* 196, *n.* 3. 407. 409. 13) *Cf. Ann. Bertin. p.* 124; *Ann. Fuld. l. c.; Vogel p.* 196, *n.* 4. 14) *Cf. Ann. Fuld. l. c.; Dümmler l. c. p.* 366. 15) *Sc. Frisionibus.* 16) *Item*

agiliter[1] interfectus est et, quamvis baptizatus esset, caninam vitam digna morte finivit. Postea vero mediante mense Augusto[2] antiqua Egiptiorum plaga[3], id est locustarum innumerabilis[a] turma more apium de alveo exeuntium, ab oriente[4] nova exorta est per terras nostras, quae in aere volitantes, vocem subtilem velut aviculi parvi dantes[5]. Et dum elevarentur, caelum vix velut per cribram[b] intueri potuit[6]. In plerisque locis vero pastores ecclesiarum et omnis clerus cum kapsis et crucibus occurrerunt eis misericordiam Dei implorantes, ut defenderet eos ab hac plaga. Non tamen ubique, sed per loca nocuerunt. Item in Kalendis[c] Novembris usque ad sexagesimam[d, 7] nix totam superficiem terrae cooperuit[8], et diversis plagis Dominus assiduę populum suum afflixit[e] et *visitavit*[9] *in virga iniquitates eorum et in verberibus peccata eorum.*

873. — *Aug. med.* — *Nov.* 1. — 874. *Febr.* 14. — *Ps.* 88, 33.

Anno DCCCLXXIIII.

a) innumeralis *c.* b) *ita c.* c) kalendas *c., quod emendavi.* d) LX mam *c.* e) affixit *c., emend. Pertz.*

Ann. Bertin. l. c.: cum quingentis et eo amplius complicibus; *sed Ann. Fuld. l. c.:* et cum eo octingenti viri. 1) *Cf. supra p.* 21, *l.* 10. 2) *Tempus aliis testimoniis confirmatur; cf. Dümmler l. c. p.* 369, *n.* 3. 3) *Cf. Exod.* 2, 12—15; *Ann. Bertin. l. c.* 4) *Cf. Reginon. chron. p.* 105. 5) *Cf. supra p.* 11, *n.* 5. 6) *Cf. Dümmler l. c. p.* 369 *sq.; Steffen p.* 107. 7) *I. e. dominicam Exurge.* 8) *Cf. Ann. Fuld. a.* 874, *p.* 81: nix quoque inmensa a Kalendis Novembris usque in aequinoctium vernale *(Mart.* 21*)* sine intermissione cadens; *Dümmler l. c. p.* 370—371. 9) *Ps.* 88, 33: visitabo.

SUPPLEMENTUM A MONACHO EGMONDANO CONSCRIPTUM. A. 640—789.

**f. 128'. Sigeb.* *Anno dominice[a] incarnationis DCXL. sanctus Arnulfus episcopus obiit. Clodulfus filius eius, post eum episcopus, sanctitatem eius imitabatur. **p. 219*

ib. 625. 647. (V. Pippini ducis). Anno dominice incarnationis DCXLVII. Pippinus filius Karlomani, maior domus Lotharii, obiit, relinquens filium nomine Grimoaldum et duas filias, Gerthrudem virginem sanctam et Beggam, quam Anchisus dux egregius, [patruus[b] sancti Wandregisili abbatis], filius Arnulfi episcopi Mettensium, duxit uxorem, ex qua genuit Pippinum iuniorem[c] et ducem[d].

DCXLVIII. DCXLVIIII.[e]

Sigeb. DCL. Itta relicta Pippini Nivielle monasterium edificat.

DCLI. DCLII. DCLIII.

ib. DCLIIII. Ignis de celo cecidit, et pestilentia gravis super homines venit.

*DCLV. DCLVI. **p. 220*

Sigeb. 658. DCLVII. Beata Itta, mater sancte[f] Gerthrudis[g], obiit.

DCLVIIII.[h, 1] DCLX.

Sigeb. DCLXI. Sanctus Amandus[i] obiit.

DCLXII. DCLXIII.

ib. DCLXIIII. Sancta Gerthrudis obiit[1].

V. S. Wandreg. Sigeb. DCLXV. Sanctus Wandregisilus obiit[2]. Eodem anno sanctus Eligius[k].

DCLXVI. DCLXVII. DCLXVIII. DCLXVIIII. DCLXX.

ib. DCLXXI. Hoc anno quidam in Brittannia a morte resurgens multa quae[l] vidit de locis penarum et purgatorii ignis loco enarravit.

DCLXXII.

ib. DCLXXIII. Iris apparuit in mense Martio[m], et tremuit omnis caro.

a) d *c.* b) *uncis inclusa manu 2. adiecta.* c) in *in loco raso c.* d) et d. *eadem manu superscr. (littera* e *in* ducem *plumbo superducta; signum compendii iam non dignosci potest).* e) *numeri nullo spatio intermisso se subsequuntur.* f) s̄ *c.* g) gertħ *c.* h) *sequitur* s̃, *post quod vox penitus erasa c.* i) Amand *c.* k) *haec vox ipsum marginem attingit, quare dubitare possis an* ⊖ (obiit) *secutum sit, quamquam vix desideratur.* l) quę *(ita semper) c.* m) in celo mense Marcio *Sig.*

1) *Cf. SS. VI, p.* 325, *n.* 23. 2) *Cf. Bonnell, 'Die Anfänge des karoling. Hauses' p.* 150, *n.* 4.

DCLXXIIII. DCLXXV. DCLXXVI. DCLXXVII. DCLXXVIII. DCLXXVIIII. DCLXXX. DCLXXXI. DCLXXXII.

DCLXXXIII. In Anglia claruit sancta Ethiltrudis, filia Annae regis Anglorum, quae duobus regibus coniux data virgo permansit, cuius merita vivacia testatur etiam caro mortua, quae XVI^mo anno post mortem eius cum veste, qua involuta est, incorrupta repperitur. *Sigeb. Bed. chron.*

DCLXXXIIII. Translata sunt corpora sanctorum Wandregisili[a], Ansberti et Wlframni[b] in aecclesiam sancti Petri apostoli[1].

*Anno dominice incarnationis DCLXXXV. Anchisus dux perimitur. Pippinus filius eius succedit[c]. **f.* 129. *Sigeb.* 685. 687.

DCLXXXVI.

DCLXXXVII. Defectio solis facta est hora diei tertia, ita ut quedam stellae clare parerent.

DCLXXXVIII. DCLXXXVIIII.

DCXC. Sanctus Willibrordus, tunc presbiter, miraeque sanctitatis vir Adalbertus confessor cum aliis X de Brittannia gentis Anglorum ob gratiam evangelii in Gallias transientes ad Pippinum Francorum ducem pervenerunt[2]. *Reg. V. Adalb. Egm.*

DCXCI. DCXCII. DCXCIII.

DCXCIIII. Pippinus dux Ratbodum ducem Fresonum bellando vicit Fresiamque sibi subiugavit et sanctum Willibrordum, a beato Sergio papa archiepiscopum consecratum, illuc ad predicandum verbum Dei direxit. Sanctus vero Adalbertus in loco qui dicitur Ekmunda usque ad tempus exitus sui apud quendam Eggonem mansit et plurimorum corda ad fidei salutem erexit[3]. *Sigeb.* 694. 697. *cf. V. Adalb. Egm.*

DCXCV.

DCXCVI. Beda presbiter et monachus[d] claret in Anglia. *Sigeb.*

DCXCVII.

DCXCVIII. Sancta Begga, mater Pippini ducis, de hoc mundo transiit. Sanctus Landbertus Tungrensis aecclesiae episcopus in Leodio vico occiditur[4]. Interfector sancti Landberti Dodo pessimo languore cruciatus a vermibus consumitur et ob intolerantiam fetoris in Mosam fluvium demergitur. *Sigeb. Reg. Sigeb. V. Lamb.*

DCXCVIIII. DCC. DCCI. DCCII. DCCIII. DCCIIII. DCCV. DCCVI. DCCVII. DCCVIII.

a) wandreg *c.* b) wlfrāni *c.* c) succ̄ *c.* d) m̊ *(ita et infra a.* 730*) c.*

1) *Cf. tamen infra a.* 720. 728. — *Translationem a.* 704. *factam esse referunt Gesta abb. Fontanell. c.* 2, *rec. Loewenfeld, SS. r. G. p.* 19. 2) *Cf. Reginon. chron. l. c. p.* 33 *sq.; Vit. et Mir. S. Adalberti Egmondani c.* 2. 3, *SS. XV,* 2, *p.* 700 *(Bedae H. e. Angl. V,* 10*).* 3) *Cf. V. et Mir. S. Adalb. c.* 5, *l. c. p.* 701, *ubi similia, quamquam alio modo, narrantur.* 4) *Cf. Reginonis chron. l. c. p.* 34.

Sigeb. DCCVIIII. Archangelus Michael apparens Autberto episcopo monuit semel atque iterum, ut in loco maris[1] fundaret aecclesiam in memoriam sui, ut sicut in monte Gargano ita etiam in loco qui dicitur in Periculo-maris[1] eius veneratio haberetur.

Sigeb. DCCX. Translatum est corpus beati Landberti episcopi et martyris a Traiecto in Leodium.

DCCXI. DCCXII. DCCXIII.

Sigeb. *V. Pippini ducis.* DCCXIIII. Apud Francorum gentem Pippinus princeps obiit, qui sicut nomine ita factis quoque et moribus omnique honestate[a] vitae avo suo consimilis fuit. Hic mortuo sine liberis rege Hildrico, sub quo beatus Lambertus eximia sanctitate claruit, etsi non regio nomine, tamen regia potestate in Austria dominari coepit[b], belloque adortus Theodericum regem Francorum eum cum Berchario duce *suo ingenti praelio vicit et in fugam vertit. Nec multo post interempto a suis Berchario, principatum eius a rege pactione pacis extorsit, quem filio suo Drogoni tradens, ipse in Austriam victor remeavit. Postea multa quoque alia bella gessit, in quibus omnibus victor extitit. Cui Karolus filius eius successit, *non solum dignitatis, sed et virtutis ipsius heres, vir bellicosus, dux invictus, immo victoriosissimus, qui patrios limites transiliens paternasque victorias suis nobiliter exaugens honestissimos triumphos de ducibus ac regibus, de populis ac barbaris nationibus reportavit. *p. 22 *f. 129.

Sigeb. DCCXV. Sanctus Egidius venit a Gretia in Provinciam.

DCCXVI.

ib. DCCXVII. Sanctus Bonifacius, ex Brittannia ortus, a beato Gregorio papa archiepiscopus consecratur.

V. Wulfr. ep. Senon. DCCXVIII. Radbodus dux Fresonum predicante sancto Wlframno episcopo ad hoc pervenit, ut baptizandus[c] unum pedem in sacrum fontem intingeret, sed percunctatus sanctum antistitem, ubi maior esset numerus regum seu nobilium gentium Fresonum[d], in caelesti regione aut in tartarea dampnatione, audivit ab eo, quod antecessores sui, qui sine baptismo obierunt, dampnationis suscepissent sententiam. Qui statim pedem a fonte retraxit, dicens se non posse carere consortio predecessorum suorum et cum parvo numero[e] sedere in caelesti regno.

V. Wulfr. DCCXVIIII. Mortuus est[f] autem prefatus dux Radbodus sine baptismo VI. anno Karoli.

V. Wulfr. DCCXX. Obiit venerandus pontifex Wlframnus sepultusque est primo quidem in aecclesia beati Pauli apostoli iuxta sacerdotem Domini sanctum Wandregisilum, in qua iacuit per annos VIIII. Sanctus quoque Wandregisilus requievit in eadem basilica annis XL, inclitus vero presul Ansbertus annis XI.

Bed. chron. DCCXXI. Liutbrandus rex audiens, quod Sarraceni depopulata Sardinia etiam loca[g] fedarent illa, ubi ossa sancti Augustini

a) honostate *c.* b) cepit *c.* c) baptizand̄ *c.* d) regum et principum seu nobilium gentis Fresionum *V. W.* e) cum p. n. pauperum *V. W.* f) ęst *c.* g) loco *c.*

1) in loco maris, qui propter eminentiam sui Tumba vocatur .... in pelago *Sig.*

propter vastationem barbarorum olim translata et honorifice fuerant condita, misit et dato magno precio accepit et transtulit ea in Ticinis. *Bed. chron.*

DCCXXII. In Campania Italiae frumentum combustum, et ordeum et legumina ceciderunt de caelo tamquam pluvia. *Sigeb.*

DCCXXIII. DCCXXIIII. DCCXXV. DCCXXVI.

DCCXXVII.

DCCXXVIII. Translata sunt corpora beatorum Wandregisili[a], Ansberti et Wlframni a sancto Baino, urbis Taruennae episcopo et rectore Fontanelnensis[b] cenobii, in aecclesiam beati Petri apostoli. Quae ita integra ab omni corruptione cum vestimentis, quibus induta fuerant, reperta sunt, quasi die eodem fuissent sepulturae tradita. *V. Wulfr.*

DCCXXVIIII.

DCCXXX. Obiit domnus Beda presbiter et monachus in Anglia. *Sigeb.* 731.

DCCXXXI. DCCXXXII.

DCCXXXIII Gregorius papa sinodum DCCCCIII episcoporum Rome congregavit. *Sigeb.*

DCCXXXIIII. DCCXXXV.

DCCXXXVI. Sanctus Willibrordus obiit.

DCCXXXVII. DCCXXXVIII. DCCXXXVIIII.

DCCXL. Signa in sole et luna et in stellis apparuerunt. *Sigeb.*

*f. 130.

*Anno dominicae[c] incarnationis DCCXLI. Karolus bellicosus obiit, et duo filii eius Pippinus et[d] Karlomannus succedunt[d]. *ib. (Reg.)*

DCCXLII.

DCCXLIII. Karlomannus in Saxoniam perrexit. *Reg.*

DCCXLIIII. Cinis de celo cecidit. *Sigeb.*

DCCXLV. Corpus sancte Marie Magdalenae ad cenobium Viceliacum transfertur. *ib.*

DCCXLVI. Karlomannus[e] frater Pippini monachus efficitur. *Reg.*

DCCXLVII. Pippinus Saxoniam intravit. *Reg.*

DCCXLVIII. Pippinus cum exercitu Baioariam venit omnesque resistentes sibi subiugavit. *Reg.*

DCCXLVIIII.

DCCL. Pippinus secundum morem Francorum electus in regem ungitur a sancto Bonifacio, Maguntiensis civitatis episcopo. *Reg.*

p. 222. *DCCLI. Pippinus rex in Saxoniam iter fecit, et Hilteradus episcopus a Saxonibus occisus est. *Reg.*

DCCLII.[1] Passus est sanctus pater noster Bonifacius, vir apostolicus et omni sapientia adornatus, qui de Anglorum gente nobilem ducens originem ibidem in sancto proposito religiosissime educatus et doctrina nichilominus insignis fuit et miraculis claruit; postea vero divina ammonitus pietate Germaniae fines adiit, Francorum gentem diversis errorum laqueis irretitam nobiliter instruxit et hereticorum pravitates instantissime superavit. Evangelica etiam doctrina adeo precipuus extitit, ut apostolorum tempora in eius predicatione laudares. *Martyrol. Fuld.*

a) wandresisili *c.* b) *sic (pro* Fontanellensis*) c.* c) domine *c.* d) *huic loco tenuis chartula serica agglutinata.* e) Karlamannus *c.*

1) *Annus ex Reginonis chron.*

Mart. Fuld. Itaque meritis illius circumquaque clarescentibus, a viro sanctissimo Gregorio papa Romano accersitus, ad illuminationem totius Germaniae transmissus et ab eodem episcopus ordinatus, in civitate quae Mogontia dicitur pontificatus honore meruit sublimari. Ibi inter homines constitutus angelicam vitam exercuit, Francorum gentem, Thuringorum et Saxonum populos Deo adquisivit et in omni sanctitate gloriosus[a] fuit. Novissime ergo, cum multos ex Fresonibus Christianae religioni subiugasset, a paganis qui supererant gladio peremptus cum martirii gloria migravit ad celestia regna, corpusque illius, comitante fidelium maxima turba, ad Fuldense monasterium, quod ipse sibi in solitudine Boconia construxerat, cum magnis Dei laudibus transportatum et condigno honore tumulatum, miraculis ibidem plurimis claret. Passi sunt autem cum eo et alii ex clero eius viri religiosi, presbiteri[b], diacones et monachi, sed nobiliores inter eos fuerunt Eobanus episcopus et Adalarius sacerdos, qui primitus in monasterio quod Trech nominatur honorabilem meruerunt sepulturam, sed emergentibus annis etiam ipsi Fuldam translati iuxta corpus sancti pastoris sui Bonifacii satis pulcherrime requiescunt[1].

**f. 130'.* *Reg. Sigeb.* *DCCLIII. Pippinus rex Italiam ingressus est. Terremotus tam terribilis factus est, quo urbes alie quidem ex toto, aliae ex parte subverse sint.

Reg. DCCLIIII. Unguntur in reges Francorum Pippinus et duo filii eius Karolus et Karlomannus.

DCCLV.

Reg. DCCLVI. Rex Pippinus tenuit placitum suum in Compendio.

Reg. DCCLVII. Pippinus rex in Saxoniam iter fecit, et in loco qui dicitur Sitma[c] multae strages[d] facte sunt de Saxonibus.

Reg. DCCLVIII. Natus est Pippino regi filius, quem vocavit Pippinum, qui III. anno defunctus est.

DCCLVIIII. DCCLX. DCCLXI.

Reg. DCCLXII. Pippinus rex Equitaniam cum exercitu vastavit.

Sigeb. DCCLXIII. Gelu magnum a Kal. Decemb.[2] usque ad Febr. Stellae subito visae de caelo cecidisse ita omnes exterruerunt, ut putarent finem mundi imminere.

DCCLXIIII.

Sigeb. DCCLXV. In Siria passio dominicae imaginis.

DCCLXVI. DCCLXVII.

Reg. DCCLXVIII. Pippinus rex apud Sanctum Dionisium Parisius [diem[e]] clausit extremum VIII. Kal. Octob. Et domnus Karolus et Karlomannus elevati sunt in regnum.

Reg. DCCLXVIIII. Karolus rex Equitaniam cum exercitu intravit.

Reg. DCCLXX. Karolus[f] . . . sinodum habuit in Wormatia civitate.

Reg. DCCLXXI. Karolus rex sinodum habuit ad Valentianas, et Karlomannus rex defunctus est II. Non. Decemb.

Reg. DCCLXXII. Karolus rex sinodum tenuit in Wormatia.

Reg. DCCLXXIII. Karolus rex sine lesione suorum Italiam ingressus est.

a) gloriosissimus *M. F.* b) pri *c.* c) *ita iam Reg. (pro* Sitnia*).* d) strage *c.* e) *om. c., suppl. Pertz.* f) *sequitur spatium 7 fere litteris relictum c.*

1) *Cf. Vit. s. Bonifatii, rec. W. Levison, SS. r. G. p. XLVII, n.* 7. 59 *sq.* 2) *Ita pro* Octobris; *cf. Oelsner, 'König Pippin' p.* 383, *n.* 2. 519 *sq.*

DCCLXXIIII. Karolus subiugata Italia in Franciam reversus est. *Reg.*

DCCLXXV. Rex habuit sinodum in villa quae dicitur Duria. *Reg.*

DCCLXXVI. Karolus rex Italiam ingressus Rotgaudem rebellem captum decollari iussit. *Reg.*

DCCLXXVII. Rex Saxoniam ingressus in Paderespruna placitum tenuit. *Reg.*

DCCLXXVIII. Karolus cum exercitu Ispaniam ingressus est. *Reg.*

DCCLXXVIIII. Karolus venit in villam quae dicitur Compendium. *Reg.*

DCCLXXX. Karolus ad Hereburg venit. *Reg.*

p. 223. *DCCLXXXI. Baptizatus est filius Karoli Pippinus in Roma. *Reg.*

DCCLXXXII. Karolus Coloniam veniens Renum transiit et sinodum tenuit. *Reg.*

DCCLXXXIII. Hildewardis regina obiit. *Reg.*

DCCLXXXIIII. Karolus ingressus est Saxoniam, eo quod iterum rebellassent. *Reg.*

DCCLXXXV.

DCCLXXXVI. Karolus misit exercitum suum Brittanniam. *Reg.*

DCCLXXXVII. Karolus venit Romam. *Reg.*

DCCLXXXVIII.

DCCLXXXVIIII. Karolus ad Coloniam venit ibique[1] duos pontes construxit et ex utraque parte pontis castra edificavit.* *Reg. (Sig.)*

*) *Annales ex Xantensibus excerpti breves f.* 131'. 131. *habent:*

p. 236. *Anno DCCCXXIII. Terre motus factus est. Multae villae et domus celesti igne cremantur. *Sigeb.*

Anno DCCCXXVIIII. . . . Ad hunc annum computantur ab initio mundi V milia DCCCC nonaginta VIII.

DCCCXXXIII. Sol et luna defecerunt per eclipsin. *ib.*

1) *Immo super Albim.*

ANNALES VEDASTINI.

873. Anno Domini[a] DCCCLXXIIII. Karolus rex[1] Andegavis civitate Nortmannos obsedit, sed pessimorum[b] consilio acceptis obsidibus inlesos abire permisit[2]. In illis etiam diebus plaga locustarum facta[c, 3]. SS. II, p.1

875. (Aug. 12). Anno Domini[d] DCCCLXXV. Hludowicus[e] imperator[4] obiit, Karolusque[f] rex Italiam perrexit, et pars[g] maxima multitudo[h] eiusdem provintiae[i] eum cum pace excepit[5]. Sed Karlomannus[k, 6] nepos eius cum exercitu veniens iter illius inquietare conatus est, sed nuntiis[l] intercurrentibus ad colloquium mutuum devenerunt, et pace inter eos acta[m] Karlomannus[k] reversus est in terram suam[7], Karolus[n] iter, quod arripuerat, pertendere studuit, donec Romam[o] ad limina beati[p] Petri pervenit[q], (Dec 17). ibique ab Iohanne[8] papa honorifice susceptus[r, 9].

875. Dec. 25. Anno Domini[s] DCCCLXXVI. Karolus rex die nativitatis Domini nostri a praedicto[t] Iohanne[u] papa accepit benedictionem imperialem[v] multisque muneribus honoravit sanctum Petrum[w] et praedictum[x] papam[10],

a) *ita B* 1; A. D. *om. semper A* 1; Anno dominicae incarnationis *A* 2. — DCCCCLXXIIII. *B* 2. b) *sic codd.; sed cf. infra p.* 41, *l.* 2 *sq.* (*Dümmler, 'G. d. Ostfr. R.', ed.* 2. *II, p.* 362, *n.* 1: pessimorum usus consilio). c) *ita B* 1; est facta *A* 1; facta est *A* 2. *B* 2. d) domini *om. A* 2, *item deinceps.* e) loduuuicus *plerumque A* 1; Hludouicus *fere semper B* 2. f) karolus *A* 2. *B* 2. g) *sic omnes codd.* h) maximę multitudinis *A* 1; max. populi *A* 2. i) prouincię *B* 1. k) carlomannus *B* 1, *infra l.* 12. *B* 1. 2. l) nontiis *A* 2. m) facta *A* 2. n) uero *add. B.* o) Romam *om. A* 2. p) apostoli *A* 2. q) perueniret *A* 2. r) est *add. A* 1. s) dom. *om. A* 2. *B.* t) p̄dicto *A* 1. u) Ioh. *om. A* 2. v) bened. imp. acc. *A* 1. w) s. petr. honor. *A* 1. x) p̄dictum *A* 1.

1) *II. (Calvus), rex Franciae occidentalis.* 2) *Cf. Ann. Bertin. auct. Hincmaro a.* 873, *rec. Waitz, SS. r. G. p.* 123 *sqq.; Reginon. chron. a.* 873, *rec. Kurze, SS. r. G. p.* 105 *sq.; Dümmler, 'Gesch. d. Ostfränk. Reiches', ed.* 2. *II, p.* 362. 3) *Cf. Dümmler l. c. p.* 369, *n.* 3. 4) *Hludowicus II.* 5) *Papiae, ut videtur; cf. Dümmler l. c. p.* 388. 390, *n.* 1. 6) *Filius Hludowici regis Germaniae natu maximus, postea rex Baioariae et Italiae.* 7) *Cf. Dümmler l. c. p.* 389—390. 8) *VIII.* (872—882). 9) *Cf. Dümmler l. c. p.* 397, *n.* 4. 10) *Cf. Dümmler l. c. p.* 398, *n.* 1.

atque dehinc benedictione apostolica percepta remeavit in [876.] Franciam[a]. Mortuo dehinc Hludowico[b] fratre suo, pes- [(Aug. 28).] simo usus consilio regnum ipsius, quod suis filiis pater reliquit[c], invasit[d], Aquisgrani palatium cum multitudine venit, sed non ita ut debuit. Inde Coloniam perrexit; et[e] Hludowicus[f·1] nepos eius ad eum legatos misit pacis gratia, sed quod petiere[g] non impetrantes[h] ad eum[i], a quo missi sunt, rediere. Unde instinctu diabolico utrique, Karolus imperator et Hludowicus[b] rex, bellum inter se mandavere Andranacumque[k] devenerunt*, et iudicio[l] Dei cessit victoria Hludowico[b], multique Franci nobiles ibi capti atque interempti[m] sunt, et[n] Karolus[o] imperator inde fugiendo rediit in regnum suum. Actum est[p] hoc proelium[q] Nonis[r] Octobr.[2] indictione X. Interim, dum [Oct. 7. (8).] haec aguntur, Dani seu Nortmanni, piraticam exercentes, Sequanam ingressi incendiis et occisione[s] regnum Francorum crudeliter devastant[t]. Contra quos Karolus exercitum dirigit, sed nil utiliter egere. Unde de redemptione regni cogitare coepit[u].

Anno Domini DCCCLXXVII. Misitque legatos, [877.] qui cum Nortmannis[v] tractarent, ut munerati e regno eius abirent. Et facta pactione spoliantur aecclesiae[w], et omne regnum ad hoc tributum dat[x], ut ab hac liberarentur clade[3]. Et dum in his principes regni occupantur[y], Karolus imperator ad hoc negotium perficien- [(Iun).] dum[z] Hludowicum[b·4] filium suum delegit in regno cum suis primoribus relinquendum[5] et iterum iter parat, quo

*) Andarnach[k]. Cumque simul convenirent, iudicio Dei *etc.* *B.*

a) frantiam *(ita semper)* *A* 1. b) hludouic. *B* 2; loduuuic. *A* 1. c) reliquerat *B.* d) et *add.* *B.* e) At *B.* f) hludouic. *B* 2; lodouuic. *A* 1. g) pecierunt *B* 1; petierunt *B* 2. h) inpetrantes *A* 1. i) ad eum *om.* *A* 2. k) andrenacumque *A* 1; andernach *B* 1. l) iuditio *A* 1. m) interhempti *B* 2. n) et *om.* *B.* o) karolusque *B.* p) autem *add.* *B.* q) praelium *A* 2; p̄lium *A* 1; prelium *B* 1. r) Non *A* 1. *B.* s) occasione *A* 2. t) deuastabant *B* 2. u) cępit *A* 1; cepit *B* 1. v) normannis *A.* *B* 2. w) aeclesiae (aeclę, eclę) *semper fere* *B* 2. x) datur *A* 1. y) occuparentur *A* 1. z) perfitiendum *(ita semper)* *A* 1.

1) *Hludowicus III, Hludowici regis Germaniae filius, rex Franciae orientalis* (876—882). 2) *Immo* 8. *Id. Oct.; cf. Dümmler l. c.* *III, p.* 36, *n.* 2; *Mühlbacher, Reg. imp. I, ed.* 2, *nr.* 1547 *i.* 3) *Cf. Capitularia regum Francorum II, p.* 353 *sq., nr.* 280; *Dümmler l. c. p.* 42. 4) *Hludowicum II. (Balbum), tunc regem Aquitaniae, mox* (877—879) *Franciae occidentalis.* 5) *Cf. Capit. r. Fr. l. c. p.* 355 *sqq., nr.* 281. 282; *Dümmler l. c. p.* 43 *sqq.*

877. Italiam pergeret et inde ad limina apostolorum[a]. Contra voluntatem denique suorum cum[b] coniuge[1] iterum[c] Italiam ingressus est, Papiaeque[d] civitati Iohannes papa ei occurrit, ibique[e] se mutuo salutaverunt[2]. At hi[f] qui in Francia remanserant dato tributo Danos e regno abire coegerunt. Et dum domnus apostolicus et imperator Papiae[g] civitati essent[h], subito eis[i] nuntiatur[k] Karlomannum[l] imperatori[m] cum manu valida superveniri[n, 3]. Unde commotus imperator, videns[o] non habere[p] unde ei resistere[q, 4], praedicto[r, *] papae[s] munera, quae sancto[t] deportabat Petro, dedit, inter quae[u] crucifixum aureum, quale[v] non fuit ab ullis regibus factum[w, 5]. Ipse vero per Alpes Provintiae[x] in Franciam repedare voluit[y], sed[z], ut dicitur[a], a quodam Sedechia[6] Iudaeo potionatus[b] in loco qui dicitur Nantua[c, 7] intra Alpes posito[d]
Oct. 6. II. Non. Octobr. indictione XI[e], anno aetatis suae LIIII[8], regni vero XXXVII[9], imperii autem[f] II. vitam finivit praesentem[g]. Corpus vero eius in eodem regno[h, 10] in loculo *reposuerunt, donec transferretur[i] in Franciam, *p. 197. quod postea per[k] diversa loca translatum est. Franci
Dec. (8). vero mense Decembrio Compendio palatio adunati Hludowicum[l] filium eius in regnum statuunt.

*) praedictus[m] papa munera, quae imperator transmiserat Petro sancto[n], ei dedit *perperam B.*

a) beatorum apost. *B.* b) cum *om. A 2*; cō *corr.* cū *B 2.* c) it. *om. h. l. A 1.* d) iterumque papię *A 1.* e) ibi *B 2.* f) hii *B 2.* g) pipię *B 2.* h) inessent *B.* i) sub. eis *om. B.* k) nunciatur *B 1.* l) carlomannum *B 1.* m) imperatorem *B 2.* n) superuenire *A 1.* o) *cf. infra p.* 48, *l.* 4. 21; *a.* 895. p) se *hic add. B 2.* q) resisteret *A 1. B 2.* r) p̄dicto *A.* s) papa *A 2.* t) de sancto *A 1.* u) Interq: *A 1*; Inter q̃ *B 1*; et *add. B.* v) qualis *B 2.* w) factus *B 2.* x) prouincie *A 2.* y) uolens *B.* z) sed *om. B.* a) dicunt *A 2.* b) pocionatus *B 1.* c) mantua *omnes codd., quod tamen emendari, cum errorem ipsi scriptori annalium attribuere nolim.* d) posita *post corr.* posito *A 1*; decessit a seculo *add. B.* e) *numerus minus clare scriptus B 2.* f) uero *A 1.* g) p̄sentem *A*; vit. fin. pr. *om. B.* h) loco et regno *B 1*; loco et regio *B 2.* i) transferreretur *A 1.* k) in *A 2.* l) loduuuic. *A 1*; hludouic. *B 2.* m) p̄dictus *B 1.* n) sancto petro *B 2.*

1) *Richilde.* 2) *Cf. Dümmler l. c. p.* 51, *n.* 5. 3) *Cf. ibid. p.* 51 *sq.* 4) *Cf. infra a.* 894: Cumque . . . viderent se non habere unde ei resistere. 5) *Cf. Ann. Bertin. l. c. p.* 136: Per quem *(sc. papam Iohannem)* Karolus imperator imaginem Salvatoris in cruce fixa, ex auro multi ponderis fabrefactam et gemmis preciosis ornatam, sancto direxit Petro apostolo; *Dümmler l. c. p.* 53, *n.* 1. 6) *Medico suo: cf. Ann. Bertin. p.* 136 *sq.; Dümmler p.* 53, *n.* 5. 7) *Obiit in loco Brios dicto (hodie, ut videtur, Brides-aux-bains, in Sabaudia); sepultus est ad tempus in monasteriolo Nantua d. Lugdunensis; cf. Ann. Bertin. p.* 137; *Dümmler p.* 53. 54, *n.* 2. 4. 8) *Immo LV.* 9) *Immo XXXVIII.* 10) *Non in regno Italiae, sed in Burgundia.*

Anno[a] Domini DCCCLXXVIII. Iohannes papa 878. ab Lantberto duce Spolitanorum iniuriatus[1] Franciam venit, eiusque adventus[b] Hludowico[c] regi nuntiatur[d], qui tunc morabatur circa Ligerem propter Nortmannos. Qui festinanter[2] Trecas civitati ei occurrit, mutuoque se salutaverunt. Tunc ibi[e] Incmarus[f, 3] Laudunensium episcopus, qui ab Bosone[4] fuerat excaecatus[g], coram ipso papa atque omnibus Gallicanorum[h] episcopis[i] [se[k]] de omnibus, quibus olim fuerat dampnatus[l, 5], inculpabilem[m] reddidit atque iubente apostolico missas celebravit[6]. Ibi[n] etiam Bernardus[7] dux Augustudunensium de infidelitate convincitur. Rex etiam[o] atque omnes principes multis honoribus honoraverunt domnum[p] apostolicum et socium itineris eius Bosonem delegerunt[q] usque Italiam[8]. Hludowicus[r, 9] etiam rex, filius Hludowici[r, 10], legatos misit ad Hludowicum[r, 11] regem, ut sibi Aristallio[s, 12] occurreret pacis gratia. Qui festine ad locum nominatum veniens, mutuo se salutaverunt pacemque firmissimam inter se fecerunt[13]. Actum est hoc mense *(Nov. 1).* Octobrio, ipsoque mense fere mediante eclypsis[t] solis *Oct.* 15. facta est hora diei VIII. indictione XII[14]. *(Oct. 29).*

Anno[u] Domini DCCCLXXVIIII. Balduinus[v, 15]

a) ann *B* 1. b) aduentu *A* 1. c) loduuuic. *A* 1; hludouic. *B* 2. d) nunciatur regi *B* 2. e) ibi *om. A* 2. f) hincmarus *B.* g) excecatus *A* 1. *B.* h) *legendumne* Gallicanis? *cf. Bouquet.* i) epcs *post corr.* ep̄is *A* 1. k) se *suppleri.* l) damnatus *A* 2. m) *hic Bouquet et Pertz* se *inseruerunt.* n) Ibique *A* 2. o) denique *B.* p) dompnum *B* 1. q) *sic codd., cf. supra a.* 877, *p.* 41, *l.* 26. r) Loduuuic. *A* 1; Hludouic. *B* 2. s) aristalio *A* 2. t) eclypsis *B* 2; lunae et IIII. kal. Novembris eclypsis *fere hoc loco suppleri oportere vidit Bouquet.* u) ann̄ *B.* v) Balduuinus *B* 1.

1) *Cf. Dümmler l. c. p.* 73 *sqq.* 2) *Immo diutius infirmitate retentus erat; cf. Dümmler l. c. p.* 80. 82. 3) *Hincmarus, filius sororis Hincmari archiepiscopi Remensis.* 4) *Comite Viennensi, fratre imperatricis Richildis, qui filiam Hludowici II. imperatoris in matrimonium duxit. De quo cf. Dümmler l. c. II, p.* 286. 311. 359. 403. *III, p.* 15. 38 *sq.* 52. 77 *sq.* 88. 125. 5) *Cf. ibid. II, p.* 323 *sqq.* 343 *sqq.* 6) *Cf. ib. III, p.* 87. 7) *Marchio Gothiae; cf. Dümmler l. c. III, p.* 86 *sq.* 8) *Cf. Dümmler l. c. p.* 88 *sqq.* 125. 9) *Rex Franciae orientalis.* 10) *Regis Germaniae.* 11) *Balbum.* 12) *Herstal.* 13) *Cf. conventionem inter reges in loco qui vocabatur Furonis (h. Fouron) Nov.* 1. *factam, Capit. II,* 168 *sqq., nr.* 246; *Dümmler l. c. p.* 93, *n.* 1. 14) *Cf. Ann. Fuld., rec. Kurze, SS. r. Germ. p.* 92: Eclipsis lunae facta est in Idibus eiusdem mensis *(sc. Octobris),* ultima hora noctis; sol quoque in IIII. Kal. Novembris post horam nonam ita obscuratus est per dimidiam horam, ut stellae in caelo apparerent et omnes sibi noctem imminere putarent. 15) *Balduinus I. ('Eisenarm') comes Flandriae.*

879. comes* moritur[a] sepeliturque in[b] Sithiu[c,1] monasterio. Hludowicus[d,2] etiam rex graviter infirmatur et die sancto *Apr. 10.* parasceuen[e,3] anno aetatis suae circiter[f] XXXIII[4], indictione XII, diem clausit extremum, sepeliturque in aecclesia beatae Dei genitricis Mariae, quam[g] eius pater[5] regio culto[h] Compendio suo in palatio[i] construxerat. Post vero eius[k] obitum miserabilis et excidiosa inter Francos orta est dissensio[l]. Nam Hugo abba[6] memor fidelitatis, quam promisit Hludowico[m,7] regi, suo videlicet consobrino, filios eius Hludowicum[m] et Karlomannum in paterno regno cum sibi consentientibus statuere volebat, Gozlinus[8] vero abba et[n] Chuonradus[9] comes multique alii eis consentientes[o] supradictum[10] regem Hludowicum[m] in regno advocarunt.

His denique inter se discordantibus Nortmanni[p] ultra mare[11] positi, eorum audientes discordiam, navali evectione cum infinita multitudine mare transito Taruen- *Iul. med.* nam urbem Morinorum mediante mense Iulio igne et gladio vastaverunt, nemine sibi resistente. Videntesque[q] initia

*) Bonus cognomine[r] *eadem manu add.* *B* 1; cognomine Bonus *add.* *B* 2.

a) Moritur balduinus comes *A* 1. b) in *om.* *A* 1. c) sithio *eadem manu corr.* sithiu *A* 1; sithdiu *B* 2. d) Loduuuic. *A* 1; Hludouic. *B* 2. e) parascheuen *B* 1. f) circ. *om.* *B*. g) qua *A* 1. h) *sic A;* cultu *B*. i) in comp. pal. suo *B*. k) Post eius vero *B;* Post cuius *A* 2. l) discensio (n, *ut videtur ex* s *corr.*) *B* 1; diss. est *A* 2 *(item Mir. S. Bavonis, SS. XV, 2, p.* 593*)*. m) loduuuic. *A* 1; hludouic. *B* 2. n) et *om.* *A* 1. o) consentientibus *A* 1. p) normanni *B* 2. q) Uidentes autem *B*. r) *manu posteriori haec uncis inclusa; superscr.* ferreus.

1) *S. Bertini (St.-Omer). — Ann. Blandin., SS. V, p.* 24: Blandinio sepelitur; *cf. tamen SS. XIII, p.* 623, *n.* 14. 2) *Balbus.* 3) *Cf. Dümmler l. c. p.* 113, *n.* 1. 4) *Cf. ib. n.* 2. 5) *Karolus II. (Calvus).* 6) *Filius Chuonradi comitis, fratris Iudithae imperatricis, ex gente Welfonum, abbas S. Martini Turon. aliorumque monasteriorum, qui etiam comitatum Turonicum et Andegavensem acceperat; cf. Ann. Bertin. a.* 866, *p.* 84; *Ann. S. Columbae Senon. a.* 882, *SS. I, p.* 104; *Dümmler l. c. II, p.* 151; *Walther Vogel, 'Die Normannen u. d. fränk. Reich' p.* 220 *sqq. Seorsum egerunt de eo K. v. Kalckstein, 'Forsch. z. D. G.' XIV, p.* 37 *sqq., et Bourgeois, 'Hugues l'abbé, margrave de Neustrie' (Caen* 1885*), cuius tamen libellum videre me nequivisse doleo.* 7) *Balbo.* 8) *Abbas monasteriorum S. Germani Parisiensis et S. Amandi atque S. Dionysii, qui etiam Karoli II. et Hludowici II. cancellarius fuerat; cf. Dümmler l. c. III, p.* 115, *n.* 2. 9) *Comes Parisiensis, ex gente Welfonum, Hugonis abbatis consobrinus; cf. Dümmler l. c. I, p.* 442, *n.* 1. *III, p.* 116, *n.* 1. 133, *n.* 1. 10) *Cf. supra p.* 43, *l.* 15. 11) *Sc. in Brittannia; cf. Dümmler l. c. III, p.* 129; *Vogel l. c. p.* 261 *sqq.*

suorum prospere accidisse omnem terram Menapiorum[a. 1] 879.
perambulando ferro et igne vastant. Post haec Scaldum fluvium intrant et omnem Bracbantisiorum[b] terram[2] incendio et ferro delent[3]. Contra[c] quos Hugo filius Hlotharii[d] regis[4] arma sumens inconsulte non mediocrem eis intulit audatiam[e]. Nam nil prospere egit[f] et utile, verum et turpiter[g] inde aufugit, interfectis atque captis quam plurimis e suis sociis; inter quos etiam Abbas[h. 5] filius Adalardi[i. 6] captus est. Et dum haec aguntur, Hugo abba Waltherum[k] Aurelianensium[l] episcopum misit, obsecrans Hludowico[m] regi[7], ut[n] partem regni Hlotharii[o], quam suus genitor[8] Karolo[p. 9] inter se dividendo regnum consensit[q. 10], acciperet et abiret in regnum suum et pacem suis sineret habere consobrinis[r]. Quod ille audiens, recepta parte regni, abiit[s] in terram suam[11]. Hugo vero[t] Hludowicum[m. 12] et Karlomannum[13] per manus Ansegisi[u] archiepiscopi[14] benedici fecit in reges[15]. Per idem tempus mense Septembrio[v] natus est *Sept.* (17).
Karolus[16] frater illorum.

Nortmanni[w] vero non cessant devastari aecclesiam[x] populumque[y] Christianum interfici captivarique[z]. Boso etiam dux Provinciae[a. 17] per tirannidem[b] nomen regis sibi vindicat[c] partemque Burgundiae occupat[18]. Sed Nortmanni[w] incendiis et devastationibus inhiantes sanguinemque[d] humanum sitientes ad interitum et perditionem

a) memapiorum *A* 2. b) bracbansiorum *B* 2. c) Cuntra *A* 2. d) lotharii *A*. e) audaciam *B* 2. f) egit *om.* *A* 1. g) turpitur *B* 2. h) abb *A* 1. i) athalardi *A* 1. k) uualterum *B* 2. l) arelianensium *A* 1. m) loduuuic. *A* 1; hludouic. *B* 2. n) in *A* 2. o) lotharii *A* 1. p) karoli *A* 1. q) *ita A* 2. *B (cf. infra a.* 895*)*; concessit *A* 1. r) su : : *(perforatum)* . . . consobrinos *B* 2. s) habiit *B* 1. t) vero *om.* *A* 1. u) ansigisi *eadem manu corr.* ansegisi *A* 1. v) septēb *A* 1. w) Normanni *saepius* *B* 2. x) ecclam *A* 1; ęclam *B* 2. y) et populum (et *superscr.* *B* 1) *B*. z) et captiuari *A* 1. a) prouintię *B* 1. b) tyrann. *B* 1. 2 *(semper)*. c) uendicat *B* 2. d) *ita A (Mir. S. Bavonis l. c.)*; sanguinem *B*.

1) *Pagum Mempiscum; cf. Vogel p.* 129. 264 *sq.* 270. 2) *Brabant.* 3) *Cf. Dümmler l. c.* 4) *Filius Hlotharii II. ex Waldrada.* 5) *Nomen proprium depravatum crediderim.* 6) *Cuiusnam Adalardi, parum liquet.* 7) *Franciae orientalis.* 8) *Hludowicus rex Germaniae.* 9) *Calvo.* 10) *A.* 870; *cf. Capit. II, p.* 193 *sqq., nr.* 251. 11) *Cf. Ann. Bertin. p.* 149; *Dümmler l. c. p.* 118. 12) *Hludowicum III. regem Franciae occidentalis* (879—882). 13) *Regem Franciae occidentalis* (879—884). 14) *Senonensis.* 15) *Cf. Dümmler l. c. p.* 121, *n.* 1. 16) *Karolus III. (Simplex), postea rex Franciae et Lotharingiae; cf. Dümmler l. c. p.* 122, *n.* 1. 17) *Cf. Dümmler l. c. p.* 78, *n.* 1. 18) *Rex Burgundiae creatus est a.* 879. *Oct.* 15; *cf. Capit II, p.* 365 *sqq.; Dümmler l. c. p.* 122 *sqq.*

879. Nov. Dec. regni mense Novembrio[a] in Gandao[b, 1] monasterio sedem sibi ad hiemandum[c] statuunt et mense Decembrio[d] corpus sancti Vedasti Vallis[2] supra Sumnam[e] in villa sua defertur[3]. Ragnelmus Tornacensium episcopus[4] moritur per indictionem[f] XIII.

880. Anno Domini[g] *DCCCLXXX. Nortmanni vero Tornacam civitatem et omnia monasteria supra Scaldum[h] ferro et igne devastant, interfectis accolis terrae atque captivatis. Gozlinus[i] vero et Chuonradus[k] eorumque complices[l] aegre[m] ferentes de amicitia Hugonis abbatis suorumque dominorum[5] cum Hludowico[n, 6] iterum eum faciunt venire in Franciam[7]. Contra quem[8] Hugo abba cum sociis ac[o] dominis et copioso exercitu venire non distulit[9], apudque[p] monasterium sancti Quintini resederunt[q], Hludowicus[n] vero rex[10] et eius exercitus supra fluvium Hisam[r, 11], et nuntiis intercurrentibus[12] praedicti[s] reges in unum conveniunt et pacis foedera inter se procurante Hugone abbate firmant[13], regratiatis his Febr. qui a se disciverant[t]. Actum est[u] hoc mense Februario. *p. 198.

Post haec Hludowicus[n] parat redire in regnum suum, occurritque Nortmannis a praeda[v] revertentibus. Et facta congressione apud Timiomum[w, 14] nobiliter eos vicisset, nisi contigisset Hugonem filium suum[15] ibi

a) nouenbrio *A* 2; nouebr̄ *A* 1; *hic alia manus incipit B* 1. b) gandauo *A* 1. *B* 2 *(Mir. S. Bavon.)*. c) iemandum *B* 1; hyemandum *B* 2 *semper*. d) decenbrio *A* 2; decebr *A* 1. e) summam *A* 2. f) *sic A* 1. *B* 1; mor. indictione *A* 2. *B* 2. g) A. D. *om. B* 1. h) Sculdum *post corr.* Scilldum(?) *B* 2. i) Gotlinus *A* 2. k) cunradus *A* 2. l) conplices *A* 2. m) egrae *B* 1. n) loduuuic. *A* 1; hludouic. *B* 2. o) et *A* 1. p) aputque *A* 1; apud quem *B* 1; apudque *post corr.* apud quē *B* 2. q) residerent *corr.* residerunt *A* 1. r) hesá *A* 1. s) p̄dicti *A* 1. t) dissciuerant, s *expuncto corr.* disciuerant *A* 1 *(cf. infra a.* 892. 894*)*. u) est *om. B* 1. v) pda *A* 1; preda *B* 1. w) timo : : mum *A* 2.

1) *Cf. Dümmler l. c. p.* 129, *n.* 3. 2) *Vaux prope Amiens.* 3) *Chron. Vedastinum, SS. XIII, p.* 709, *addit*: iterumque Atrebatis refertur; *item a.* 880 *(post verba* atque occisis*)*: 11. Kal. Octobris iterum corpus sancti Vedasti Vallis defertur, indict. 14. *Cf. Vogel p.* 266. *n.* 1. 270. 4) *Simul ac Noviomensis; cf. Dümmler l. c. p.* 151. 199. 5) *Hludowici III. et Karlomanni regum Franciae occidentalis.* 6) *Rege Franciae orientalis; cf. supra p.* 44, *l.* 12 *sqq.* 45, *l.* 10 *sqq.* 7) *Cf. Dümmler l. c. p.* 130 *sq.* 8) *I. e.* Cui obviam; *cf. infra a.* 888. 893. 9) *Cf. Dümmler l. c. p.* 132, *n.* 3. 10) *Franciae orientalis.* 11) *Oise.* 12) *Reginon. chron. a.* 879, *l. l. p.* 115. *similiter:* intercurrentibus vicissim legationibus. 13) *Cf. Dümmler l. c. p.* 132, *n.* 4. *Qui Reginoni, praeter occidentalem partem regni Lotharii etiam abbatiam S. Vedasti regi Franciae orientalis tum concessam esse narranti merito fidem denegavit, cum annalista noster reges occidentalis Franciae dominos suos habere pergat.* 14) *Thiméon in Hanonia.* 15) *Filium non legitimum, quem ex femina nobili genuit; cf. Dümmler l. c. p.* 135, *n.* 1. 167, *n.* 2.

ruere. Nam Godefridus rex Danorum[1] illum interfecit. 880. Quo mortuo omisit rex illos insequi. Multi quoque nobiles illius gentis ibi corruerunt, caeteri[a], qui evasere, rediere ad castra sua. Hugo quoque abbas fuit in illo proelio[b].

Hoc modo Hludowico[c] ad sua reverso, Hludowicus[c] et Karlomannus reges Ambianis[2] cum suis fidelibus veniunt, ibique Franci[d] inter eos dividunt[3], dataque est pars Franciae et omnis Neustria Hludowico[c], Karlomanno[e] vero Aquitania atque pars Burgundiae necnon et Gothtia[f, 4]; et inde unusquisque ivit in sua.

Post haec Hludowicus[g] rex[5] dirigit Heinricum[6] quendam e[h] suis principibus, qui pergeret cum Hludowico[c] et Karlomanno contra Bosonem tyrannum[i, 7]. In ipso etiam itinere Heinricus Teutbaldum[8] filium Hucberti gravi devicit proelio[k, 9]. Hludowicus[l, 10] vero Gauzlinum[m] cum aliis multis ad tuitionem[n] regni contra Nortmannos[o] dirigit[11]. Ipse vero et frater eius cum reliquo exercitu Burgundiam petentes civitates, quas tyrannus[i] invaserat, receperunt. Sociatoque[p] sibi Karolo[12] rege, fratre[q] Hludowici[g], Bosonem in Vienna civitate incluserunt[13], pacemque ei obtulerunt[r], quam ille rennuit[s] suscipere. Circumdata itaque urbe ille se firmissime intus munivit. Unde episcopi cum[t] consilio regum et principum eum perpetuo damnavere[u] anathemate. Karolus vero rex de nocte consurgens[14], ignoran-

a) ceteri *A* 1. b) praelio *A* 2; p̃lio *A* 1. c) loduuuic. *A* 1; hludouic. *B* 2. d) frantiam *A* 1. e) karlemanno *A* 1; karlomano *B* 1. f) *ita A* 2. *B*; gothia *A* 1. g) *sic h. l. A* 1. 2. *B* 1; hludouic. *B* 2. h) de *A* 1. i) tirann. *A* 2. k) praelio *A* 2. l) hloduuicus *h. l. A* 1; hludouicus *B* 2. m) gautlinum *A* 2; gozlinum *A* 1. n) tutionem *A* 1. o) nordmannis *corr.* nordmannos *A* 1; normannos *B* 2. p) Sotiatoque *A* 1. *B* 1. q) frēm (m̄ *expunct.*) *A* 1. r) optulerunt *A* 1. *B* 2. s) *ita A* 1. *B*; renuit *A* 2. t) cum *om. A* 1. u) dampnauere *A* 1.

1) *De quo cf. Vogel p.* 267, *n.* 5. 408. 2) *Cf. Dümmler l. c. p.* 138, *n.* 1. 3) *Sc. regnum Franciae occidentalis; cf. Dümmler l. c.* 4) *Cf. Ann. Bertin. p.* 151; *Dümmler l. c.; Kohl in Richter, 'Annalen der Deutschen Geschichte im M.-A.' II, p.* 464 *sq.* 5) *Franciae orientalis.* 6) *Cf. de Heinrico comite, viro potentissimo, Dümmler l. c. p.* 168 *sq.* 7) *Necnon contra Hugonem, filium Hlotharii II; cf. Ann. Bertin. l. c.; Dümmler l. c. p.* 144 *sq.* 8) *Cuius comitis pater Hucbertus quondam abbas S. Mauricii, uxor Hlotharii II. filia Bertha, filius Hugo postea rex Italiae fuit. Cf. Dümmler l. c. II, p.* 110. *III, p.* 130, *n.* 3. 145, *n.* 1. 9) *Cf. Dümmler l. c. III, p.* 144, *n.* 2. 145, *n.* 1. 10) *Rex Franciae occidentalis.* 11) *Cf. Dümmler l. c. p.* 145. 147, *n.* 2. 12) *Tunc rege Alamanniae et Italiae, qui postea imperator necnon rex orientalis atque occidentalis Franciae erat.* 13) *Cf. Dümmler l. c. p.* 146, *n.* 1. 4. 14) de nocte consurgens *saepe in Biblia Vulg.*

880. tibus Hludowico[a] et Karlomanno, igne[b] sua castra concremavit, atque ita revertitur in sua. Hoc etiam tempore obiit Karlomannus[1] rex, frater Karoli et Hludowici. Hi vero qui Viennam obsederant videntes nil inimicis posse . .[c, 2], accepto consilio[3], rediere in sua.

Gozlinus[d] vero abba[e] et exercitus qui cum eo erat statuunt Nortmannos[f] bellum inferre. Mittuntque ad eos qui trans Scaldum erant, ut[g] die statuta venientes, hi[h] ex una parte fluminis hique[h] ex alia eosque[i] delerent. Sed non provenit ita ut voluerunt. Nam non solum nil prospere egerunt, verum turpiter fugiendo vix evasere[4], captis suorum plurimis atque occisis[5]. Timor quoque et tremor eorum cecidit super inhabitantes terram[6], et hac elati victoria die noctuque non cessant aecclesias[k] igne cremari populumque Christianum iugulari[l]. Tunc omnes intra Scaldum et Sumnam[m] atque trans Scaldum monachi, canonici, sanctimoniales cum[n] corporibus sanctorum et omnis aetas et conditio fugam[o] ineunt. Ipsi enim Dani nemini nec etiam aetati parcebant, sed omnia ferro[p] et igne devastant[q]. Gozlinus[d] vero et hi[r] qui cum eo erant videntes non[s] posse eos[t]
Oct. inc. resistere[u], mense Octobrio intrante dimisso exercitu, rediit unusquisque in sua. Nortmanni[v] vero seu Dani
Nov. sedem sibi[w] mutaverunt et mense Novembri[x] Curtriaco sibi castrum ad hiemandum[y] construunt[7]. Indeque Menapios[z, 8] atque Suevos[9] usque ad internitionem delevere[a],
Iudic. 20, 24. quia valde illis infesti erant. Omnemque terram *vorax*

a) loduuuic. *A* 1; hludouic. *B* 2 *(h. l. et l. 3)*. b) ignne *A* 1. c) *lacunam iam D. Bouquet animadvertit; Pertz* nocere *iam ante* posse *inseruit*. d) Gotlinus *A* 2. e) abb *A* 1. f) nordmannos *(saepius; cf. supra p. 47, n. o) A* 1; normannos *saepius B* 2. g) in *A* 2. h) hii . . . hiique *B* 2. i) eos *B* 2. k) ecclesias *B* 1; aeclesias *B* 2. l) iugulare *B* 2. m) sunnam *A* 1; somnam *B* 2. n) cum *om. A* 1. o) fuga *A* 1. p) ferre *A* 1. q) uastant *corr.* deuastant *A* 1; deuastabant *B* 2. r) hi *om. B* 2. s) no *A* 1; se non *B* 2. t) eis *B* 2. u) resiste *A* 1. v) Nordmani *A* 1; Normanni *B* 2. w) sibi *om. A* 1. x) nouenbri *A* 2. y) hyemandum *B* 2. z) manapios *A* 2. a) delaevere *B* 1.

1) *Rex Baioariae; cuius mors utrum die* 22. *Martii an potius Septembris evenerit, non prorsus constat; cf. Mühlbacher nr.* 1547 *c; Dümmler l. c. p.* 138, *n.* 3. 2) *Cf. infra l.* 21 *sq.* (videntes non posse eos resistere); *a.* 895. 3) *Cf. infra a.* 886 (accepto tamen consilio). 4) *Cf. supra p.* 45, *l.* 6 *sqq.* 5) *Cf. supra p.* 46, *n.* 3. 6) *Iudith* 14, 17: timor et tremor cecidit super eos; *Iudith* 2, 18: et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram. 7) *Cf. Ann. Elnon. mai. a.* 881, *SS. V, p.* 12; *Tumul. S. Quintini, SS. XV,* 1, *p.* 272; *Dümmler l. c. III, p.* 147, *n.* 2. 8) *Cf. supra p.* 45, *n.* 1. 9) *De his Suevis Flandrensibus cf. quae Pertz, SS. I, p.* 519, *n.* 11, *et Krusch, SS. rer. Merov. IV, p.* 696, *n.* 6, *annotarunt.*

flamma[a] *consumpsit*. Hludowicus[b] vero rex rediit in Franciam diemque nativitatis Domini egit celebrem in Compendio palatio. 880. *Dec.* 25.

Anno Domini[c] DCCCLXXXI. Nortmanni[d] vero cum infinita multitudine monasterium nostrum*[1] ingressi VII. Kal. Ianuarii (880. *Dec.* 26.) ipsum monasterium et civitatem, exceptis aecclesiis[e], et vicum monasterii et omnes villas in circuitu V. Kal. Ianuarii (*Dec.* 28.), interfectis omnibus quos in- .199. venire poterant, *igne cremaverunt omnemque terram usque Sumnam[f] pervagati sunt, capta praeda[g] infinita hominum, pecudum et iumentorum. Indeque eisdem[h] V. Kal. Ianuarii (*Dec.* 28.) Camaracum[2] ingressi incendiis et occisionibus tam civitatem quam monasterium sancti Gaugerici[3] vastantes atque cum[i] infinita praeda[k] ad castra sua reversi omnia monasteria supra Hisscar[l.4] fluvium devastant, fugatis ac interfectis habitatoribus. Et circa purificationem sanctae Mariae (881. *c. Febr.* 2.) iterum moventes, per Taruennam iter arripientes[m] usque Centula monasterium sancti Richarii et sancti Walerici[n], omnia loca circa mare, monasteria[o] et vicos indeque Ambianis civitatem atque Corbeiam monasterium petentes[5] multisque ho-

*) monasterium Sitdiu[6] *B* 2.

a) framma *B* 1. b) Ludouuic. *A* 1; Hludouic. *B* 2. c) A. D. *om. B.* d) Nordmanni *A* 1. e) ecclesiis *A* 1; ęcliis *B* 2. f) summam *corr.* summam *A* 2; ad sunnam *A* 1. g) pda *A* 1; preda *B* 1. h) *sic A* 2. *B;* eiusdem *A* 1; *Bouquet substituit* eodem; *Dehaisnes dubitat an* iidem *scribi oporteat.* i) cum *om. A* 1. k) p̄da *A* 1. l) hiscar *A* 1. m) *ita A* 1 *(Pertz;* arripiunt *Chr. Norm.); cf. supra p.* 40, *l.* 13; *infra a.* 892; accipientes *A* 2. *B.* n) uualarici *B (Sigeberti Chron. a.* 882, *SS. VI, p.* 343*).* o) monasterio *B* 1.

1) *Sc. monasterium S. Vedasti Atrebatense.* 2) *Quae urbs ab Atrebatensi multo propius quam a S. Audomaro abest.* 3) *St.-Géry.* 4) *Scarpe flumen intellegi videtur; cf. Ann. Elnon. mai. a.* 884, *SS. V, p.* 12; *Mirac. S. Rictrudis l. I, c.* 12 *(AA. SS. Boll., ed. noviss., Maii t. III, p.* 91*); Dehaisnes p.* 308, *n.* b; *Dümmler l. c. p.* 228. 229, *n.* 1; *Vogel p.* 271, *n.* 4. 5) *Cf. Ann. Bertin. p.* 152. 6) *Perperam substitutum. Similiter Chr. Norm. (SS. I, p.* 534*):* Anno dominicae incarnationis DCCCLXXXI. VII. Kal. Ianuarii Northmanni Sithiu oppidum ingressi cum infinita multitudine ipsum oppidum cum ecclesiis igne cremaverunt, excepta sancti Audomari ecclesia, quae Dei providentia bene erat munita *(cf. ib. a.* 846, *p.* 533; *Vogel l. c. p.* 180, *n.* 4*). Quae tamen re vera ad annum* 879, *quo illud monasterium Iul.* 28. *a Normannis igni traditum est, referri oportet; cf. praef.; Holder-Egger, SS. XV,* 1, *p.* 514, *n.* 3; *Dümmler l. c. III, p.* 129, *n.* 4. 149, *n.* 2; *Vogel p.* 264, *n.* 3. 271, *n.* 1; *Dehaisnes p.* 307, *n.* a. — *Ann. Blandin., SS. V, p.* 24, *monasterium S. Audomari a.* 881. *Mart.* 22. *incensum esse referunt (Dümmler l. c. p.* 149, *n.* 3. 150*), quod tamen non Normannis attribuendum videtur (cf. Vogel p.* 272, *n.* 2*).*

881. nusti[a] praedis[b], sani et sine inpedimento[c] ad propria repedavere castra. Iterum circa sollempnitatem[d] sancti *c. Febr. 22.* Petri Atrebatis venerunt omnesque quos ibi repperere[e] interfecere et circuita omni terra, ferro et igne cuncta vastantes, sani revertuntur ad castra.

Interim Hludowicus rex gravi dolore contristatus[f], videns regnum deleri, convocato exercitu praeparat[g] se ad proelium[h]. At[i] Nortmanni omnia prospera agentes *Iul.* cum magno exercitu[k] fluvium Sumnam mense Iulio transeunt, cuncta vastantes more solito usque prope civitatem Belvagorum[l]. Hludowicus vero rex cum exercitu transiens Hisam[m] fluvium Latverum[n, 1] tendere coepit[o], quo credebat Nortmannos[p] redire. Missis itaque exploratoribus, nuntiant redire eos honustos[q] a praeda[r]. Contra quos rex ire[s] perrexit obviavitque eos in pago Witmau[2], in villa quae dicebatur Sathulcurtis[3], et commissum[t] *(Aug. 3).* est proelium[u]. Moxque Nortmanni[v] fugam[w] ineunt atque[x] dictam villam deveniunt; quos rex insecutus est gloriosissimeque de eis triumphavit. Et patrata victoria ex parte coeperunt[y] gloriari suis hoc actum viribus et non dederunt gloriam Deo[4]. Paucique Nortmanni ex dicta villa egressi, omnem exercitum vertit[z] in fugam[5], pluresque ex eis[6], videlicet usque ad centum[a] homines, interfecerunt[7]; et nisi rex citius equo descendens[b, 8] locum resistendi et audaciam suis donaret, omnes turpiter[c] ex eodem loco fugiendo abirent. Hac vero patrata[d] victoria[9], quia multos contigit ibi ruere Nort-

a) onustti *A* 1. b) p̄dis *A* 1. c) impedimento *B*. d) sollemnitatem *A* 2. e) reperere *B* 1; repperiere *B* 2. f) contristatur *A* 1. g) p̄parat *A* 1. *B* 1. h) p̄lium *A* 1; praelium *A* 2. i) Ad *A* 2. k) exercitū *A* 1. l) baluag. *A* 2. m) hysam *(plerumque)* *B* 2. n) latuerunt *A*. o) cepit *A* 1. p) nordmannos *A* 1. q) onustos *A* 1. *B* 2. r) p̄da *A* 1. s) ire rex *A* 1. t) cummissum *A* 2. u) praelium *A* 2. *B* 1. v) nordmanni *A* 1. w) gugam *eadem manu corr.* fugam *A* 1. x) adque *B* 1; ad *add.* *A* 1. *B* 2. y) cęperunt *B* 1; ceperunt *A* 1. z) *sic codd.; Bouq. corr.* verterunt *(cf. Pertz, SS. I, p.* 520, *l.* 21—22; *Dehaisnes p.* 311, *n.* 1*)*. a) C *A* 1. b) ascendens *A* 1. c) turpitur *B* 2. d) *his verbis desinit p.* 16, *infra in margine littera* m *posita; sequens incipit:* Hac etiam tempestate *(p.* 51, *l.* 11*); media* (victoria — hiemandum) *omissa* *B* 1.

1) *Lavier (Somme), infra Abbeville.* 2) *Le Vimeux.* 3) *Saucourt (Somme, arr. Abbeville).* 4) dare gloriam Deo *est locutio vulgatissima Bibliae Vulgatae, ut Apoc.* 11, 13: et dederunt gloriam Deo. 5) *Fortasse interpretandum:* paucisque Nortmannis ex dicta villa egressis, omnis exercitus se vertit in fugam. 6) *Sc. ex exercitu Hludowici regis.* 7) *Sc. Normanni.* 8) *Cf. quae Ann. Fuld. Cont. Ratisbon. a.* 891, *p.* 120. *de Arnulfo tradit.* 9) *De hac victoria Hludowici regis (cuius laudibus Hincmarus quidem in Ann. Bertin. p.* 152. *obtrectat) cf., praeter Reginon. chron. a.* 883, *p.* 120. *et Ann. Fuld. a.* 881, *p.* 96, *rhythmum Germanicum celeberrimum 'Das Ludwigslied'; Dümmler l. c. p.* 153 *sqq.*

mannos, rex ovans repedavit trans Hisam[a], perpauci [881.] vero Dani, qui evasere[b], interitum suorum nuntiavere[c] in castra, indeque Nortmanni Hludowicum regem adolescentem[d] timere coeperunt[e]. Rex quoque adunato exercitu in pago Camaracensium[f] venit castrumque sibi statuit in loco qui dicitur Strum[g, 1] ad debellationem Danorum. Nortmanni hoc cognoscentes Gandavum rediere suisque reparatis navibus terra marique iter facientes Mosam ingressi sunt et in Haslao[2] sibi sedem [(Nov.).] firmant ad hiemandum[h].

Hac[i] etiam tempestate Hludowicus[k, 3] rex senior [882. (Ian. 20).] obiit. Karlus[l] vero frater eius Romam perrexit imperii- [881. Febr. (12?).] que dignitatem adeptus est.

Anno Domini DCCCLXXXII. At australes[4] Franci [882.] congregant exercitum contra Nortmannos, sed statim terga vertunt[m, 5], ibique Walo Mettensis episcopus cor- [(Apr. 10).] ruit. Dani vero famosissimum Aquisgrani palatium[6] igne cremant et monasteria[n], civitates Treveris[7] nobilissimam[8] et Coloniam Agrippinam, palatia quoque regum et villas cum habitatoribus terrae interfectis[o] igne cremaverunt. Contra quos[p] Karolus imperator exercitum infinitum congregat eosque Haslao[q] obsedit[9]. Godefridus[r] vero rex[10] ad eum exiit, cui imperator[s] regnum Fresonum[t], quod olim Roricus[u, 11] Danus tenuerat[12], dedit.

a) hysam *B* 2. b) Dani quieti *B* 2, *ubi in novo versu spatio vocis vacuo relicto sequitur* Interitum. c) nuntiauerunt *A* 1. d) adulescentem *A* 2. e) cęperunt *A* 1. f) cameracensium *A* 1. g) struni *A* 1. h) hyemandum *B* 2. i) ac, *littera initiali* H *omissa B* 2. k) hluoduuuicus *h. l. A* 1; hludouic. *h. l. et supra l.* 3. *et p.* 50, *l.* 6. 11. *B* 2. l) Karolus *A* 1; Karlus — adeptus est *iam ad a.* 882. *adscripta B.* m) uerterunt *B* 1. n) monasteriā *A* 1; atque *add. B* 2 *(sed cf. etiam Mir. S. Bavonis l. c.).* o) terre interfectas *B* 1. p) quo *B* 1. q) haslac *B* 1; in hasläc *B* 2. r) Godefridus *A* 1. s) exiit cum imperatore *A* 2. t) frixonum *A* 2 *(cf. infra a.* 887. frexiam*).* u) ro͞ricus *A* 1; rorico *A* 2.

1) *Etrun ad Scaldim (Nord, arr. Cambrai); cf. Dümmler l. c. p.* 156, *n.* 1. 2) *Palatio regio Asloha sive Aslao (Aschlo), hodie Elsloo, infra Maastricht; cf. Ann. Fuld. Cont. Ratisbon. a.* 882, *p.* 107; *Dümmler l. c. p.* 157, *n.* 1. 3) *III. rex Franciae orientalis; cf. Dümmler l. c. III, p.* 164, *n.* 1. 4) *I. e. Franci orientales; cf. infra a.* 887. 5) *Ad vicum Remich prope Mosellam fl.; cf. Mirac. S. Glodesindis c.* 29, *SS. IV, p.* 237; *Dümmler l. c. p.* 162, *n.* 2; *Vogel p.* 287, *n.* 2. 6) *Cf. Dümmler l. c. p.* 158, *n.* 3. 7) *Quam urbem Normanni die coenae Domini (Apr.* 5*) invaserunt; cf. Reginon. chron. p.* 119; *Ann. Fuld. p.* 97; *Dümmler l. c. p.* 161 *sq.* 8) *Similiter Regino l. c.:* Trevirorum nobilissimam civitatem Galliarum. 9) *Cf. Dümmler l. c. p.* 158, *n.* 1. 201 *sqq.* 10) *Cf. Dümmler l. c. p.* 201, *n.* 4. 11) *Cf. Vogel p.* 75. 406 *sqq.* 12) *Sc. comitatus et beneficia in Frisia occidentali; cf. Ann. Fuld. a.* 850. 882, *p.* 39. 99; *Ann. Bertin. a.* 850. 882, *p.* 38. 153; *Reginon. chron. a.* 882. 884, *p.* 119 *sq.* 122; *Ann. Xant. a.* 850,

882. Coniugemque ei dedit Gislam filiam Hlotharii[a] regis[1] Nortmannosque[b] e suo regno abire fecit.

Hludowicus vero rex Ligerem[c] petiit[2] Nortmannos[d] volens e regno suo[e] eicere atque Alstingum[3] in amicitiam recipere, quod et fecit[4]. Sed quia iuvenis erat, quandam puellam, filiam cuiusdam Germundi[5], insecutus est; illa in domo paterno[f] fugiens, rex equo[g] sedens iocando[h] eam insecutus scapulas superliminare[6] et pectus sella[i] equi[k] attrivit eumque[7] valide[l] confregit. Unde egrotare[m] coepit et delatus apud Sanctum Dionisium[n], *Aug. 5.* Nonis Augusti[o] defunctus maximum[p] dolorem Francis reliquit[q. 8], sepultusque est in aecclesia[r] sancti Dionisii[n]. Miseruntque et vocaverunt fratrem eius Karlomannum, qui festine venit in Franciam. Berardus[s. 9] quoque quidam ab Italia veniens Bosonem tyrannum[t] non sinebat quietum esse.

Oct. Nortmanni[d] vero mense Octobrio in Condato[u. 10] sibi sedem[v] firmant regnumque Karlomanni acriter devastant. Karlomannus vero rex eiusque exercitus supra[w] Sumnam[x] in Barlous[y. 11] resederunt. Sed Nortmanni non cessant a rapinis, fugatis omnibus *accolis[z], qui relicti *p. 200 fuerant trans Sumnam[x]. Unde cum exercitu per Te-

a) lotharii *A* 1. b) northmannosque *A* 2. c) ligerim *B* 2. d) northmann. *abhinc plerumque A* 2. e) suo regno *A* 1 *(cf. supra l. 2)*. f) domo (*corr.* domu) paternum *B* 2. g) ęquo *A* 1. h) *ita recte A 2 (cf. etiam Andr. Marchian. ed. Beauchamps p.* 741*)*; iucundo *A* 1; iocundo *B*. i) scella *B* 2. k) aequi *A* 1. l) ualida *A* 1. *B* 1 (e, *ut videtur, in* a *mutato*). m) aegrotare *B* 2. n) dyonis. *A* 1. *B* 2. o) non aug *A* 1. *B* 2; Nonaugustas *B* 1. p) maximam *B* 1. q) reliquid *B* 1. r) ecclesia *A* 1. *B* 1; aeclesia *B* 2. s) bérard *B* 1. t) tirannum *B* 1. u) condito *post corr.* condato *B* 2. v) fidem *B* 1. w) supra *om. A* 1. x) somnam *A* 2; sunam *A* 1. y) barloos *A* 2. z) acculis *B* 1.

supra p. 17; *Dümmler l. c. I, p.* 278, *n.* 2. 343 *sq. III, p.* 203. 222; *Vogel p.* 292, *n.* 2. 295 *sqq.* 1) *Filiam Hlotharii II. et Waldradae; cf. Reginon. chron. p.* 120; *Ann. Fuld. p.* 100 *(qui tamen Godefridum illam nonnisi a.* 883. *uxorem duxisse referunt); Dümmler l. c. III, p.* 203, *n.* 1. 206; *Kohl l. c. p.* 476; *Vogel p.* 288, *n.* 4. 292, *n.* 2. 299, *n.* 4. 2) *Cf. Ann. Bertin. p.* 152: Et ipse ultra Sequanam, acsi recepturus Brittonum principes et bellaturus contra Nortmannos, usque Turonis perrexit. 3) *Hastingum; cf. Dümmler l. c. p.* 205, *n.* 1; *Vogel p.* 218, *n.* 3. 352, *n.* 1. 419. 4) *Cf. Tumul. SS. Quintini etc., SS. XV,* 1, *p.* 272; *Dümmler l. c.; Vogel p.* 350, *n.* 1. 5) *Cf., si vis, quae v. Kalckstein, 'Forsch. z. D. G.' XIV, p.* 112, *n.* 4. *annotavit.* 6) *Tigno ostii.* 7) *Sc. pectus.* 8) *Item Regino a.* 883, *p.* 120: quem omnes Galliarum populi nimio planctu lamentati sunt. 9) *Cf. F. de Gingins-la-Sarraz, 'Archiv f. schweiz. Gesch.' VII, p.* 183; *Dümmler l. c. p.* 208, *n.* 1; *Kohl l. c. p.* 477. 10) *Condé (Nord, arr. Valenciennes), ubi monasterium sanctimonialium erat; cf. Dümmler l. c. p.* 209, *n.* 1. 11) *Barleux (Somme, arr. Péronne); cf. Dehaisnes p.* 314, *n.* a.

882.

rasciam[1] iter agentes Hisam[a] transierunt. Quos Karlomannus rex insecutus est eosque in[b] Avallis[2] comprehendit[c], commissoque[d] proelio[e] superiores Franci extiterunt[f], cecideruntque ibi Nortmanni[g] circiter mille, sed nil eos haec pugna[h] perdomuit. Karlomannus Compendio[i] palatio petiit, et Nortmanni[g] Condato ad naves[k] reversi. Indeque omne regnum usque Hisam[a] ferro et igne devastant, subversis moeniis[l] et monasteriis atque aecclesiis[m] usque ad solum dirutis servitoribusque divini cultus aut gladio aut fame peremptis aut ultra mare venditis et accolis terrae deletis[n], nemine sibi resistente.

Tunc Hugo abba haec audiens adunato[o] suo exercitu venit ad regem et Nortmannis[g] a praeda[p] ex pago Belvacensi revertentibus simul cum rege in Vitconia[q] silva[3] insecutus, illi huc illucque dispersi[r], paucis suorum amissis, rediere ad naves. His etiam diebus Hincmarus Remorum archiepiscopus[4], vir merito a cunctis praedicandus[s], ex hac vita discessit[t]. *(Dec. 21).*

883.

Anno Domini[u] DCCCLXXXIII. Cui in sede pontificali Folcho[v, 5], vir admirabilis[w] per omnia, successit[x]. Post haec Nortmanni monasterium et aecclesiam[y] sancti Quintini incendunt[6]; simul etiam et aecclesiam[z] Dei genitricis in Atrebatis civitate. Iterum Karlomannus rex Nortmannos[a] insecutus nil prospere vel utile fecit. Moritur etiam his diebus Hrotgarius[b, 7] Belvagorum episcopus; cui successit Honoratus[8]. Verno vero tempore

a) hysam *B* 2. b) ui *B* 1, *ut notavit Lebeuf l. c. p.* 703, *quod me effugisse potest.* c) conprehendit *A* 2; cõpraehendit *B* 1. d) comisso q· *(ante* q *littera* s *erasa) B* 1. e) p̄lio *A* 1; praelio *A* 2. f) exstiterunt *A* 1. g) northmann. *A* 2. h) pugna hęc *A* 1. i) compendum palatium *B* 1; compendium palatium *B* 2. k) sunt *add. B* 1; suas sunt *add. B* 2 *(sed cf. infra a.* 885*).* l) moenis *A* 1. m) ecclesiis *A* 1. *B* 1; aeclesiis *B* 2. n) deleos *manu recentiore corr.* deletis *B* 1. o) adunatu *B* 1. p) p̄da *A* 1. q) uiconia *A* 2. r) dipersi *corr.* dispsi *A* 1. s) p̄dicandus *A* 1. t) dicessit *B* 1; decessit *A* 1 *(cf. infra a.* 886*).* u) A. D. *om. B.* v) folco *A* 1; foldio *B.* w) ammirabilis *A* 1. x) *h. l.* Anno DCCCLXXXIII. *A* 2 *(cf. SS. XIII, p.* 709*).* y) eccl. *A* 1. *B* 1; aecl. *B* 2. z) eccl. *B* 1; ęcl. *B* 2. a) northmann. *A* 2. b) hortgarius *A* 1.

1) *La Thiérache, regio silvestris inter Mosam et Isaram superiorem sita.* 2) *Avaux ad Axonam fl. (Ardennes, arr. Rethel). Cf. Ann. Bertin. p.* 154; *Vogel p.* 313 *sq.* 3) *La forêt de Vicogne, prope Condé.* 4) *(*845—882*). De quo scripserunt C. v. Noorden (Bonn.* 1863*); H. Schrörs (Friburg. Brisigav.* 1884*); I. Heller in 'Allg. Deutsche Biogr.' XII, p.* 438 *sqq. Cf. etiam Dümmler l. c. passim (praesertim III, p.* 210 *sqq.).* 5) *Fulco (*883—900*), qui capellanus Karoli II. (Calvi) fuerat et a.* 878. *abbatiam S. Bertini acceperat; cf. Dümmler l. c. III, p.* 252. 6) *Cf. Tumul. S. Quintini l. c.; Ann. S. Quintini Veromand., SS. XVI, p.* 507; *Dümmler l. c. p.* 210, *n.* 1. 7) *(*881—883*); cf. Dümmler l. c. p.* 151, *n.* 3. 8) *(*883—*c.* 900*).*

883. a Condato[a] egressi maritima petivere loca, ibique aestivo[b] remorati tempore Flamingos e terra sua fugere[c] compulerunt et undique saevientes[d] omnia ferro et igne[e] depopulantur. Circa autumni vero tempora Karlomannus rex in pago Vithmau[f] villa[g] Melnaco[1] contra Latverum cum exercitu ad[h] custodiam regni resedit, Northmanni[i] *Oct. ex.* vero Octobrio mense finiente Latverum cum equitibus[k] et peditibus atque omni suppellectili veniunt. Naves quoque per mare Sumnam[l] fluvium ingressae regem cunctumque exercitum[m] eius fugere compulerunt atque Hisam[n] fluvium transire fecerunt. Tunc Ambianis civitatem[o] ad hiemandum[p] sibi sedem parant[2]. Dehinc usque Sequanam et circa fluenta Hisae[q] omnem terram devastant incensis monasteriis et aecclesiis[r] Christi, nemine[s] eis resistente. Tunc Franci, videntes Nortmannorum[i] res prospere in omnibus accrescere, quendam[t] Danum Christianum [Sigefridum[u]] nomine mittunt ad eos, qui caute cum[v, 3] . . . de[w] redemptione regni ageret. Ille vero Bellovagum venit, et ita Ambianis perrexit ad exercendum sibi iniunctum[x] negotium[4].

884. Anno Domini[y] DCCCLXXXIIII. Per idem tempus mortuo Engelwino[z] Parisiorum episcopo[5] Gauzilinus[a] abba[6] subrogatur in sedem[b] eius. Nortmanni[c] vero non cessant captivari atque interfici populum Christianum atque aecclesias[d] subrui, destructis moeniis[e] et villis igne[f] crematis. Per omnes enim plateas iacebant cadavera clericorum, laicorum nobilium atque aliorum[g], mulierum, iuvenum et lactentium[h]. Non enim erat via vel locus, quo non iacerent mortui, et erat tribulatio om-

a) condito *B* 1. b) hestiuo *B* 1; estiuo *B* 2. c) fugare *eadem manu in marg. add.* *A* 1; fugare *B.* d) seuientes *B.* e) igni *B* 1. f) uilmau *A* 2. g) villa *om.* *A* 1. h) a *A* 1. i) northmann. *A* 2. k) aequitibus *A* 1. l) sunam *A* 1. m) exerc. *om.* *A* 2; eius exerc. *A* 1. n) hysam *B* 2. o) ciuit' *B* 1; ciuitate *B* 2. p) hyemandum *B* 2. q) hysae *B* 2. r) eccl. *B* 1; aecl. *B* 2. s) nenne *eadem manu corr.* nenpe, *post corr.* nemine *A* 1. t) quandam *B* 1. u) *om. codd., suppl. Pertz; cf. infra a.* 884. v) eis *add.* *B* 1. w) de *om.* *B* 2. x) *ita* *A* 1. *B* 1 *(Chr. Norm.), cf. infra p.* 55, *l.* 9; iniunctum sibi *A* 2. *B* 2. y) A. D. *om.* *B.* z) egeluino *eadem manu corr.* engeluino *A* 1. a) gozlinus *A* 1; gacizilinus *B.* b) sede *A* 1. c) northmanni *A* 2. d) eccl. *B* 1; aecl. *B* 2. e) męniis *A* 1. f) igne *om.* *B* 2. g) aliarum *A* 1. h) lactantium *A* 2. *B* 1 *(Chr. Norm.).*

1) *Miannay (Somme, arr. Abbeville). Cf. chartam Karlomanni* apud Melnacum villam Vimnau comitatu *iam Aug.* 11. *datam, Böhmer, Reg. Karol. nr.* 1862; *Lebeuf l. c. p.* 704; *Dehaisnes p.* 317, *n.* a. 2) *Cf. Dümmler l. c. p.* 229, *n.* 2. 3) *Cf. infra a.* 884, *ubi haec denuo referuntur:* ut cum principibus suae gentis tractaret — primores gentis quae sibi fuerant dicta enuntiat. 4) *Cf. infra a.* 884. 5) *A.* 871—883. 6) *Cf. supra p.* 44, *n.* 8; *Dümmler l. c. p.* 273, *n.* 1.

nibus et dolor, videntes populum Christianum usque ad[a] internitionem[b, 1] devastari. 884.

Interim, quia rex iuvenis erat, omnes principes Compendio[c] palatio conveniunt tractaturi, quid illis esset agendum. Initoque consilio Sigefridum Danum Christianum regique fidelem, qui nepos fuerat Heorici[d, 2] Dani, [mittunt[e]], ut cum principibus suae gentis tractaret, ut tributum acciperent et e regno abirent. At ille quod sibi iniunctum fuit opere implere studuit, Ambianis ivit[f], primores[g] gentis quae[h] sibi fuerant dicta enuntiat[i, 3], et post longam et diuturnam contionem[k] in eundo et redeundo, renuntiando[l] nunc his, nunc illis, ad ultimum XII milia[m] pondera[n] argenti cum suo pondere[4] imposuerunt regi et Francis in tributum[5], et datis obsidibus ad invicem, coeperunt hi qui trans Hisam[o] erant aliquatenus securi esse. A die itaque purificationis sanctae Mariae usque mense Octobrio[6] inter eos haec *Febr. 2 — Oct.* securitas data est.

Sed Nortmanni[p] trans Scaldum[q] agentes praedas[r] more sibi solito[s] ferro et igne cuncta devastant, aecclesias[t], monasteria, civitates, vicos, habitatores usque ad
*p. 201. internitionem[u, 1] *deletis. Post sanctum itaque pascha *Apr. 19.*
inchoatur tributum persolvi. Spoliantur aecclesiae[t] et aecclesiastica[t] mancipia; tandem soluto tributo, mense Octobrio finiente adunantur Franci, ut, si Nortmanni[p] *Oct. ex.* inmutari[v] fidem vellent, eis resisterent. Nortmanni[p] vero sua castra incendunt atque ab[w] Ambianis recedunt. Rex vero et Franci transito Hisa[o] lento itinere eos insequuntur[x]. Praedicti[y] vero Dani iter agentes Bononiam veniunt ibique agentes consilium, quid sibi faciendum esset[z], pars illorum mare transiit[a], atque pars Luvanium in regno quondam Hlotharii[b, 7], ibique sibi castra statuunt

a) ad *om.* *A* 1. *B* 1. b) internecionem *A* 2. *B* 2. c) conpendio *A* 2. d) hreorici *A* 2. e) *om. codd.; suppl. iam Bouq.; cf. supra p.* 54, *l.* 17. f) uenit *B* 2. g) primioribus uel primores *A* 1; primoribus *B* 2. h) quas *A* 2. i) nuntiat *B* 2. k) conditionem *A* 1; concionem *B* 1. l) renunciando *A* 2. m) XIIcim mił *A* 1. n) pondere *A* 1. *B* 1. o) hys. *B* 2. p) northmanni *A* 2. q) schaldum *A* 2. r) p̄das *A* 1. s) solito sibi *B* 2. t) eccl. *B* 1; aecl. *B* 2. u) internecionem *A* 2. *B* 2. v) inmitari *A* 1. w) ad *perperam* *A*. *B* 1. x) insecuntur *A* 2. y) p̄dicti *A* 2. z) *ita* *A* 1. *B* 1 (est̄); est *A* 2. *B* 2 *(cf. supra l.* 4—5*)*. a) tr. mare *B* 2. b) lotharii *A* 1.

1) usque ad internecionem *saepissime legitur in Biblia Vulg.* 2) *Rorici(?); cf. supra p.* 51, *l.* 24; *Vogel p.* 316, *n.* 2. 405. 3) *Cf. supra p.* 54, *l.* 15 *sqq.* 4) *Intellegendum videtur sui ponderis.* 5) *Cf. Ann. Fuld. p.* 102; *Reginon. chron. p.* 121; *Dümmler l. c. p.* 229, *n.* 3. 6) *Cf. infra l.* 24—25. 7) *Cf. Reginon. chron. a.* 884. 886, *p.* 122. 125.

884. ad hiemandum[a]. Franci vero qui cum Karlomanno fuerant[b] redierunt[c] ad sua loca[d]; pauci iuvenes cum eo remanserunt venandi causa in Basiu silva[1]. Et dum rex aprum[e] vellet percutere, quidam e suis Bertoldus nomine, cum ei[f] iuvare[g] vellet, casu regem in tibia vulneravit, et accepto vulnere supervixit plus VII diebus atque
Dec. 12. in eodem loco defunctus est . . . . . .[h] Decembris[i, 2], anno aetatis suae circiter XVIII. Delatum est corpus eius in monasterium sancti Dyonisii[k] ibique[l] humatum[m]. Franci capiunt consilium et Theodericum[n] comitem[3] Italiae[o, 4] dirigunt ad imperatorem Karolum, uti[p] veniat in Franciam[4].

885. Anno Domini[q] DCCCLXXXV. Karolus imperator
(Ian.). nuntio percepto[r] acceleravit iter[s] et venit usque[t] Pontionum[u, 5], ibique omnes qui fuerant in regno Karlomanni ad eum venerunt eiusque se subdidere imperio; atque ita Karolus imperator rediit in terram suam, praecipiens[v] eos[w] qui erant ex regno[x] quondam Hlotharii[y] et regno Karlomanni pergere[z] Luvanio contra Nortmannos[a]. Condicto[b] itaque[c] uterque exercitus[d] placiti die[6] advenerunt ad dictum locum, praeter[e] Hugonem[f] abbatem, qui dolore pedum ab hac profectione se abstinuit, sed nil[g] ibi prospere egerunt, verum cum magno dedecore[h] rediere ad sua. Francosque qui venerant ex regno Karlomanni irrisere Dani[i]: 'Ut quid ad[k] nos

a) hyemandum *B* 2. b) erant *B* 2. c) redierent *eadem manu corr.* redierunt *A* 1. d) loca sua *B* 2 *(cf. infra a.* 885*).* e) aprum *om. A* 1. f) eum *B* 2 *(Chr. Norm.).* g) iuuaret (t *expuncto*) *B* 1. h) *dies in omnibus codd. omissus, voce erasa B* 2; *lacuna fere decem litterarum B* 1. i) [d]ecebr̄ *B* 2. k) dionisii *A* 2; dyonysii *B* 1. l) imque *eadem manu corr.* illique(?) *A* 1. m) umatum *B* 1. n) theodricum *A* 1. o) *sic omnes codd., quod tamen* Italiam *emendandum censuerim; cf. etiam Bouquet.; Kohl l. c.* p) ut *A* 1. q) A. D. *om. B.* r) percoepto *A* 1. s) iter *om. B* 2, *duabus litteris erasis.* t) ad *add. A* 1. u) pontionem *eadem manu corr.* pontionum *A* 1. v) pcipiens *A* 1. *B* 1. w) eis *B* 2. x) ex regno *om. B* 2. y) hhotharii *eadem manu corr.* hlotharii *A* 1. z) perrege *B* 1. a) northmannos *A* 2. b) Condito *B.* c) *sequitur* die *expunct. B* 2. d) exerc. uterque *A* 1. e) p̄ter *A* 1; preter *B* 2. f) huguuem *A* 1; abb. hugonem *A* 2. g) nihil *A* 1; *om. B* 2. h) manno decore *A* 1. i) dicentes *add. B* 2. k) a *B* 1.

1) *Bezu-la-forêt, non procul a Les Andelys (Eure). Cf. chartam Karlomanni* apud Andeli monasterium *Dec.* 10. *datam, Böhmer l. c. nr.* 1869; *Bouquet, 'Recueil' IX, p.* 438, *n.* a; *Dümmler l. c. p.* 232, *n.* 1. 2) *Cf. Ann. Fuld. p.* 101; *Reginon. chron. p.* 121 *sq.; Dümmler l. c. Obiit pridie Id. Dec.* 3) *Cf. Dümmler l. c. p.* 234, *n.* 1; *infra a.* 888. 895. 4) *Karolus imperator tunc Ticini (Pavia) morabatur; cf. Mühlbacher nr.* 1696 *a; Dümmler l. c. p.* 234; *Kohl l. c. p.* 485. 5) *Ponthion (Marne, arr. Vitry-le-Français); Dümmler l. c. n.* 4. 6) *Intellegendum, utrumque exercitum condicto ab imperatore placiti die Lovanium venisse (cf. infra a.* 888*). Non est cur hunc locum cum aliis editoribus (cf. Dehaisnes p.* 321, *n.* 2*) corrigamus.*

885. venistis? Non fuit necesse. Nos scimus[a], qui estis, et vultis, ut[b] ad vos redeamus; quod[c] faciemus'.

(Maio). His etiam diebus Godefridus Danus, quia disponebat suam inmutare[d] fidem[1], astu Gerulfi[2] sui fidelis ab Heinrico duce[3] interficitur[4]. Hugo etiam filius Hlotharii regis iubente imperatore per consilium dicti ducis[e] excaecatus[f] est[5]. Mense itaque Iulio VIII. Kal. Augusti *(Iul. 25.)* Rotomagum[6] civitatem ingressi[7] cum omni exercitu, Francique eos usque in dictum locum insecuti sunt. Et quia necdum eorum naves[g] advenerant[h], cum navibus in Sequana repertis fluvium transierunt et sedem sibi[i] firmare non desistunt. Inter haec omnes qui morabantur[k] Neustria[l] atque Burgundia adunantur et collecto[m] exercitu adveniunt quasi debellaturi Nortmannos[n]. Sed ut congredi debuerunt, contigit ruere Ragnoldum ducem Cinomannicum[o] cum paucis, et hinc[p] rediere omnes ad loca sua cum magna tristitia, nil actum utile[8].

Tunc Nortmanni[n] sevire coeperunt[q] incendiis, occisionibus sitientes[r], populumque Christianum necant, captivant, aecclesias[s] subruunt, nullo[t] resistente[9]. Iterum Franci parant se ad resistendum, non in bello, sed munitiones[u] construunt, quo illis navale[v] iter interdicant. Castrum quoque[w] statuunt super fluvium Hisam[x] in loco qui dicitur Ad pontem Hiserae[y][10], quod Aletramno[z][11] committunt[a] ad custodiendum. Parisius civitatem Gauz-

a) Noscimus *A* 1. b) aut *A* 2. c) quid *B* 1. d) immutare *A* 1. *B* 1. e) dicis *eadem manu corr.* ducis *A* 1. f) excecatus *A* 1. g) naues eorum *A* 1. h) aduenrnt *B* 2. i) sibi *om. A* 2. k) in *vix supplendum videtur (cf. Kohl l. c. p.* 490). l) niustria *B* 2. m) collectu *A* 1. n) northmann. *A* 2. o) cynomannicum *B* 2. p) bino *A* 2. q) ceperunt *A* 1. r) scicientes *A* 1. s) eccl. *B* 1; ęcl. *B* 2. t) sibi *add. B* 2 *(cf. supra p.* 44, *l.* 19. 54, *l.* 15; *at rursus infra a.* 889). u) inmunitionem *(primo* n *expuncto) A* 1. v) nav. illis *A* 1. w) quoque *om. B (Chr. Norm.)*. x) hysam *B* 2. y) hysere *B* 2. z) alethranno *A* 2. a) conmittunt *A* 2.

1) *Hoc non de religione intellegendum; cf. supra p.* 55, *l.* 26; *Hellmann, 'N. Archiv' XXXIV, p.* 25, *n.* 1. 2) *Cf. de Gerolfo Frisione, auctore generis comitum Hollandiae, Reginon. chron. a.* 885. 898, *p.* 123. 146; *S. Hirsch, 'Jahrbücher des Deutschen Reichs unter Heinrich II.' t. I, p.* 340 *sq.; Dümmler l. c. p.* 237, *n.* 3. 465; *Vogel p.* 307, *n.* 4. 3) *Cf. supra p.* 47, *n.* 6. 4) *Multo fusius haec in Reginon. chron. p.* 123 *sq. enarrantur; Dümmler l. c. p.* 237 *sqq.* 5) *Cf. Dümmler l. c. p.* 240, *n.* 2. 6) *Cf. Dümmler l. c. p.* 247, *n.* 1. 7) *Sc. Normanni.* 8) *Cf. Vogel p.* 321, *n.* 1 *(de narratione magnam partem fabulosa in Dudonis decani S. Quintini opere de moribus et actis primorum Normanniae ducum).* 9) *Cf.* 2. *Paral.* 28, 20: nullo resistente vastavit. 10) *Pontoise (Seine-et-Oise). Cf. Vogel p.* 322. 11) *Cf. Dümmler l. c. p.* 36, *n.* 3. (260. 685).

885. Nov. linus[a] episcopus munit[1]. Nortmanni[b] vero mense Novembri Hisam[c] ingressi praedictum[d] castrum obsidione cingunt aquamque eis qui in castro erant inclusi haurire ex flumine, quia aliam non habebant[e], prohibent. Hi[f] vero qui in castro[g] erant coeperunt laborare pro penuria aquae[h]. Quid multa?[i] Pacem petunt et vivos se abire petunt, et datis ad invicem obsidibus, Aletramnus[k] cum suis Belvacum[l] petiit. Nortmanni[b] vero dictum igne cremaverunt castrum, diripientes omnia inibi reperta. Nam hi[m] qui castrum reliquerant[n] omnia sua inibi dimiserunt praeter[o] arma et equos[p]; sub hac etiam conditione abire illis permissum est.

Hac Nortmanni[b] patrata victoria valde elati Parisius adeunt turremque[q, 2] statim aggressi[r] valide obpugnant[s], et quia necdum perfectę[t] firmata fuerat[u], eam se capi sine mora existimant[v]. At Christiani viriliter eam defendunt, et factum *est proelium*[w] *a mane usque ad vesperum*[3], noxque dirimit proelium[x]; atque ita Nortmanni[b] ea nocte regressi[y] ad naves[z]. Gauzlinus[a] vero episcopus et Odo[4] comes tota nocte cum suis *laboravere, suam obfirmantes turrim ad praeparationem[b] pugnae. Sequenti die iterum Nortmanni[c] accurrunt ad ipsam[d] turrim ad proelium[e], fitque gravis pugna usque ad solis occasum. Sed Dani multis suorum amissis rediere ad naves[5]; indeque sibi castrum statuunt adversus civitatem eamque obsidione vallant, machinas construunt, ignem[f] supponunt et omne ingenium suum apponunt[g]

1. *Mach.* 9,13. — (*Nov.* 26). — **p.* 20 — (*Nov.* 27). — 886. (*Ian. ex. — Febr. inc.*)

a) gauzilinus *A* 1. b) northmanni *A* 2. c) hysam *B* 2. d) p̄dictum *A* 1. e) non hab. aliam *A* 1. f) Hii *A* 1. *B* 2 (Ii *Chr. Norm.*). g) castra *A* 2. h) aqua *A* 1. i) *signum interrogationis om.* *B* 1. k) alethrann. *A* 2. l) cum suis beluacum cum suis *A* 1. m) hii *B* 2. n) reliquerunt (reliquerī) *A* 1. o) preter *B* 1. p) ęquos *A* 1. q) turrimque *B*. r) agressi *B* 1. s) oppugnant *B*. t) *sic A. B* 1; perfecte *B* 2. u) fuerant, *sed littera* n *deleta* *B* 1. v) *post* x *una littera erasa videtur* *B* 1. w) prelium *A* 1; praelium *A* 2. x) p̄lium *A* 1; praelium *A* 2. y) sunt *add.* *B* 2 (*cf. supra p.* 53, *l.* 6—7). z) suas *add.* *B* 2. a) Gauzilinus *A* 1. b) p̄parationem *A* 1. c) northmanni *A* 2. d) ipsa *A* 1. e) p̄lium *A* 1; praelium *A* 2. f) igne *A* 1. g) adponunt *A* 1. *B* 2.

1) *Cf. Abbonis Bella Parisiacae urbis, l. I, v.* 15—19, *Poet. Carol. IV, p.* 80; *Dümmler l. c. p.* 261, *n.* 1. 2) *De cuius situ cf. Poet. Carol. l. c. p.* 81; *Dümmler l. c. p.* 262. 3) 1. *Mach.* 9, 13: vesperam. 4) *Comes Parisiensis, postea (*888—898*) rex, filius Roberti Fortis. De quo scripsit Ed. Favre, 'Eudes, comte de Paris et roi de France' (Paris* 1893*). — Abbo l. c. l. I, v.* 45 *sq., p.* 81:

Hic consul venerabatur, rex atque futurus;
Urbis erat tutor, regni venturus et altor.

5) *Cf. Abbo l. I, v.* 60—171, *p.* 81 *sqq.; Dümmler l. c. p.* 262 *sq.; Vogel p.* 325 *sq.*

ad captionem civitatis. Sed Christiani adversus eos fortiter dimicando in omnibus extitere[a] superiores[1]. 886.

[Anno Domini DCCCLXXXVI.[b]] VIII. Idus Februarii *Febr. 6.* contigit grave discrimen infra[c] civitatem habitantibus. Nam ex gravissima inundatione fluminis minor pons[2] disruptus est[3]. Quo cognito episcopus delegit[d] nocte illa ex suis viros nobiles et strenuos ad custodiam turris[e], ut mane facto pons restauraretur; quod Nortmannis[f] minime latuit. Anteque auroram surgentes *Febr. 7.* cum omni multitudine ad ipsam accurrerunt turrim eamque vallantes, ne adiutorium e civitate illis[g] superveniret, obpugnare[h] coeperunt[i]. Illis vero qui intra turrim erant acriter[k] resistentibus, fit clamor multitudinis usque in caelum, episcopo desuper muro civitatis cum omnibus qui in civitate erant nimis flentibus, eo quod suis subvenire non possent, et quia nil aliud agere poterat[l], Christo eos commendabat. At[m] Nortmanni[n] cum impetu portam ipsius turris[o] adeunt ignemque subponunt[p], et hi[q] qui infra erant fracti vulneribus et incendio capiuntur atque[r] ad obprobrium[s] Christianorum diversis interficiuntur modis atque in flumine praecipitantur[t]. Indeque ipsam turrim destruunt. Post haec non cessant obpugnare[u] civitatem.

Episcopus vero corde confractus ex gravi damno[v] Herkengero comiti[4] litteras misit mandans, ut quantotius[w] Germaniam peteret et Heinrico[5] duci[x] Austrasiorum[6] expeteret, quo ei et populo Christiano subveniret. Herkengerus[y] vero quae[z] sibi mandaverat statim adimplevit[7] et Heinricum cum exercitu Parisius[a] venire fecit, sed nil ibi profecit atque in suam rediit regionem[8]. Gauzlinus[b] vero, dum omnibus[c] modis populo Christiano[d]

a) existere *A* 1. b) *uncis inclusa om. A* 1 *(cf. supra p.* 40, *n.* a*). B.* c) in *A* 1. d) *cf. supra p.* 41, *l.* 26. *et p.* 43, *l.* 14. e) turrim *A* 1. f) northmannis *A* 2; normannis *A* 1. g) illis ciuit. *A* 2. h) oppugnare *A* 1. *B.* i) cęperunt *A* 1. k) acriter — in civitate erant *om. A* 2. l) pot. agere *A* 1. m) Ad *A* 1. n) northmanni *A* 2. o) turrim *A* 1. p) supponunt *B* 2. q) hii *B* 2. r) adque *A* 1. *B* 1. s) opprobrium *B* 2. t) p̄cipit. *A* 1. *B.* u) oppugnare *B.* v) dampno *A* 1. w) quā totius *A* 1. x) duce *(post corr.* duci*) A* 1. y) kerkengerus *B* 1. z) qua *A* 2. *B* 1. a) parisuis *B* 1. b) Gozlinus *A* 1. c) omib; *A* 1. d) populo christiano *corr.* populu christianū *B* 2.

1) *Cf. Vogel p.* 328, *n.* 1. 2) *Pons australis; cf. Vogel p.* 329. 414 *sq.* 3) *Cf. Abbo l. I, v.* 504 *sqq., p.* 94. 4) *Milidunensi (Melun), ut videtur; cf. Dümmler l. c. p.* 265. 266, *n.* 1. 5) *Cf. supra p.* 57, *n.* 3. 6) *Cf. Waitz, 'VG.' ed.* 2. *V, p.* 51, *n.* 4. 7) *Cf. Dümmler l. c. p.* 266, *n.* 1. 8) *Cf. Abbo l. II, v.* 3 *sqq.* 34, *p.* 98 *sq.; Dümmler l. c.*

886. iuvare studeret[a], cum Sigefrido[b, 1] rege Danorum amicitiam[c] fecit, ut per hoc civitas ab obsidione liberaretur[2]. Dum haec aguntur, episcopus gravi corruit in-
(Apr. 16). firmitate[d], diem[e] clausit extremum[3] in loculoque[f] positus est[g] in ipsa civitate. Cuius obitus Nortmannis[h] non latuit; et antequam civibus eius obitus nuntiaretur[i], a Nortmannis[h] deforis praedicatur[k] episcopum esse mortuum. Dehinc vulgus pertesi una cum morte patris obsidione inremediabiliter contristantur[4]. Quos Odo illustris comes suis adhortationibus[l] roborabat. Nortmanni[h] tamen cotidie non cessant obpugnare[m] civitatem, et ex utraque parte multi interficiuntur[n], pluresque vulneribus debilitantur[5], ęscae[o] etiam coeperunt[p] minui in civitate[q].

(Maii 12). His diebus, id est[r] . . . . ., Hugo venerabilis abba ex hac vita[s] decessit[6] sepeliturque in monasterio sancti Germani Autisiodoro[t, 7]. Odo vero, videns affligi populum, clam exiit[u] de civitate, a principibus regni requirens auxilium et, ut imperatori innotescerent[v] velocius perituram civitatem, nisi auxilium ei daretur[w, 8]. Dehinc regressus ipsam civitatem de eius absentia nimis repperit merentem[x]; non tamen in ea[y] sine admiratione[z] introiit. Nortmanni[a] eius reditum[b] praescientes[c] occurrerunt[d] ei ante portam turris. Sed ille, amisso[e, 9] equo[f] a dextris et a sinistris adversarios caedens[g], civitatem[h]

a) vellet *B* 2. b) segefrido *A* 1. c) amiticiam *B* 1. d) in infirm. *B*. e) diemque *B* 2. f) et in loculo *B* 2. g) est *om.* *A* 1. h) northmann. *A* 2. i) nunciaretur *A* 2; enuntiaretur *A* 1. k) p̄dicatur *A* 1. l) adortationibus *A* 1. m) oppugnare *A* 1. *B*. n) inficiuntur *B* 2. o) aescę *A* 1. p) cęperunt *A* 1. q) ciuitatem *A* 1. r) id *est om.* *A* 2. *B* 2; (idem *A* 1?); idē in *B* 1, *ubi sequitur lacuna 6 fere litterarum, ut infra p.* 62, *l.* 5. id est *legi potest. Praeterea Hugo nonnisi multo ante (p.* 53, *l.* 12*) postremo commemoratus. Apparet igitur diem hoc loco (ab ipso auctore?) omissum esse.* s) ciuitate *A* 2. t) autisiodoro *(*e *super altera littera* o *superscr.)* *A* 1; autisiodero *B* 1. u) exigit *A* 1. v) innotesceret *A* 1 *(cf. Pertz, SS. I, p.* 523, *n.* d*)*. w) ei auxilium detur *B* 2. x) męrentem *B* 2. y) in ea *om. h. l.* *B* 2. z) ammiratione *A* 1; in eam *hic add.* *B* 2. a) Northmanni *A* 2. b) red. *om.* *A* 1. c) p̄scientes *A* 1. d) accurrerunt *A* 1. *B*. e) *sic omnes codd., i. e.* ammisso (admisso); *cf. Ovid. ex Ponto II,* 6, 38: Nil nocet admisso subdere calcar equo; *Caesar. Bell. Gall. I,* 22; *Bell. civ. II,* 34; *Bouq. et Dehaisnes* emisso, *Pertz* immisso *legere maluerunt.* f) ęquo *A* 1. g) cedens *A* 2. h) ciuitate *B* 1.

1) *Cf. Dümmler l. c. p.* 201, *n.* 4. 262, *n.* 1; *Vogel p.* 247 *sq.* 281, *n.* 3. 404. 410. — *Abbo l. I, v.* 38, *p.* 80 (Solo rex verbo, sociis tamen imperitabat). 2) *Cf. Dümmler l. c. p.* 267. 3) *Cf. Abbo l. II, v.* 68—73, *l. c. p.* 100; *Epitaph. ib. p.* 136 *sq.*; *Dümmler l. c. p.* 267, *n.* 2. 4) *Cf. Abbo l. c. v.* 74—75. 5) *Cf. Abbo l. II, v.* 155. 159—161, *p.* 102. 6) *Cf. Dümmler l. c. p.* 267, *n.* 2. 7) *Cf. Dümmler l. c.* 8) *Abbo l. II, v.* 163 *sqq., p.* 102. *Odonem ad imperatorem auxilii petendi causa missum esse tradit, quare Kohl l. c. p.* 494. *illum ipsum Karolum adiisse putat; cf. tamen Dümmler l. c. p.* 268, *n.* 2; *v. Kalckstein, 'Gesch. d. Französ. Königthums' I, p.* 40, *n.* 1; *Vogel p.* 333. 9) *Sc. concitato.*

ingressus[1] tristem populum reddidit laetum. Nemo[a] 886. tamen mortalium[b] enumerare potest, qualia pericula ibi pertulerint[c], vel quot[d] milia hominum in diversis praeliis[e] ibi corruerint[c] ex utraque parte; nam sine intermissione cum diverso apparatu armorum et machinarum arietumque ipsam concutiebant civitatem. Sed omnibus magna instantia ad Deum clamantibus semper liberati sunt. Nam ferme octo[f] mensibus, antequam imperator eis subveniret, diversis modis proeliatum[g] est.

Circa autumni vero tempora Carisiacum[h, 2] veniens *(Aug. ex.)* cum ingenti exercitu praemisit[i] Heinricum[k] dictum[3] ducem Austrasiorum Parisius[4]. Qui dum[l] advenisset illuc cum exercitu prope civitatem, cum paucis inconsulte coepit equitare[m] circa castra Danorum volens invisere, qualiter exercitus castra eorum possent adtingere[n], vel quo ipsi castra figere deberent: et ecce equus[o] eius subito corruens inter fossas, quas Nortmanni[p] fecerant[q], illum deiecit ad[r] terram. Statimque de latibulis Dani *(Aug. 28)*
*p. 203. pauci surgentes *illum interemerunt[5], magnumque dolorem et terrorem Christianis[s] fecit[t], Danis vero gaudium. Cumque nudassent illum armis suis, supervenit quidam e Francis Ragnerus[u, 6] nomine comes eiusque corpus non

a) Nemo — civitatem *(l. 6) om.* **B** 2. b) mortelium *eadem manu corr.* mortalium **B** 1. c) pertulerunt . . . corruerunt **A** 2. d) quod (qđ) **A** 1. **B** 1. e) p̄liis **A** 1; proeliis **A** 2. f) octob̄ **A** 2. g) p̄latum **A** 1; pręlatum **B** 1; praeliatum **A** 2. h) parisia cum **A** 1. i) p̄misit **A** 1. k) henricum **B** 2. l) par. quidam **A** 1. **B** 1. m) cępit *(B 2)* aequitare **A** 1. n) attingere **A** 1. **B** 2. o) ęquus **A** 1. p) northmanni **A** 2. q) fecerunt **A** 1. r) in **B** 2. s) christianos **A** 2. t) fecerunt **B** 2. u) rainerus *(semper)* **B** 2.

1) *Cf. Abbo l. II, v.* 201 *sqq., p.* 103:
Ast hostes prohibere fores turris cupientes,
Transsiliunt Sequanam, vallantes littora circum.
Reddidit Odo tamen castellanis equitando
Se medios inter sevos, Ebolo reserante
Huic portas, cunctique stupent hoc nobile factum.

2) *Quierzy (Aisne). Cf. Mühlbacher nr.* 1724; *Dümmler l. c. p.* 269, *n.* 1; *Kohl l. c. p.* 494; *Vogel p.* 334, *n.* 1. 3) *Cf. supra p.* 59, *l.* 26 *sq.* 4) *Diverse Regino a.* 887, *p.* 125: Denuo aestivo tempore, antequam segetes in manipulis redigerentur, idem Heinricus cum exercitibus utriusque regni Parisius venit; *cf. Dümmler l. c. n.* 2; *Mühlbacher nr.* 1723 *a.* 5) *Cf. Reginon. chron. a.* 887, *p.* 125 *sq., ubi haec fusius, sed similibus verbis narrantur; Abbo l. II, v.* 217 *sq., p.* 104. *Diem, Ann. necrolog. Fuld. mai., SS. XIII, p.* 186, *indicatam L. de Ranke, 'Weltgesch.' ed.* 1—3. *VI,* 1, *p.* 280, *n.* 1, *immerito impugnavit; cf. Dümmler, Mühlbacher, Kohl, Vogel ll. ll.* 6) *Cf. Abbo l. I, v.* 67. 245, *p.* 81. 87; *Dümmler l. c. Non a veri simili abhorret de Reginario illo 'Langhals' cognominato cogitandum esse, qui postea Lotharingiae praefuit; cf. infra a.* 895. 898.

886. absque vulneribus illis tulit[1]. Quod statim imperatori[a] nuntiatum est. Ille vero audito multum doluit, accepto
(Oct.) tamen consilio[2] Parisius venit cum manu valida. Sed quia dux periit, ipse nil[b] utile gessit[3].

Sept. 17. His diebus, id est[c] XV.[d] Kal. Octobris, Bellovagus civitas igne[e] ex parte crematur. In quo incendio omnis ornatus monasterii sancti Vedasti[f, 4] in thesauro et sacris vestibus et libris et kartis[g] deperiit[5]. Imperator vero cum exercitu ad castra Nortmannorum[h] veniens, quia[i] ex utraque parte fluminis[k] castra fixerant, eis[l] unam[6] fecit deserere fluviumque transire atque[m] in[n] unum castra ponere. Deinde misit custodes in civitatem et exercitum misit trans flumen. Indeque coeperunt[o], quia hiems[p] imminebat, missi ad invicem discurrere, ut imperator pacem cum Danis faceret[q]. Et factum est vere[r]
(Nov.) consilium nimis miserum. Nam utrumque, et civitatis redemptio illis promissa est et data et via sine impedimento[s] attributa, ut Burgundiam hieme[t] depraedarent[u]. Episcopo quoque in ipsa civitate delegato, Askricho[v, 7] nomine, et terram patris sui Rothberti[w] Odoni comiti concessam[8], imperator castra movit inde et quo[9] venerat redire festinavit[x]. Nam Suessionis[y] apud Sanctum Medardum terram[z] inter Francos dispertiit[10]; necdumque se de eo moverat loco, et ecce Sigefridus[a] rex, cuius supra meminimus[11], Hisam[b] fluvium ingressus, terra et aqua[c] iter faciens[d] post eum cum suis, omnia ferro vastabat et igne. Quod cum imperator agnovisset[e] — nam

a) impr̄ *A* 1. — nunciatum *B* 1. b) nill *A* 1, *alterum* l *expunct.* c) idē *B* 1; *cf. supra p.* 60, *l.* 14. d) XII. *A* 1. e) igne *om. B* 2. f) uædasti *B* 1. g) cartis *A* 2. h) northmann. *A* 2. i) qui *A* 1. k) flumini *B* 1. l) eos *B* 2. m) adque *B* 1. n) ui *B* 1. o) cęperunt *A* 1; ceperunt *B* 1. p) hiemps *A* 1; hyems *B* 2. q) fieret *A* 2. r) vere *om. B* 2. s) inpedimento *A* 2. t) hyeme *B* 2. u) depdarent *A* 1. *B* 2. v) ascricho *A* 2; haskrico *A* 1. w) rotberti *A* 1. x) fest. red. *A* 1. y) sue || sionis *A* 1; suessonis *B* 1. z) terra *A* 2. a) sigefrid *A* 1; siefridus *B*. b) hysam *B* 2. c) terrā et aquā *A* 1. d) faciens iter *A* 2; fatiens *A* 1. *B* 1. e) cognouisset *A* 1 *(Chr. Norm.)*.

1) *I. e. sustulit; cf. infra a.* 895. 896. 899. (900). 2) *Cf. supra p.* 48, *l.* 5. 3) *Similiter Regino p.* 127. 4) *Cf. Chron. Vedastin. a.* 881, *l. c.:* Nonas Ianuarias corpus sancti Vedasti Belvacus cum omni ornamento asportatur; *Relat. corp. b. Ved. c.* 4. 5. 7, *SS. XV*, 1, *p.* 402, *n.* 3. 403; *Ann. Elnon. min. a.* 880, *SS. V, p.* 19; *Vogel p.* 266, *n.* 1. 270. *Relatum est corpus ad locum suum, quo etiam monachi rediere, a.* 893. *Iul.* 15. 5) *Haec verba scriptor Mirac. S. Rictrudis l. I, c.* 12, *l. c. imitatus est.* 6) *Sc. ripam Sequanae dextram.* 7) *Gauzlini successore.* 8) *Cf. Reginon. chron. a.* 887, *p.* 126; *Dümmler l. c. p.* 273. 9) *Intellegendum:* unde. 10) *Cf. Dümmler l. c. (beneficia vacantia inter optimates distribuit).* 11) *Cf. supra p.* 60, *l.* 1.

ignis eum[1] certum nuntium deferebat —, festine rediit 886. in terram suam. Post haec Sigefridus[a] famosissimam aecclesiam[b] beati Medardi igne cremavit[2], monasteria, vicos, palatia regia, interfectis et captivatis accolis terrae[c]. Nortmanni[d] vero, qui per Sequanam ascenderant a Parisius, cum omni exercitu et suppellectili[e] et navibus Hionam[3] fluvium ingressi Senonas civitatem obsederunt. Sed Evrardus[f] archiepiscopus ipsius civitatis *(Nov. ex.)*. statim cum eis de redemptione[g] civitatis agi coepit[h] et obtinuit quod voluit[4].

Anno Domini[i] DCCCLXXXVII.[k] Nortmanni vero[l] 887. [usque[m]] Segonnam et Ligerem more solito pervagati sunt[5]. His etiam diebus[n] moritur Evrardus[f] Senonensis[o] *(Febr. 1)*. episcopus[6], cui succedit[p] Waltherus iuvenis[7]. Usque *(Apr. 2)*. aestivo[q] tempore[r, 8] ibi[s] residerunt[t], incendiis et occisionibus[u] terram in solitudinem redigerunt[v, 9]. Sigefridus[w] vero cum suis verno[x, 10] finiente[y] in Sequanam rediit agens solita et circa autumni tempora Frexiam[z] petiit, ibique interfectus est[a, 11]. Dani vero Parisius regressi *(Maio)*. propter tributum ab imperatore promissum, pro qua re Askrichus[b] ad imperatorem[c] abiit et pro quo ierat rediens secum detulit; datoque tributo, quia nullus erat

a) siefridus *B*1 (siefried). 2. b) eccl. *B*1; aecłam *B*2. c) terrae acc. *A*2 *(Chr. Norm.)*. d) Northmann. *A*2. e) supell. *B*. f) euurardus *A*2. g) reptione *omnes codd.*, dem *alio atramento, manu multo recentiore superscr.* *B*1; ereptione *Chr. Norm.* h) ciuitatis accepit *A*1; cepit *B*2. i) A. D. *om.* *B*. k) DCCCLXXXVI. *B*. l) *hic aliquid (velut* omnem terram — omne regnum — omnia loca — cuncta — *aut* Burgundiam) *supplendum credideris; cf. supra p.* 50, *l.* 10. 54, *l.* 12 *sqq.* 62, *l.* 18; *infra p.* 64, *l.* 13 *sq.; a.* 891. 899. m) usque *om.* *A*. n) diebus *om.* *A*1. o) senomensis *A*1. p) successit *A*1. q) uero *add.* *A*1. r) tpr̄ib; *eadem manu corr.* tpr̄is *A*1. — nortmanni *add.* *B*2. s) ibi *om.* *A*1. t) resederunt *A*1. *B (cf. infra a.* 894). u) occasionibus *B*1. v) redierunt *A*1; redegerunt *B*1; redigentes *B*2. w) Siefridus *A*1. x) *nescio an supplendum sit* tempore *(cf. p.* 53, *l.* 26; *infra a.* 898). y) fin. verno *A*1. z) frixiam *A*2 *(cf. supra p.* 51, *n.* t); fresiam *B*2. a) est *om.* *A*1. b) ascrilcus *A*1; aschri:cus *(post* i, *ut videtur, littera* l *erasa aut detrita)* *B*1; ascrichus *B*2. c) imp̄r *A*1.

1) *Intellegendum videtur:* ei *(cf. etiam Andr. Marchian., ed. Beauchamps p.* 745). 2) *Cf. Vogel p.* 336, *n.* 3. 3) *Yonne.* 4) *Diverse haec refert Regino a.* 888, *p.* 131; *cf. Dümmler l. c. p.* 272, *n.* 2; *Vogel p.* 338, *n.* 3. 5) *Cf. de Burgundia a Normannis vastata Reginon. chron. l. c.; Ann. S. Benigni Divion. a.* 887, *SS. V, p.* 40; *Abbo l. II, v.* 343—346, *p.* 107; *supra p.* 62, *l.* 18. 6) *Cf. Ann. S. Columbae Senon. a.* 886, *SS. I, p.* 104; *Dümmler l. c. p.* 267, *n.* 2. 7) *Nepos Waltheri Aurelianensis episcopi; cf. supra p.* 45, *l.* 10; *Reginon. chron. l. c.; Ann. S. Columbae Senon. l. c.* 8) *Cf. tamen Ann. S. Columbae Senon. l. c.; Dümmler l. c. p.* 278 *sq.; Vogel p.* 340, *n.* 2. 9) *Cf. Exod.* 23, 29: ne terra in solitudinem redigatur; *Gen.* 47, 19; *Ezech.* 35, 14. 10) *Pertz, SS. I, p.* 524, *n.* 47. *non recte interpretatur* i. e. inverno, hieme. 11) *Cf. Dümmler l. c. p.* 334.

887. qui eis resisteret, iterum per Sequanam Maternam fluvium ingressi Gaziaco[a. 1] sibi castra statuunt.

Franci vero australes[2] videntes imperatoris vires ad regendum imperium invalidas[3], eiecto[b] eo de regno, Arnulfum filium[4] Karlomanni, qui eius erat nepos, in (Nov.). regni solio[c] ponunt. Ast inferiores Franci[5] inter se divisi, quidam Widonem[6] ab Italia, quidam Odonem in regno statuere volunt. Berengarius[7] etiam regnum Italiae usurpat. Hroderardus[d] Camaracensium[e] episcopus his diebus obiit. Karolus vero post amissum imperium fertur a suis strangulatus[8]; tamen in brevi[f] finivit[g] 888. (Ian. 13). vitam praesentem[h], possessurus caelestem[i], ut credimus[k]. Nortmanni vero omnia loca[l] usque[m] Mosam[n] more solito et partem Burgundiae devastant.

Anno[o] Domini DCCCLXXXVIII.[p] Verum, ut diximus[9], Franci divisi, aliqui Widonem, qui partibus Fulchonis archiepiscopi favebant, alii Odonem, inter quos Theodericus comes[10] eminebat, in regno statuere contendebant. Convenerunt itaque qui Odonem advocarunt[q] Compendio palatio atque cum consensu[r] eorum qui sibi (Febr. 29). consentiebant per manus Waltheri[s] archiepiscopi[11] benedici sibi in regnum[t] fecerunt[12]. Pauci vero ex Bur- (c. Mart. in.). gundia Widonem Lingonis civitate per Geilonem[u] eiusdem civitatis episcopum regem sibi creaverunt[13]. Interim, dum haec aguntur, ordinatur Dodilo Camaracen- Mart. 17. sium[v] vel Atrebatensium ecclesiae[w] episcopus[14] *XVI. Kal. *p. 204. Aprilis. At hi[x] qui ultra Iurum atque circa Alpes con-

a) *ita* *A* 1. *B* 1 *(littera tertia non prorsus clare expressa, sed potius* z *quam* t *legenda).* *B* 2; glatiaco *A* 2 (Gauziaco *Chr. Norm.*). b) eiesto *corr.* eiecto *A* 1. c) solio regni *A* 1. d) Hroderad *A* 1. e) cameracensium *A* 1. *B* 2. f) imbreui *B* 1. g) finiunt *B* 1. h) psentem *A* 1. *B* 2. i) cęleste *A* 1; ut cred. caelestem *B* 2. k) *hoc loco* Anno DCCCLXXXVIII. *A* 2. l) loco *B* 1. m) ad *add.* *A* 1. n) mosa *B* 1. o) anni *B* 1. p) DCCCLXXXVII. *B*. q) auocarunt *B (cf. infra a.* 892*).* r) concessu *A* 1. s) uualteri *A* 2. *B* 2. t) regem *A* 2 *(cf. supra p.* 45, *l.* 17 *sq.; infra p.* 65, *l.* 2: *a.* 893. 895*).* u) geylonen *B* 2. v) kameracensium *A* 1. w) ecclesię *B* 1; ęclę *B* 2. x) hii *B* 2; *om.* *A* 1.

1) *Chézy l'abbaye, prope Château-Thierry (Aisne) aut Chessy (Seine-et-Marne, arr. Lagny).* 2) *I. e. orientales; cf. Waitz, 'VG.' ed.* 2. *V, p.* 29, *n.* 1; *supra p.* 51, *l.* 14. 3) *Similiter Regino p.* 127; *cf. Dümmler l. c. p.* 286, *n.* 2. 4) *Ex concubina natum; cf. Dümmler l. c. p.* 286, *n.* 2. 5) *I. e. Franci occidentales; cf. Waitz l. c. p.* 129, *n.* 7. 6) *Ducem Spoleti.* 7) *Marchio Foroiuliensis.* 8) *Iisdem fere verbis utitur Herimann. Aug. Chron. a.* 888, *SS. V, p.* 109: et, ut quidam perhibent, a suis strangulatus; *cf. Dümmler l. c. p.* 289, *n.* 2. 9) *Cf. supra l.* 6 *sqq.* 10) *Cf. Dümmler l. c. p.* 316. 11) *Senonensis (cf. supra p.* 63, *l.* 13 *sq.).* 12) *Cf. Dümmler l. c. n.* 2. 13) *Cf. Dümmler l. c. p.* 314 *sq.* 14) *Cf. ib. p.* 320, *n.* 2.

sistunt, Tullo adunati[1] Hrodulfum[a] nepotem Hugonis abbatis[b. 2] per episcopum[3] dictae civitatis benedici in regem petierunt; qui et[c] ita egit[c]. 888.

Wido vero rex factus, audiens Odonem in Francia[d] creatum regem, cum his qui se sequi deliberaverant rediit Italiam. Ibique cum Berengero rege non modica gessit bella semperque victor extitit[e]. Cumque Berengerum[f] e regno fugere compulisset, Romam ivit, imperator efficitur. 891. *(Febr. 21).*

Odo vero rex Francos, qui suo[g] nolebant se subdi dominationi, partim blanditiis[h], partim terroribus sibi sociari festinabat. Sed cum ei fidem dedissent, quo[i] eius[k] dominatui se subderent, contulerunt se ad Arnulfum regem, ut[l] veniret in Franciam et regnum sibi debitum reciperet. Inter quos erant primi[g] huius discordiae Fulcho[m] archiepiscopus et Hrodulfus[n] abba[4] necnon et Balduinus comes[5]. Sed dum illi haec agerent, contigit Odoni regi per Dei misericordiam inopinata victoria. Nam die nativitatis sancti Iohannis baptistae cum parvo *Iun.* 24. exercitu Danorum exercitum obviavit super[o] Axonam[p] fluvium[6] commissoque proelio[q] mox victor extitit. Quae victoria non modicam illi contulit gloriam[r]. Post haec ab Arnulfo convocatur ad placitum. Qui sibi et regno[s] suisque consulens, sumptis primoribus e suis, ad regem ire non distulit[t], praemisitque[u] ante se Theodericum[7] cum aliis, qui ei suum nuntiarent adventum et cum eo de his quae necessaria erant tractarent. Qui, ut sibi

a) herodulfum *A* 1. b) abbati *A* 1. *B* 1. c) et *om.* *A* 1; quod et ita contigit *B* 2. d) in francia odonem *B* 2. e) exstitit *A* 1; extigit *B* 2. f) berengero *corr.* berengerum *A* 1. g) *sic codd.* h) blanditur *A* 1. *B* 1; blandiī *B* 2. i) quod *B* 2. k) eius *om.* *B* 2. l) uti *B.* m) fulco *B* 2. n) rodulfus *B* 2. o) sub *A* 1. p) saxonam *A* 2. q) praelio *A* 2; prȩlio *A* 1. r) cont. illi gram *(sic)* *A* 1; illi gl. cont. *B* 2 *(Chr. Norm.).* s) regni *B* 1. t) destulit *eadem manu corr.* distulit *A* 1. u) p̄misitque *A* 1.

1) *Haec, nisi quid exciderit, certe nimis coartata. Non qui inter Iuram et Alpes Penninas habitabant, sed Lotharienses Tulli convenisse oportet. Secundum Reginon. chron. (l. c. p.* 130*) Ruodolfus primo apud S. Mauricium coronam sibi imposuit, deinde episcopos atque optimates regni Hlotharii ascivit; cf. Dümmler l. c. p.* 319, *n.* 2; *R. Poupardin, 'Le royaume de Bourgogne' p.* 12, *n.* 2. 14, *n.* 3. 2) *Cf. Dümmler l. c. p.* 318. 3) *Arnoldum; cf. ib. p.* 319, *n.* 2. 359, *n.* 3. 4) *S. Bertini et S. Vedasti; cf. infra a.* 892; *Chron. Vedastin. a.* 883, *l. c.; Dümmler l. c. p.* 320, *n.* 2. 5) *Balduinus II. (cognomine Calvus) comes Flandriae.* 6) *Inter Axonam et Mosam, ad Montfaucon (Meuse). Quam victoriam Abbo l. II, v.* 491 *sqq., p.* 111 *sq. celebrat diemque confirmat.* 7) *Cf. p.* 56. 64. 77.

888. imperatum[a] fuerat, peregerunt[b], ei[c] renuntiant, quo die ad condictum placitum devenirent.

Interim[d], dum missi inter illos discurrerent, Balduinus relictis sociis ivit ad regem Odonem et promisit se de reliquo fidelem illi fore. At ille benigne suscepit eum et cum honore hortatusque est[e], ut in sua promissione maneret[f], iussitque[g], ut secum iret ad condictum placitum. Statuto[h] itaque die Odo rex fretus auxilio suorum Wormaciam[i] venit, honorificeque ab Arnulfo rege susceptus, et facti amici[1], remisit eum cum honore in regnum suum petens, ut indulgentiam eis daret[k] qui se ad eum contulerant.

Interim Nortmanni[l] Meldis[2] civitatem obsidione vallant, machinas instruunt, aggerem[m] conportant ad capiendam urbem. Quibus viriliter resistit[n] Teutbertus comes[3], donec interiit cum omnibus prope bellatoribus. Mortuo itaque comite, episcopus Sigemundus[4] timore perculsus iussit lapidibus obfirmari portas civitatis. Cumque hi[o] qui infra civitatem erant inclusi, obsidione pertesi[p], fame attenuati, mortibus etiam suorum nimis[q] afflicti, cernerent ex nulla parte sibi auxilium adfuturum[r], cum Nortmannis[l] sibi notos[s] agere coeperunt[t], ut data civitate vivi[u] sinerentur abire. Quid plura?[v] Refertur ad multitudinem, et sub spetie[w] pacis obsides dant. Reserantur[x] portae, fit via Christianis, ut egrediantur, delegatis his qui[y] eos quo vellent ducerent[z]. Cumque amnem[a] Maternam transissent et longius a civitate processissent, Nortmanni[b] eos omnes insecuti comprehen-
(Iun. 14?). derunt[c] ipsum episcopum cum omni[d] populo. Indeque reversi civitatem igne combusserunt murosque quantum placuit destruxerunt[e. 5]; atque inibi[f] morati sunt usque
— c. Nov. mense prope Novembrio[g].

a) impr *A* 1. b) pergerunt *A* 1. c) eique *B* 2. d) Interim — discurrerent *om.* *A* 1. e) hortaturque *A* 1. f) permaneret *B* 2. g) iussit *A* 2. h) stato, *in marg. eadem manu suppl.* tu *B* 1. i) uuormatiam *A* 1. *B* 2. k) daret eis *B* 2. l) northmann. *A* 2. m) aggeres *eadem manu corr.* aggerē *A* 1. n) restitit *B* 2; comes teudbertus res. *A* 1. o) hii *B* 2. p) pertaesi *A* 2. q) nimis *om.* *B* 2. r) adfuturam *eadem manu corr.* adfuturum *A* 1. s) notis *B* 2. t) cęperunt *A* 1. u) uiua *radendo corr.* uiui *A* 1. v) *signum interrogationis om.* *B* 1. w) specie *A* 2; spetię *B* 1. x) referantur *A* 1. y) quo *post corr.* qui *B* 2. z) dicerent *A* 2. a) annem *in marg.* vel m *A* 2. b) northmanni *A* 2. c) conprehenderunt *A* 2; cumprehenderunt *A* 1; coprędhendeř *B* 1. d) omi *B* 2. e) detruxerunt *A* 1. f) ibi *B* 2. g) mensem prope nouembrem *B* 2.

1) *Cf. Dümmler l. c. p.* 321, *n.* 5. 2) *Cf. Abbon. l. II, v.* 441. 454, *p.* 110. 3) *Comes Meldensis, frater Anscherici episcopi Parisiensis: cf. ib. v.* 456—464, *p.* 110 *sq.* 4) *Cf. ib. v.* 455. 5) *Cf. Abbon. ib. v.* 465—466, *p.* 111; *Ann. Nivern., SS. XIII, p.* 89; *Vogel p.* 344, *n.* 1.

Circa autumni[1] vero tempora Odo rex adunato exercitu Parisius venit, ibique castra metati[a] sunt prope civitatem, ne iterum ipsa obsideretur[b]. Nortmanni[c] vero per Maternam in Sequanam[d] regressi indeque navigantes et iter per terram facientes[e, 2], Luvam[f, 3] fluvium ingressi, circa eius littora[g] sedem sibi firmant. Odo vero rex Remis civitatem contra missos Arnulfi[4] perrexit, qui ei coronam, ut ferunt[h], misit, quam in aecclesia[i] Dei genitricis in natale[k] sancti Brictii[l] capiti impositam[m], ab omni populo rex adclamatur. Ibique eis[n] qui se spreverant delicta pie indulsit atque in societatem recepit et, ut de reliquo sibi fideles forent, admonuit. Odo[o] rex nativitatem Domini in monasterio[p] sancti Vedasti celebrem[q] egit. *888. — Nov. 13. — Dec. 25.*

Anno[r] Domini DCCCLXXXVIIII.[s] Post nativitatem vero Domini cum paucis Francis Aquitaniam perrexit[5], ut sibi eos sociaret. Quo audito Ramnulfus[6] dux maximae partis Aquitaniae cum sibi faventibus venit ad eum, adducens secum Karolum[7] puerum, filium Hludowici[t, 8] regis, et iuravit illi quae[u] digna fuerunt[9], simul[v] et de ipso puerulo, ne quid mali de eo suspicaretur. *889.*
p. 205. *Aquitanios itaque rex ex parte receptos, festinavit propter Nortmannos[w] redire in Franciam. Dani vero more suo Burgundiam, Neustriam[x] atque partem Aquitaniae[y], nullo resistente[10], igne et ferro devastant. Circa autumni[11] vero tempora Parisius regressi, contra quos Odo rex venit; et nuntiis intercurrentibus munerati ab eo, regressi a Parisius relictoque[z] Sequanam[a], per mare navale

a) castrametate *A*; castra metatus est *B*. b) obsedereretur *A* 1. c) northmanni *A* 2. d) in seq. per mat. *A* 2. e) fatientes *A* 1. *B* 1. f) luuiam *B* 2. g) litorā *A* 1; litora *B* 2. h) fertur *A* 1. i) ecclesia *B* 1; aecła *B* 2. k) nł *A* 1. l) briccii *B*. m) inpositam *A* 2. *B* 2. n) ei *A* 1. o) uero *add.* *A* 1. p) monastærio *B* 1. q) cęlebrem *B* 2. r) anni *B* 1. s) DCCCLXXXVIII. *B*. t) hludouici *B* 2; ludouuici *e corr.* *A* 1. u) quia *A* 1; qua *B* 1. v) sibi *corr.* simul *A* 1. w) northmannos *A* 2; normannos *eadem manu corr.* nortmannos *A* 1. x) niustriam *B* 2. y) inaquitanię *B* 1. z) *sic omnes codd., post corr.* relictaque *B* 2 (relicta *Chr. Norm.*). a) sequana *B* 2.

1) *Cf. tamen Dümmler l. c. p.* 322, *n.* 2. 2) *Cf. Vogel p.* 345, *n.* 4 *(et infra l.* 28 — *p.* 68, *l.* 1*)*. 3) *Loing flumen, quod in Sequanam influit. Cf. Dümmler l. c. p.* 346, *n.* 1. 4) *I. e. obviam missis A. (cf. infra a.* 893; *Dehaisnes p.* 346, *n.* c*)*. 5) *Cf. Abbon. l. II, v.* 452, *p.* 110; *Ann. Fuld. Cont. Ratisbon. a.* 888, *l. c. p.* 116. 6) *Cf. Dümmler l. c. p.* 316, *n.* 4; *Eckel, 'Charles le Simple' p.* 9 *sqq.* 41. 7) *Cf. supra p.* 45, *n.* 16. 8) *Balbi.* 9) *Cf. infra a.* 898: se illi fidelem esse sicut dignum erat. 10) *Cf.* 2. *Par.* 28, 20: nullo resistente vastavit. 11) *Cf. tamen Vogel p.* 346, *n.* 2; *Favre, 'Eudes' p.* 147, *n.* 2.

889. iter atque per terram[a] pedestre et equestre[b] agentes, in territorio Constantiae civitatis circa castrum Sancti Lauti[c, 1] sedem sibi faciunt ipsumque castrum oppugnare[d] non cessant.

890. Anno[e] Domini DCCCXC.[f] In ipsa etiam obsidione positus Lista[g, 2] praedictae civitatis [episcopus[h]] diem clausit extremum; gladio etiam nobilioribus praedicti[i] castri[k] deletis, ad ultimum capta est munitio dicti[l] castri, interfectis eius[m] habitatoribus, ipsumque castrum funditus terrae coaequatum[n, 3]. Brittanni vero viriliter suum defensavere regnum atque afflictos Danos Sequanam[o] redire compulerunt[4]. Imminente[p] vero festa[q]
c. Nov. 1. omnium sanctorum Dani per Sequanam Hisam[r] ingressi Noviomagum[s] petunt ad statuenda sibi castra[t] hiemalia[u]. Illis vero qui per terram iter agebant occurrit rex Odo circa Germaniacum[5]; sed propter loci incommoditatem nil eis damni[v] intulit. Nortmanni[w] vero coeptum[x] iter peragentes castra sibi adversus civitatem statuunt[6]. Alstingus autem[y] cum suis Argova[z, 7] super Sumnam[a] sedem sibi firmavit[b]. Odo vero rex adunato exercitu super littora[c] Hisae[d] fluminis[8] resedit, ne regnum libere devastarent[e].

a) per t *om. B* 2. b) ęquestre *A* 1. c) laudi *B.* d) obpugnare *A* 2. e) anni *B* 1. f) DCCCLXXXVIIII. *B.* g) listā *A* 1; *textus non integer et fortasse depravatus.* — p̄dictę *B* 2. h) *hoc editores supplendum censuerunt.* i) p̄dicti *A* 1. *B* 2. k) castris *A* 1. l) dcti *A* 1. m) eius *om. B* 2. n) coequatum *B* 1. o) sequanos *A* 1. p) Inminente *A* 2. q) *sic A (scil.* die*)*; facta *B* 1; festiuitate *B* 2. r) hysam *B* 2. s) nouiomum *A* 1. t) castra *om. A* 2; castra sibi *A* 1. u) hiemalca *corr.* hiemalia *A* 1; hyemalia *B* 1. v) dampna *B* 1. w) Northmanni *A* 2. x) ceptum *A* 1. *B* 2. y) autem *om. B* 1; uero *A* 1. z) argona *codd., sequente* osuper *B* 2 *(sed cf. infra p.* 70, *l.* 4. argobio*). Iam Bouq.* argoua *legere maluit.* a) somnam *A* 2. b) firmant *A* 2. *B* 2. c) litora *A* 1. *B* 2. d) hysae *B* 2. e) Anno (Anni *B* 1) Domini DCCCXC. *hoc loco B.*

1) *St.-Lo (Manche). Cf. Dümmler l. c. p.* 346, *n.* 3. 2) *Cf. Lebeuf l. c. p.* 721 *sq, sed alibi hoc nomen vix commemorari videtur.* 3) *Diverse de his Regino p.* 135: Quoddam castellum in Constantiensi territorio, quod ad Sanctum Loth dicebatur, obsident et accessum ad fontem aquae ex toto prohibentes, oppidanis siti arescentibus, fit deditio eo pacto, ut vita tantum concessa cetera tollerent. Illis a munitione progressis gens perfida fidem et promissa data profanat omnesque absque respectu iugulat; inter quos episcopum Constantiensis ecclesiae interimunt. *Cui tamen fidem adhibere nolim, quamquam Vogel p.* 358, *n.* 3. *ea de re dubitat; cf. Dümmler l. c.; Dehaisnes p.* 336, *n.* b. *Quodammodo similia in nostris (supra p.* 58, *l.* 2 *sqq.* 66, *l.* 19 *sqq.) de rebus a.* 885. *ad pontem Isarae et a.* 888. *ad Meldas gestis referuntur.* 4) *Cf. Reginon. chron. a.* 890. 891, *p.* 135 *sq.; Vogel p.* 359, *n.* 1; *infra a.* 898. 5) *Guerbigny (Somme)? Cf. Peigné-Delacourt, 'Les Normans dans le Noyonnais' p.* 24 *sqq.; Dehaisnes p.* 337, *n.* a; *Vogel p.* 360, *n.* 2. 6) *Cf. Vogel p.* 360, *n.* 3. 4. 7) *Argoeuves (Somme).* 8) *Cf. Vogel p.* 361, *n.* 1.

Alstingus[1] vero per dolum pacem fecit cum Hrodulfo[a] abbate, ut libere posset ire quo vellet. Praedictus[b, 2] vero Alstingus die sollempnitatis[c] sancti Iohannis ewangelistae[d] venit adversus castrum[3] sive monasterium sancti Vedasti. Hrodulfus[e] vero abbas[f] timens, ne multitudo qui[g] Noviomum[h] erat cum eis adveniret, et insidias timens — quod etiam Alstingus mandaverat[4] — populum retinuit, sed cognita veritate post eorum discessum multum[i] doluit. Frequentibus vero incursionibus exterruit eos, nec ausi sunt postea ita adversus praedictum[k] venire castrum. 890. Dec. 27.

Anno DCCCXCI.[l] Hi vero qui Noviomo[m] erant moventes exercitum usque Mosam omnem terram pervagati sunt; indeque per Bracbantum rediere[n] transeuntesque Scaldum[o] per invia loca parant redire ad castra. Insecutusque eos[p] Odo rex[q] comprehendit[r] eos[s] super Galtheram[5], sed non ita ut voluit. Nam amissa praeda[t] per silvas dispersi evasere[u] atque ita ad castra reversi sunt. 891.

Circa autumni[v] vero tempora[6] relicto Noviomo maritima petivere loca ibique toto aestivo[w] tempore morati sunt[x], indeque iterum[y] moventes iter usque Mosam[z]. Quod audiens Arnulfus rex velociter accurrit[a] eosque usque trans Scaldum[b] et prope Atrebatis insecutus, sed

a) rodulfo *B*. b) P̄dictus *A* 1. c) sollemnitatis *A* 2. d) euangelistę *B* 1; ęvangełtę *B* 2. e) Rodulfus *B* 2. f) abba *B* 2. g) *sic codd.* h) noviomo *B* 2. i) multum post eor. disc. *B* 2. k) p̃dictum *A* 1. l) Anno DCCCXCI. *om. hoc loco B; Anno om. etiam A* 1. m) nouiome *A* 1. n) redire *A* 1. o) schaldum *A* 2. p) est *A* 2. q) rex Odo *B* 2. r) conprehendit *A* 2. s) eos *om. A* 2. t) p̃da *A* 1. u) auasere *A* 1. v) *ita (cf. supra p.* 61, *l.* 10. 67, *l.* 1. 25 *sq.) codd. (*autem autumni *Chr. Norm.)*. Circa verni v. t. *annotavit Bouquet. Peigné-Delacourt l. c. p.* 13, *n.* 8; *Dehaisnes p.* 341; *Vogel p.* 362, *n.* 2. *per errorem cod. B* 1 *testem proferentes* Circa autem verni t. *legendum censent. Dümmler (De Arnulfo rege p.* 176; *'G. d. Ostfr. R.' ed.* 2. *III, p.* 347, *n.* 1*) quem Wattenbach in transl., Mühlbacher nr.* 1860 *a et alii probant,* Circa autem veris tempora *legi vult.* w) estiuo *B* 2. x) mor. sunt temp. *B* 2. y) interitum *A* 1. z) moram *B* 1. a) occurrit *B* 2. b) schaldum *A* 2.

1) *Sequentia non nimis clara.* 2) *Mirum, cum idem modo commemoratus sit. Quare dubitare licet, an scriptor praecedentem sententiam postea inseruerit.* 3) *De castello Karolo III. imperatore, a.* 885—887, *exstructo cf. Böhmer l. c. nr.* 1884; *Vogel p.* 231, *n.* 1. 339, *n.* 5. 361. 4) *Non satis mihi liquet, utrum* iusserat *an* nuntiari fecerat *interpretandum sit.* 5) *De qua non constat nisi quod inter ripam laevam Scaldis et Noviomum quaeri oporteat; cf. Pertz, SS. I, p.* 527, *n.* 66. — *Dehaisnes (cf. etiam v. Kalckstein l. c. p.* 67, *n.* 2; *Vogel p.* 362*) de Wallers flumine cogitavit, quod tamen Monod, 'Revue critique' a.* 1872, *p.* 253. *improbat.* 6) *Haec cum sequentibus atque praecedentibus pugnare et potius de vere cogitandum esse apparet, sed scriptorem ipsum lapsum commisisse crediderim.*

891. eos non comprehendit[a], indeque rediit in regnum suum[1]. Nortmanni[b] vero qui Noviomo[c] hiemaverant[d, 2] decreverunt Luvanio sibi sedem firmare ad hiemandum, illuc- Nov. que mense Novembrio[3] petunt iter; qui vero Argobio[e, 4], Ambianis sedem [sibi[f]] firmant. Arnulfus vero rex adunato exercitu venit adversum[g] Nortmannos[b] et Deo se protegente[h] ipsum cępit[i] castrum[5], interfecta non mo- (Oct.?). dica multitudine Danorum; atque hac[k] patrata victoria[6] ita rediit in regnum suum. Nortmanni[l] vero, qui huc illucque dispersi erant, adunati in eodem loco[7] iterum sibi sedem firmant. Odo vero rex adunato exercitu Ambianis pergit, sed nil ibi prospere gessit. Verum post haec in pago[m] Virmandinse[n] ob neglectum[o] custodum illi inprovise superveniunt Dani eumque fugere coegerunt.

892. Anno Domini DCCCXCII.[p] Rodulfus abba[q] et Ian. 5. levita obiit[8] Nonis Ianuarii sepultusque in aecclesia beati Petri, in sinistra parte altaris, in monasterio sancti Vedasti[9]. Tertio[r] vero die post eius obitum[s], postquam castellani[t] Egfridum[u] comitem miserunt eius obitum regi nuntiantes et, ut illis iuxta suum[v] velle, quid agerent, remandaret[w], Balduinum[x] a Flandris advocantes[y] per consilium[z] Evreberti[a], qui nimis fuerat *versutissi- *p. 206. mus[b], contra voluntatem regis receperunt[10], pro nichilo

a) cõprẹhendit *B* 1. b) Northmann. *A* 2. c) nouiome *A* 1. d) hyem. *B* 2. e) agobio *A* 1. f) *ita B. Chr. Norm.; om. A (sed cf. supra l.* 3, *infra l.* 11. *et plerosque similium locorum, praesertim p.* 67, *l.* 6*)*. g) aduersus *corr.* aduersum *B* 1; aduersus *B* 2. h) ptegente *B* 2. i) coepit *A* 1. *B* 1. k) hoc *A* 2. l) Northmanni *A* 2; Nortmani *h. l. A* 1. m) pagum *A* 1; pago, *littera* o, *ut videtur, corr. B* 1. n) uirmandisse *A;* uermandense *B* 2. o) neglectu *A* 1. p) A. D. (Anni *B* 1) DCCCXCI. *post* Ianuarii *habet B;* A. D. *om. A* 1; Dom. *om. A* 2. q) abbas *A* 1. r) Tertie *A* 1; Tercio *B* 1. s) opitum *corr.* obitum *B* 1. t) castellam *B* 1. u) hecfridum *A* 1. v) suam *B* 1. w) remandarent *A* 2. *B* 1, *et ita legit Pertz in B* 2, *quod iam legi nequit, multa enim huius loci* (Tertio — coepit esse *p.* 71, *l.* 11), *cui liquor chemicus superlitus est, in B* 2 *nimis attrita iam legi nequeunt.* x) baldoin. *A* 1. y) auocantes *A* 1; auocates *B* 1; *legi nequit B* 2, auocans *Pertz (cf. supra p.* 64, *l.* 19*)*. z) pro consilio *A* 2. a) euerberti *B* 2. b) uesutissimus *A* 1.

1) *His, quae cum aliis fontibus praesertim Reginonis chron. (l. c. p.* 136 *sq.) non conveniunt, Mühlbacher nr.* 1860 *a et Dümmler l. c. p.* 347, *n.* 3. *fidem derogandam censent, quamquam annales nostri in universum chronographo Prumiensi auctoritate praestant. Kohl l. c. p.* 505. *ea mense Maio evenisse putat. Vogel p.* 363, *n.* 3. *Arnulfum hic fortasse per errorem Odoni substitutum conicit, sed manifesto dicitur rex ex orientali regno venisse eodemque rediisse.* 2) *Sc. a.* 890—891; *cf. supra p.* 68, *l.* 14. 3) *Cf. tamen Dümmler l. c. p.* 349, *n.* 2; *Kohl l. c. p.* 507; *Vogel p.* 365, *n.* 5. 367, *n.* 2. 4) *Cf. supra p.* 68, *l.* 19. 5) *Sc. Normannorum apud Luvanium.* 6) *Cf. Vogel p.* 367, *n.* 2. 7) *Sc. Luvanii.* 8) *Cf. Folcwini Gesta abb. S. Bertini c.* 97, *SS. XIII, p.* 623 *sq.; Ann. Elnon. mai.; Ann. Blandin., SS. V, p.* 18. 24. 9) *Cf. Folcwin. l. c. p.* 624. 10) *Cf. Ann. Elnon. min. a.* 891, *SS. V, p.* 19.

habentes quod regi mandaverunt[a] vel quod Egfrido[b] 892. comiti promiserant. Per hoc itaque, quod Evrebertus[c] consiliatus[d] est, Balduinus[e] itaque comes legatos dirigit ad Odonem[f] regem, mandans cum sua gratia velle tenere abbatias[g, 1] sui[2] consobrini. Odo vero rex respondit, ut[3] sineret illum[4] prius esse[h] potestativum de suo, quod Deus[i] illi[4] concessit, et veniret ad se, fidens benignum erga illum[5] se inventurum[k] fore[l]. Balduinus[e] vero ad hoc[m] non praebuit[n] assensum. Iterum rex[o, 6] alios atque alios missos[p] misit, sed nil[q] profecerunt. Exhinc Balduinus[e] regi coepit[q] esse infestus. Relicto itaque fratre[7] Atrebatis, ipse in Flandras[s] ante quadragesimam *ante Mart.* 8. perrexit.

Sed die lunae ante pascha contigit[t] nobis malum *Apr.* 17. tale, quod inrecuperabile[u] est. Nam casu hora diei sexta ipsum castrum[8] igne accensum combussit aecclesias[v] inibi sancti Vedasti, sancti Petri et[w] sanctae Mariae. In ipso etiam[x] incendio omnia patrocinia sanctorum, quae habuimus, furto nobis ablata sunt[y], omne etiam castrum consumptum est. Indeque fames valida et sterilitas terrae nobis invasit, ita ut accolae[z] terrae prae[a] magnitudine[b] famis[9] sua relinquerent loca.

Post haec Balduinus[c] castrum refirmat et parat se ad resistendum. Episcopi vero illum excommunicaverunt[10]. Exhinc Odo rex adunato exercitu iter arripuit quasi Atrebatis venturus, re autem vera[d] Flan-

a) madauerunt *A* 1; mandauerant *B*. b) hecfrido *A* 1. c) rurebertus *A* 1; euerbertus *B* 2. d) consolatus *B* (*cf. Dehaisnes, p.* 342, *n.* 6. *a; supra p.* 70, *l.* 22). e) baldoin. *A* 1. f) ad dodonem *A* 1; *verba* ad Odonem — nil profecerunt (*l.* 10) *admodum attrita, ut nonnullae litterae iam vix discerni queant, B* 1. g) abatias *B* 1. h) illum pr. esse illum *B* 1; prius esse illum *B* 2. i) *e corr. A* 1. k) inuentu eum *B* 1; inuentum eum *B* 2. l) for *B* 1. m) ad hoc *om. B*. n) p̄buit *A* 1. *B* 2 (?); prebuit *B* 1. o) rex *om. B*. p) missos *om. A* 1. q) nihil *A* 1. r) cepit *B* 1. s) flandrias *B* 2. t) contigi *A* 1. u) inreculpabile *A*; inrecupabile *B*, *multo post corr.* inrecupabile *B* 2. v) ecclesias *A* 1; inibi s. ued. ęccl. *A* 2. w) et *om. B*. — sanctaeque *B* 2. x) etiam *om. B*. y) sunt *om. A* 1. z) aecole *B*. a) pre *B* 1; p̄ *B* 2. b) magnitudini *corr.* magnitudine *A* 1. c) baldoinus *A* 1. d) vera *om. B*.

1) *Sc. S. Vedasti et S. Bertini; cf. Dümmler l. c. p.* 320, *n.* 2. 518, *n.* 2. 519. 2) *Sc. Balduini.* 3) *Locus, quem neque v. Iasmund et Wattenbach in transl. p.* 273, *neque Favre, 'Eudes' p.* 140, *n.* 2, *recte interpretari videntur.* 4) *Ipsum Odonem intellego.* 5) *Balduinum.* 6) *Favre l. c. n.* 3. *hanc vocem perperam insertam putat, quam tamen auctoritas meliorum exemplarium tuetur.* 7) *Ruodolfo, comite pagi Cameracensis; cf. infra a.* 895; *Reginon. chron. a.* 818, *p.* 73; *Ann. Blandin. a.* 882. 896, *SS. V, p.* 24; *Eckel, 'Charles le Simple' p.* 38, *n.* 3. 8) *Cf. p.* 69, *n.* 3. 9) *Cf. infra p.* 72, *l.* 13; *Dümmler l. c. p.* 352, *n.* 1. 10) *Cf. Dümmler l. c. p.* 519, *n.* 1.

892 dris[a] petiturus[b]. Balduinus[c] Atrebatis[1] iter arripiens per aliam viam antecessit regem venitque[d] in Bruociam[e,2], atque ita rex sine aliquo effectu rediit ad loca sua. Nam (Iul.?). antea Walkerus[f] eius[3] consobrinus castrum[g] Ludunensium[h], quod a rege[i] perceperat, per tirannidem[k] obtinuit, sed rex castellum[l] obsedit ipsamque civitatem mox cepit[m,4]. Et post paucos dies diiudicatus[5], sed rex non sibi praevidit[n,6], capite eum[o] iussit truncari[7]. Hocque actum[p] est, antequam rex Flandras[q] pergeret. Nam Balduinus[r] per Evrebertum[s] inter se et Walkerum[t] pacem fecit[u,8], quae[v] pax illi abstulit vitam.

Nortmanni[w] vero a Luvanio[x] regressi[9], videntes omne regnum fame atteri[10], relicta Francia tempore autumni mare transierunt. Franci vero, qui dudum Odoni regi infesti fuerant, sociatis sibi aliis, ut possent compleri[y] quae[z] volebant, suaserunt[a] regi, ut relicta Francia hiemandi gratia peteret Aquitaniam, ut Francia, quae[b] tot annis afflicta erat, aliquatenus recuperare[11] posset; et quia Ramnulfus obierat[12], et quia Ebulus et Gotbertus[c,13] ab illo disciverant, eos aut[d] sibi resociaret aut de regno suo pelleret aut vita privaret[14]. Ille cre-

a) flandras *B* 1; flandrias *B* 2. b) petiturū *A* 1. c) Baldoinus uero ab *A* 1 *(cf. infra a.* 895*)*. d) uenit *B.* e) bruciam *A* 1; in Br. *om. B.* f) uualcherus *B.* g) castellum (um *e corr.*) *A* 1. h) luddunensium *A* 1; laudunensium *B; cf. p.* 43, *l.* 6. i) quod agere *A* 1. *B.* k) tyrannidem *A* 1. *B* 2. l) castrum *B.* m) coepit *A* 1. n) preuidit *A* 1; p̄uidit *B.* o) eius *A.* p) factum *B* 2. q) flandrias *B* 2. r) baldoinus *A* 1. s) euerbertum *B* 2. t) uualcherum *B.* u) facit *A* 1. v) qua *A;* qui *B* 2. w) Northmanni *A* 2. x) luuano *B.* y) impleri *A* 2. z) qua *A* 1. a) suaserent *corr.* suaserunt *A* 1. b) quae *radendo corr.* qua *A* 1. c) gozbertus *A* 1. d) aud *B* 1.

1) *I. e. Atrebatibus; sed sequentia ex parte conturbata et obscura.* 2) *Dehaisnes (p.* 343, *n.* b*) Brügge intellegendum credit (cf. v. Kalckstein l. c. p.* 75 — 76, *n.* 1; *Favre, 'Eudes' p.* 145*); sed hoc vix veri simile videtur. Vide s. pl. Du Cange-Favre, Glossar. I, p.* 761 *sq. sub v.* bruscia, brocia. 3) *Sc. regis; cf. Reginon. chron. p.* 139, *n.* 5. 4) *Cf. Reginon. chron. p.* 139. 5) *Nonnulla hic deesse patet v. c.* ad mortem, clementiam regis imploravit. *PERTZ. Quod quamquam Wattenbach et v. Kalckstein (p.* 75, *n.* 2*) probant atque etiam Dehaisnes textum hic mutilum esse censet, in medio relinquere malim.* 6) *Haud dubie intellegendum videtur:* ei non indulsit, *etsi Wattenbach et Favre (l. c. p.* 144 *sq.) hoc secus interpretentur.* 7) *Regino l. c. p.* 139 *sq.:* Deinde omnibus primoribus, qui tunc ibi aderant, adiudicantibus eundem Waltgarium decollari iussit, eo quod in conventu publico contra regem et dominum suum gladium evaginasset. 8) *De qua re controversiam habuerint, parum liquet.* 9) *Cf. supra p.* 70, *l.* 10. 10) *Cf. supra p.* 71, *l.* 20 *sqq.* 11) *Sc. vires.* 12) *Cf. Eckel l. c. p.* 10, *n.* 6. 13) *Ebolus abbas S. Germani Parisiensis et S. Dionysii et Gozbertus comes, Ramnulfi fratres.* 14) *Cf. Reginon. chron. p.* 140 *(ubi Ramnulfus tunc adhuc vixisse putatur); Abbo l. II, v.* 530 *sqq., p.* 113.

dulus factus consilium[a] adquievit eorum, nescius, quae[b] mala[c] sibi parabant. At[d] ubi fines attigit Aquitaniae, Ebulus, eius adventum praesciens[e], in fugam[f] versus interfectus est iuxta quoddam castellum lapide[1]; frater quoque eius Gozbertus[g] post haec obsessus atque in brevi[h] vitam finivit. 892. *(Oct. 2).*

Anno Domini DCCCXCIII.[i] Franci qui in Francia remanserant, ut inimicitias[k] et odium, quod habebant contra Odonem regem, panderent, Remis adunati consilium inierunt[l] adversus eum[2], ut die[m] purificationis sanctae Mariae in eodem iterum convenirent loco et quod invicem firmaverant manifestis indiciis demonstrarent[n]. Mittunt itaque et Karolum regis Hludowici[o] filium, adhuc puerulum[p], ad dictum placitum venire fecerunt et die supra dicto[3] Remis adunati eum in paterno solio benedictum in regem collocant[q], omnesque[r] coniurant adversus Odonem regem. Fama itaque citius[s] volans[t] quod factum est Odoni regi innotuit. Ipse vero, ut tunc conveniens fuerat[4], Aquitaniam degens ad eos qui sibi fideles erant in Francia mandavit, ut constantes essent, in suaque poscit[u] permanere fide[v]. *Post pascha Domini Fulcho archiepiscopus et Heribertus comes[5] assumentes Karolum regem cum omni exercitu disponunt [ire[w]] contra Odonem regem, veneruntque contra eos[6] Richardus[x, 7], Willelmus[y, 8] et Hadamarus[z, 9], habuerunt- 893. *Febr. 2.* *Apr. 8.*

*) *Hoc loco A 2:* Anno DCCCXCIII.

a) consil:: *duabus litteris deletis B 2.* b) qua *A.* c) mala *om. B;* sibi mala *A 1.* d) Aut *A 1.* e) p̄sciens *A 1. B 2;* presciens *B 1.* f) fuga *B.* g) Gotbertus *B 2.* h) atque imbre *A;* inbriui *corr.* inbreui *B 1.* i) DCCCXCII. *B.* k) inimicitiam *A 1.* l) inier, *linea compendii forte attrita B 2.* m) die *superscr. B 1.* n) demonstrarunt *corr.* demonstrarent *A 1.* o) hlodouuici *A 1;* ludouuici *B.* p) puerum *B.* q) colloqant *corr.* collocant *A 1.* r) omnes *B.* s) citius *om. B.* t) uolens *corr.* uolans *B 1.* u) poscit *A 2? cf. Dehaisnes p.* 346, *n.* a; possit *corr.* posset *A 1;* possit *B 1;* possent *B 2.* v) fidele *A 1;* fide perm. *B 2.* w) ire *deest A 2. B, sed cf. infra a.* 894. 895. x) rikardus *B.* y) uuilielmus *A 1.* z) haudamarus *A 2.*

1) *Similiter Reginon. chron. a.* 893, *p.* 141; *cf. Dümmler l. c. p.* 383, *n.* 1. 2) *Cf. Reginon. chron. a.* 892, *p.* 140 *sq.; Abbon. l. II, v.* 567 *sq.* 3) *Vide etiam Folcwini G. abb. S. Bert. c.* 99, *l. c. p.* 625; *sed constat Karolum iam* die dominica ante purificationem S. Mariae *(Ian.* 28) *regem unctum esse; cf. ibid. n.* 3; *Dümmler l. c. p.* 383, *n.* 3; *Eckel l. c. p.* 12, *n.* 5. 4) *I. e. ex convento (cf. supra a.* 892). 5) *Viromandensis, nepos Bernardi regis Italiae. Cf. Reginon. chron. a.* 818. 892, *p.* 73. 141. 6) *I. e. eis obviam; cf. Dehaisnes p.* 346, *n.* c; *Eckel l. c. p.* 14, *n.* 1; *supra p.* 46, *n.* 8. 67, *n.* 4. 7) *Comes Augustodunensis, dux Burgundiae, frater Bosonis regis.* 8) *Comes Arvernorum et marchio Gothiae, iam dux Aquitaniae.* 9) *Comes Pictavensis, Odonis regis cognatus. Cf. Abbo l. II, v.* 537 *sqq., p.* 113.

893. que exercitum copiosum. Contra quos rex Odo venire non distulit. Misitque ad eos qui cum Karolo erant mandans, ut quicquid in eis[a] deliquissent per suum eis[b] vadium[1] emendarent[c] et memores essent sacramenti[d] quae[e] sibi iuraverant. Atque ita actum est, ut sine aliquo effectu[f] unusquisque rediret in sua. Karolus cum suis reversus (Aug.?). in Francia[g]; Odo[h] vero remansit in Aquitania. Messivo[i] tempore Odo rex subito Franciam[k] veniens Karolum cum Sept. suis e regno abire coegit[l]. Septembrio vero mense[m] Karolus cum suis redit in Francia[n] inprovise, atque intercurrentibus nuntiis[o] invicem pacem faciunt usque in pascha. Atque ita Odo rex Compendio[2] ivit. *Karolus *p. 207. vero cum Fulcone[p] Remis repedavit.

894. p. Mart. 31. Anno Domini DCCCXCIIII.[q] Denique post pascha adunato exercitu Odo rex disponit ire[r] Remis contra Karolum eiusque fidelibus. Hi vero qui ab eo disciverant[s] Remis cum suo adunantur[t] rege. Odo vero rex veniens castra adversus eos posuit. Cumque hi qui cum Karolo erant viderent se non habere unde ei resistere[u], civitate munita custodibusque delegatis, sub obtentu[v] pacis acceptis a Rothberto[3] obsidibus, noctu civitatem egressi[w] cum suo rege ad Arnulfi regis auxilium cum suo rege se contulerunt. Arnulfus vero rex[4] benigne (Iun.). suum excępit[x] consobrinum eique regnum paternum[y] concessit adiutoresque ei delegavit[z] hos qui erant ex superiori[a.5] Francia. Qui reversi ab[b] Arnulfo Odonem in regno inveniunt[c] eos cum suo expectantes[d] exercitu supra Axonam[e] fluvium[6]. Sed hi qui erant cum Karolo ex parte Arnulfi cum Odone[f] rege amicitiam habebant.

a) *ita omnes codd.* b) eis *om. B.* c) emendassent *B.* d) sacrimenti *B* 1. e) qua *A.* f) eff. *om. B* 2. g) franciam *B.* h) Odo — Aquitania *om. B.* i) *Bouq. dubitat, an legendum sit* in aestivo, *quod equidem probare nolim.* k) fr. sibito *B* 1; fr. sub. *B* 2. l) ab. coegit e regno *B.* m) mensę *B* 1. n) frantia *A* 1 *plerumque;* in francia uenit *B.* o) nunciis *B* 1. p) Folcone *B* 1. q) anno D. DCCCXCIII. *B ante* Karolus vero cum *habet;* A. D. *om. A* 1; Dom. *om. A* 2. r) in *A* 1. s) *cf. supra p.* 46, *l.* 19. 72, *l.* 20. t) adunator *corr.* adunantur *A* 1. u) resisterent *B, sed cf. supra p.* 42, *l.* 9—10. v) optentu *A* 1. w) ingressi *corr.* egressi *A* 1. x) excoepit *A* 1. *B* 1; excepit *B* 2. y) paterni *A* 1. z) del. ei *A* 2. a) de seperiora *(corr.* superiori*) A* 1. b) ad *B.* c) inuen. in regnum *A* 1. d) *ita codd.* e) axone *B.* f) odonē *A* 1.

1) *Malim intellegere* wadium *(wette), i. e. mulctam sive compositionem, quam vadimonium.* 2) *Cf. Böhmer l. c. nr.* 1892. 3) *Odonis fratre, postea rege; cf. infra a.* 898. 4) *Qui tunc conventum generalem Wormatiae habuit; cf. Dümmler l. c. p.* 386. *n.* 2. 5) *I. e. orientali; cf. Waitz, 'VG.' ed.* 2. *V, p.* 129, *n.* 7 *(supra p.* 64, *n.* 5*). — Regino a.* 893, *p.* 141: Iussum est etiam, ut episcopi et comites, qui circa Mosam residebant, illi auxilium ferrent *etc.* 6) *Cf. Reginon chron. l. c.*

894. Resederuntque[a] et illi ex alia parte dicti fluminis[b], nulloque peracto negotio unusquisque rediit in sua. Odo vero rex remansit in Francia, Karolus vero contulit se ad Richardum[c, 1]; quem insecutus Odo rex, volens determinare bello finem discordiae. Verum pietas Dei non concessit sanguinem[d] finem[e] litis finiri. Per idem tempus Teutboldus[f] Lingonicae[g] urbis episcopus excecatus[h] est a Manasse Richardi[i] dilecto[2]. Odo rex iterum rediit in Franciam, Karolus vero cum suis in Burgundiam quo poterant[k] morabantur.

895. Anno[l] Domini DCCCXCV.[m] Constricti vero hi qui sequebantur[n] Karolum — nam Odo rex eis quicquid in Francia[o] habuerant tulerat[p, 3] — Burgundiam acriter depopulati sunt. Venitque clamor eorum[4] ad aures Arnulfi regis. Qui missos in Franciam mittens iussit, ut Odo et Karolus ad eum venirent, quatinus tantae calamitatis malum inter eos finiret. Verum hi qui Karoli partibus favebant ab ipsa profectione suum retinuere[q] regem missosque suos ad regem dirigunt Arnulfum[r]. Odo vero rex strenuis secum assumptis viris ire ad regem perrexit[s] Arnulfum[5] multisque honoribus[6] eum honoravit. Rex vero illum cum honore excoepit[t] atque cum laetitia[u] ad sua remisit[7], filiumque suum[8] rex Arnulfus in praesentia[v] Odoni[w] regis nomine Zuendebolchum[x, 9] benedici in[y] regem fecit[10] eique concessit (*Maio ex.*). regnum quondam Hlotharii[z, 11].

Cumque Odo rex rediret ab Arnulfo, Fulchonem[a] archiepiscopum, qui pergebat ad Arnulfum, in[b] itinere

a) Resideruntque *B* 1 *(cf. supra p.* 46, *l.* 14 *sq.* 63, *l.* 15*)*; Resederunt *B* 2. b) fl. dicti *B*. c) rikardum *B* 1; ricardum *B* 2. d) *sic A* 1. *B;* sanguine *A* 2. *Pertz.* e) finem *om. B* 2. f) teutbaldus *A* 2. g) lingoniae *A* 1. h) excęcatus *A* 1. i) ricardi *B*. k) quo pot. in burg. *B*. l) Anni *B* 1. m) DCCCXCIIII. *B*. n) sequębantur *A* 1; persequebantur *B*. o) frantiā *A* 1. p) tulerant, n *expunct. B* 2. q) rennuere *B* 1. r) ad regem arn. dir. *B*. s) non distulit *A* 2; ire perr. ad regem *B* 2; *cf. p.* 50, *l.* 15. t) excepit *A* 2; excępit *B* 2. u) letitia *A* 1. v) p̄sentia *A* 1. *B*. w) *sic omnes codd. (cf. infra a.* 898*)*. x) tuendebolch. *B* 2. y) i in *e corr. A* 1. z) lotharii *A* 1. *B* 1. a) fulconem *B*. b) in *om. A* 1.

1) *In Burgundiam; cf. infra l.* 9 *sq; Reginon. chron. l. c.* 2) *Comite Divionensi; cf. v. Kalckstein l. c. p.* 93; *Dümmler l. c. p.* 406, *n.* 1. 407; *infra a.* 899 *(*900*):* Manasses quidam ex fidelibus Richardi. 3) *Cf. supra p.* 62, *n.* 1. 4) *Cf.* 1. *Reg.* 9, 16: venit enim clamor eorum ad me; 2. *Reg.* 22, 7: clamor meus veniet ad aures eius. 5) *Qui etiam tunc conventum publicum Wormatiae habuit; Dümmler l. c. p.* 407, *n.* 2. *Cf. Gen.* 48, 1: ire perrexit. 6) *I. e. muneribus; cf. Ann. Fuld. Cont. Ratisb. p.* 126. *et Reginon. p.* 143, *qui haec similiter narrant.* 7) *Cf. Dümmler l. c. n.* 3. 8) *Ex concubina genitum.* 9) *A.* 895 —900. 10) *Cf. Dümmler l. c. p.* 408, *n.* 2; *Mühlbacher nr.* 1955*d.* 11) *Cf. Dümmler l. c. p.* 409, *n.* 1.

895. obviant[a]; qui vix fuga lapsus est, interfecto Adalungo comite[b], qui cum eo erat[c, 1]. At hi qui cum Karolo erant conferunt se ad Zuendebolchum[d] eique partem regni consentiunt[e], uti veniat et iuvet Karolo suo consobrino. Quod audiens Odo rex, quia[f] sui[g] fatigati erant, quasi ignorans hoc Sequanam[2] transiit. Zuendebolchus[d] vero rex et Karolus cum exercitu veniunt Laudunumque obsidione cingunt. Balduinus[h] vero comes et Hrodulfus[i] frater eius[3] necnon et Ragnerus[k, 4] non bono consilio accepto Karolum reliquerunt et se[l] ad Zuendebolchum[d] contulerunt. Hi vero qui cum Karolo erant videntes se inminui[m] et, ut ferunt, quia[n] Zuendebolchus cum suis Karolum privari vitam cogitabant[o], ab ipsa obsidione legatos [ad[p]] Odonem mittunt, ut partem regni, qualemcumque ei placuerit, Karolo et eis[q] consentiat atque eos[r] in pace[s] recipiat. Quod rex libentissime annuit, indeque adunato exercitu in Franciam repedavit. Ut[t] Zuendebolcho nuntiatum[u] est, qui iam a Lauduno recesserat, episcopo Didone indutias[v] sub spetie[w] pacis petendo, et[x] quia primores Karoli videbat non ita esse erga se ut fuerant, velociter reversus est in regnum suum[5].

Odo vero rex Corbeiam venit indeque Atrebatis castrumque seu monasterium sancti Vedasti obsidione vallavit. Sed miseratus Christianitati[y] noluit eum[z] bellando capere. Homines vero Balduini[a], videntes ei non posse resistere, pacem petunt, obsides regi dant, ad

a) *sic A 1. B;* obuiauit, *in marg.* vel ant *A 2.* b) et *manu recentiori add. B 1.* c) erant *A 2. B.* d) tuendebolch. *B 2.* e) consentiant *A 1.* f) quod *B.* g) sui *superscr. B 1.* h) Baldoin. *A 1*; Balduuin. *B 2.* i) rodulfus *B.* k) rainerus *B 2.* l) sem (et *superscr. iam evanuit*) *B 1*; semet *B 2.* m) imminui *B 2.* n) quia *om. B.* o) cogitabat *A 1.* p) ad *suppl. iam Bouq., om. codd.* q) ei *A 1.* r) eos *om. B 2.* s) pacem *B 2.* t) *forte legendum* Quod ut; *cf. infra p.* 82, *l.* 14 *sq.* u) nunciatum *B.* v) inducias *B.* w) specie *A 2. B 2*; spetię *B 1.* x) et *superscr. A 1.* y) christianitate *corr.* christianitati *A 1.* z) eum nol. *B 2.* a) baldoini *A 1*; balduuini *B 2.*

1) *Cf. supra p.* 75, *l.* 19. *et Reginon. chron. l. c., ubi eadem accuratius referuntur.* 2) *Pridie Id. Iul. Odonem Turonibus (Böhmer l. c. nr.* 1895*), deinde secundum Reginon. chron. l. c. in Aquitania invenimus. Quare Dümmler l. c. p.* 410, *n.* 2. *hic* Ligerim *ponere maluit. Quem Wattenbach l. c. p.* 278, *n.* 3, *etiam verbis mox (l.* 17—18*) sequentibus* in Franciam repedavit *commotus, fere probat, dum Favre, 'Eudes' p.* 176, *n.* 3, *argumentis levioribus contra disputat. Attamen emendatione non opus est, cum Odoni primo Neustriam petenti Sequana transeunda esset.* 3) *Cf. supra p.* 71, *n.* 7. 4) *Ille qui 'Langhals' cognominatus est dici videtur, etsi etiam Eckel l. c. p.* 23, *n.* 1. *dissentiat; cf. supra p.* 61, *n.* 6; *infra a.* 899; *Dümmler l. c. p.* 410, *n.* 3. 466. 5) *Cf. Reginon. chron. l. c.*

suum dirigunt seniorem[a], ut, quid illis agendum sit, insinuet. 895. Et dum moram facit his[b] qui missus fuerat, rex iussit sibi aperiri[c] portas[d], ingressusque monasterium seu castellum ad limina perrexit sancti[e] Vedasti coramque[f] eius sepulchro humi prostratus devotissime oravit ac[g] uberrime flevit, inibi etiam[h] missam audivit, gratias agens Deo. Venerunt etiam[i] a parte Karoli et primorum eius Heribertus et Herkengerus[k] et Hekfridus[l] *p. 208. propter dictam rationem[1]. Missi vero Balduini[m] regressi *cum Rotberto[n] egerunt ea quae senior illorum iussit. Statimque rex iussit illis[o] reddi[p] claves castelli omnesque suos iussit exire, et ita homines Balduini[m] recipere[q, 2] ipsum castrum. Rex vero ab[r] Atrebatis disponit ire ad Sanctum Quintinum et Perronam[s]. Nam Sancti Quintini castrum, per noctem[t] tradendo eum abintus[3], tulerat[4] Rodulfus filio Theoderici[5]. Sed intercurrentibus nuntiis[u] distulit rex profectionem[v] et Karoli[w] fidelibus indixit placitum usque post pascha, ut 896. Apr. 4. hieme[x] sine discordiis agerent.

Anno Domini DCCCXCVI.[y] Odo rex in Francia hiemavit, Karolus vero rex supra Mosellam[6]. Exhinc hi[z] qui cum Karolo erant Balduinum[a] infestum habuere, et ubique depraedationes[b] agebantur ab eis. Nam omnia castella tulerat[7] eis Odo rex, excepto Remis. Igitur per varia placita totus hic annus pertransiit. Odo rex placitum cum suis fidelibus habuit[c], volens partem regni, quam eius fideles tenuerant, Karolo concedere[d]. Sed Rodulfus[e] comes omne illud placitum disrupit; unde Heribertus et Herkengerus[f], omnibus iam perditis, contulerunt se ad regem Odonem, paucique relicti sunt cum

a) seniorum *B* 1. b) is *B* 2. c) aperire *corr.* aperiri *A* 1. d) porta *B* 1; port:: *(duae litterae legi nequeunt)* *B* 2 (portam *Pertz*). e) s. perr. *A* 2. f) coroque eius coram *B*. g) hac *B* 1. h) et *add., sed del.* *A* 1. i) itaque *A* 1. k) herchengerus *A* 1; erkengerus *B* 1; ercengerus *B* 2. l) ekfridus *A* 1; hemfridus *B* 1; heinfridus *B* 2. m) baldoini *A* 1; balduuini *B* 2. n) rothberto *A* 2. o) illi *A* 2. *B* 2. p) dare *A* 1. q) recepere *A* 1; ips. rec. *B*. r) ab *om.* *B*. s) peronam *B*, *eadem manu corr.* perronam *A* 1. t) nocte *B* 1. u) nunciis *B* 1. v) perfectionem *A* 1. w) karolo *A* 1. x) hiemem *B*. y) DCCCXCV. *B*. z) hi *om.* *B*. a) baldoinum *A* 1. b) depredationes *A* 2; depdationes *A* 1. *B* 2; depcationes *B* 1. c) hab. fid. *B*. d) Kar. conc. *om.* *B*. e) rothulfus *A* 2. f) erchenkerus *A* 1; erkengerus *B*.

1) *Haec parum clara; sed cf. supra p.* 76, *l.* 11 *sq. (infra l.* 28 *sqq.).* 2) *I. e.* recepere. 3) *I. e. tradentibus . . . castrum . . . hominibus qui intus erant.* PERTZ. 4) *Cf. supra p.* 62, *n.* 1. 5) *Cf. Dümmler l. c. p.* 316, *n.* 1. 6) *v. Kalckstein l. c. I, p.* 99, *n.* 1. Mosam *legendum opinatur; cf. etiam Parisot l. c. p.* 531, *n.* 4; *Favre l. c. p.* 182, *n.* 2. 7) *Cf. supra n.* 4.

896. Karolo. Post haec Odo rex castrum Sancti Quintini et Perronam[a] obsedit hominesque Rodulfi inde eiecit. Fulcho[b] vero archiepiscopus, qui adhuc favebat partibus Karoli, circumventus[c] a fidelibus Odonis et, licet invitus, venit ad regem et de omnibus quae ei rex iussit satis illi fecit. Karolus vero hoc audito secessit in regnum Zuendebolchi.

Ac[d] per idem tempus iterum Nortmanni[e] cum duce[f] Hundeo[g] nomine et quinque barchis[1] iterum Sequanam ingressi; et dum rex[2] ad alia intendit, magnum sibi et regno malum[h] accrescere fecit[i, 3]. Rodulfus vero in ira[k] commotus propter castella perdita[l], dum depraedari[m] non cessat abbatiam sancti Quintini, ab Heri-
(Iun. 28). berto in bello occiditur[n, 4]. Nortmanni[o] vero iam multi-
Dec. 25. plicati paucis ante nativitatem Domini diebus Hisam[p] ingressi Cauciaco[5] sedem sibi nullo resistente firmant.

897. Anno Domini DCCCXCVII.[q] Post haec usque Mosam in praeda[r] exierunt, nullo sibi resistente. A praeda[s] vero illis revertentibus occurrit regis exercitus[6], sed[t] nil profecerunt. Verum Nortmanni[o] ad naves reversi, timentes multitudinem exercitus, ne obsiderentur, in Sequanam redierunt, ibique toto[u] demorantes aestate praedas[v] agebant, nullo[w] sibi resistente. Karolus vero Hundeum[x] ad se deductum Duninio[y, 7] monasterio in
Mart. 27. pascha eum de sacro fonte suscepit.

Verum post haec[z] hi qui cum Karolo[a] erant, videntes suam paucitatem et nullum tutum habere locum refugii, iterum ad Odonem regem dirigunt, quatinus[b] ad memo-

a) peronam *B*, *eadem manu corr.* perronam *A* 1. b) Folcho *B*. c) circum uentis *A* 1. d) et *B*. e) northmanni *A* 2. f) e o r u m *add. B*. g) huncdeo *B*, *quam lectionem Vogel (p.* 372, *n.* 2*) praefert*. h) et regno malum *om. A* 1. i) facit *B*. k) uero intra *A* 1. l) prodita *A* 2. m) depredari *A* 2; depdari *A* 1. *B* 2; pdepdari (prodepraedari) *B* 1. n) occ. in bello *B*. o) Northmanni *A* 2. *B* 2. p) hysam *A* 2; insam *A* 1. q) DCCCXCVI. *B*. r) preda *A* 2; pda *A* 1. *B* 1; predā *B* 2. s) preda *A*. *B* 2; pda *B* 1. t) sed *e corr. A* 1. u) *sic A*. *B* 1; tota *B* 2. v) predas *A* 2; pdas *A* 1. *B*. w) nillo *eadem manu corr.* nullo *A* 1. x) huncdeum *B*. y) *ita A* 2. *B* 1 (apud Dominium *Andr. Marchian., ed. Beauchamps p.* 748); duinio *A* 1; clunińio *B* 2. z) hec *A* 2. a) karulo *A* 1. b) quatenus *B*.

1) *Navibus magnis; cf. Ann. Bertin. a.* 876, *p.* 132; *Abbon. l. I, v.* 30, *p.* 80; *Vogel p.* 35, *n.* 2. 2) *Odo.* 3) *Cf. Abbon. l. II, v.* 587 *sqq., p.* 114. 4) *Cf. Reginon. chron. a.* 818, *p.* 73; *Ann. Blandin., SS. V, p.* 24. 5) *Choisy-au-Bac (Oise).* 6) *Cum quo Vogel p.* 375, *n.* 3. 376, *n.* 4, *ab E. Favre l. c. p.* 186. 189. 193. *dissentiens, Odonem regem ipsum fuisse intellegit.* 7) *De quo non constat, nisi quod in regno Zwentibaldi quaeri oporteat; cf. Vogel p.* 377, *n.* 2; *supra l.* 6—7. *De monasterio Dononiensi (Denain, d. Arras) in Hanonia ad Scaldim sito vix cogitare licebit.*

riam reduceret, quod senior eorum filius esset sui quondam senioris, et partem[a] aliquam[b] ei ex paterno regno[c] concederet. At vero[d] rex cum consilio suorum[e] respondit se illi velle misereri, si sibi liceret; et intercurrentibus nuntiis[f] venit Karolus[g] ad eum; quem ille[h] benigne suscepit, deditque ei tantum e[i] regno, quantum sibi visum fuit, promisitque maiora[k] et remisit eum ad locum suum, pacificato Heriberto cum eo. Balduinus[1] etiam Rothberto[m] faciente venit ad regem; quem rex honorifice suscepit, et de omnibus quae iusserat illi rex satis illi[n] fecit, et ita remisit eum rex ad sua. Nortmanni[o] vero iam in[p] multitudine fidentes[q] omnes reliquias[r] regni ferro et igne devastant[s]. Unde rex misit ad eos, regnum redimere volens; et facto placito super Ligerem hiemandi gratia pergunt. Odo vero rex venit ad quoddam castrum super fluvium Isam[t], quod Fera[1] dicitur, ibique graviter infirmari coepit. Qui dum languor per dies singulos incresceret[u], omnibus[v] rogare coepit, ut Karolo servarent fidem. 897.

Anno Domini DCCCXCVIII.[w] Obiit ipse in eodem loco Kalendis Ianuarii[2], corpusque[x] eius apud[y] Sanctum Dionisium[z] delatum ibique honorifice humatum. Franci[a] vero rege mortuo die[b, 3] . . . Remis conveniunt Karolumque in sede paterna[c] restituunt. Balduinus[d] vero propter Heribertum venire distulit, attamen missos[e] dirigit, qui regi innotescerent se illi fidelem esse, sicut dignum erat[4]. 898. Ian. 1.

. 209. *Nortmanni[f] vero verno tempore rediere ad naves, vastatam[g] Aquitaniae partem[h] atque Neustriam[i], insuper plurima eversa castra[k], interfectis[l] habitatoribus. Post haec Rothbertus[m] comes, frater regis Odoni[n], venit ad

a) parte *B* 1. b) obquam *B*. c) expulisset *add.* *B* 2. d) Ath uero *A* 2; Adeo *A* 1; At hec *B* (*dubito fere, an, ut saepius, legendum sit* Odo vero rex?). e) eorum *eadem manu corr.* suorum *A* 1. f) nunciis *B*. g) kar. uenit *B*. h) illi *A* 1. i) de *B*. k) maiora ei *B* 1; ei maiora *B* 2. l) Baldoinus *A* 1. m) rotberto *B*. n) *ita* *A* 1. *B* 1 (*cf. supra p.* 78, *l.* 5 *sq.*); ei *B* 2; satis fecit illi *A* 2. o) Northmanni *A* 2. *B* 2. p) in *om.* *A* 1. q) fid. *om.* *B*. r) religuos *A* 2; reliosos *A*; relliquias *B* 2. s) deuastante *A* 1. t) hysam *A* 2. u) incressceret *B* 1. v) omnes *B* 2. w) A. D. DCCCXCVII. *post* Ian[uarii] *B*; A. D. *om.* *A* 1; Dom. *om.* *A* 2. x) et corpus *B*. y) apud apud *B* 1. z) dyonisium *A* 1. a) Fran *A* 1. b) *sic* (*nulla sequente lacuna*) *A*. *B* 1; statuto (*temere, ut credo*) *add.* *B* 2. c) sedem paternam *B*. d) Baldonus *eadem manu corr.* Baldoinus *A* 1. e) misso *A* 1. f) Northmanni *A* 2. *B* 2. g) uastata *A* 2. *B* 2. h) parte *B* 2. i) neustria *B* 2. k) plurimis euersis castris *B* 2. l) interfectisque *B* 2. m) rotbertus *B* 1; rodbertus *B* 2. n) *ita* *A* (*cf. supra p.* 75, *l.* 24); odonis *B*.

1) *La Fère-sur-Oise (Aisne).* 2) *Cf. Dümmler l. c. p.* 436, *n.* 1. 3) *Non ausim emendare* denuo; *cf. supra a.* 893, *p.* 73, *l.* 15 *sq.* 4) *Cf. supra p.* 67, *l.* 20.

898. regem; quem rex honorifice[a] suscepit, eiusque fidelis effectus rediit ad sua. Similiter fecit et Richardus[b], insuper et Willelmus[c]]. Post haec rex Karolus cum exercitu parvo Nortmannis[d] a praeda[e] revertentibus in pago Vitmau[f] iuxta[g] quandam . . . insecutus[h], aliquibus suorum[1] interfectis plurimisque[i] vulneratis, Nortmanni[k] more solito loca inoportuna[l] tenentes[m. 2] rediere ad naves.*

**Hiemis vero tempore Burgundiam petierunt ibique sedem sibi[n] statuunt ad hiemandum. Sed Richardus[o] Dec. 28. comes noctu in natale[p] sanctorum Innocentium[q. 3] commisit cum eis proelium[r. 4] et victor existens compulit eos redire in Sequanam[s]. Ragnerus[t] vero comes venit ad regem Karolum[u] et fidem ei promittens suasit illi atque suis fidelibus invadere regnum Zuendebolchi[v. 5].

*) *A add. (de quo loco vide praef.):* Castrum quod dicitur Mostorio vel Inguer[6] obsederunt[w]. Nortmanni[7] Brittanniam petierunt, ut ibi hiberno tempore remorarent[x]. Sed Brittanni adunati contra eos, in praelium[y] terga verterunt Nortmanni, cecideruntque ex eis fere XIIII milia[8], atque ita rediere ad naves in Sequana[9].

**) DCCCXCVIIII. *hoc loco A* 1.

a) *littera* e *iam legi nequit; etiam nonnullae aliae litterae in ultimis novem versibus huius paginae fere evanuerunt B* 1. b) ricardus *B*. c) ins. et Will. *om. A*. d) northmanni *(sic) A* 2; northmanis *eadem manu corr.* northmannis *B* 2. e) p̄da *A* 1. f) uithmau *A* 2; uuitmau *A* 1. *B* 2. g) iusta *B* 1. h) *sic codd., nulla sequente lacuna; nescio an* quandam *ex vocabulo loci aut fluminis depravatum sit (cf. supra p.* 69, *n.* 5*)*; e s t u i l l a m *add. B* 2 *(cf. Pertz, SS. I, p.* 531, *n.* b*)*. i) *ita B* 2 *(Chr. Norm.)*; plurimosque *B* 1, p r e d o n i s q u e *A*. k) northmanni *A* 2. *B* 2; tenentes *iam hoc loco add. B* (timentes *Chr. Norm.*). l) inoporna *B* 1; inportuna *B* 2. m) tenente *A; om. hoc loco B*. n) sibi sedem *B*. o) ricardus *B*. p) nł *A* 1. q) innocentum *A* 2; *om. B*. r) prȩlium *A* 1; praelium *A* 2; p̄lium *B*. s) sequana *B*. t) Rainerus *B* 2. u) kar. regem *B* 2. v) zuendebolci *A* 2. w) obs dicitur *A* 2; obsed *A* 1. x) nemorarent *A*. y) p̄lium *A* 1.

1) *Dubito an Normanni potius quam milites Karoli intellegendi sint, neque prorsus mihi placent quae Vogel p.* 379, *n.* 2. *de hoc loco disputat.* 2) *Cf., si vis, supra a.* 891, *p.* 69, *l.* 15: per invia loca parant redire ad castra. 3) *Cf. Vogel p.* 381, *n.* 2. 4) *Apud Argentolium (Argenteuil, Yonne); cf. Vogel p.* 381; *Eckel l. c. p.* 66, *n.* 1. 5) *Cf. Reginonis chron. a.* 898, *p.* 146; *Dümmler l. c. p.* 468 *sq.* 6) *Ignotum, nisi forte de Montreuil (Pas-de-Calais) cogitare velis; cf. Vogel p.* 380. 7) *Haec quoque nusquam alibi referuntur, quin immo victoria, quam Brittones a.* 890. *de Normannis adepti sunt, temere huc translata videtur; cf. supra p.* 68, *l.* 10 *sqq.*; *Vogel p.* 380 *sq.* 8) *Cf. Reginon. chron. a.* 890, *p.* 136: ut vix quadringenti viri ex quindecim milibus ad classem repedarent; *Vogel p.* 381. 9) *Cf. supra p.* 68, *l.* 11 *sq.* 80, *l.* 12 *sq.*

898. Sed ille suis adunatis fidelibus[a] venit contra Karolum, nuntiisque discurrentibus inter eos[b], Karolus nullo peracto negotio rediit in regnum suum[1].

899. Anno Domini DCCCXCVIIII.[c] Balduinus[d] vero contra regis voluntatem Perronam[e] invasit, sed sub celeritate amisit. Post haec mense Novembrio *Nov.* Nortmanni[f] quasi sedem sibi firmandam super Hisam[g] iter arripientes omnem terram pervagati sunt usque Mosam, insecutusque est eos Zuendebolchus rex, sed non comprehendit[h] eos[2]. Karolus rex obsedit castrum Sancti Vedasti, et habitatoribus excommunicatis omnibus, hi qui ipsum castrum tenebant missos[i] dirigunt ad Balduinum[k] et, quamvis non voluntarie[l], obsides regi dederunt, dato spatio ad sua exportanda[m]. Ad dictum vero placitum rediit rex, venitque ad eum Balduinus[k] in pago Camaracense[n]; et primitus pacificati sunt Karolus rex atque[o] Zuendebolchus[3], et reddidit Balduinus[p] regi castrum et suos exinde fecit[q] exire; quem rex dedit[r] Altmaro[s] comiti[4]. In ipso etiam placito debuerunt se pacificari[t] Heribertus et Balduinus[k], atque redierunt unusquisque ad sua loca[5].

900. [u] Karolus vero rex aestivo tempore super Hisam[v] adunato exercitu resedit tractaturus, quid agerent[w] de suis inimicis. Balduinus[x] vero perrexit ad ipsum placitum, volens sibi regem[y] reblandiri[z], ut terram, quam

a) fid. adun. *A* 2. b) inter eos disc. *B*. c) DCCCXCVIII. *B*; Dom. *om.* *A* 2; A. D. DCCCXCVIIII. *om. hoc loco A* 1, *ubi tantummodo versus mutatus.* d) Baldoinus *A* 1; Balduuinus *B* 2. e) peronam *B*. f) northmanni *A* 2. *B* 2. g) hysam *A* 2; isam *B*. h) conprehendit *A* 2. i) mossos *corr.* missos *B* 1. k) baldoin. *A* 1. l) uoluntarię *A* 1. m) exportando *B* 1. n) cameracense *A* 2. *B* 2; camaracensę *B* 1. o) et *A* 1. p) baldoinus *A* 1; balduuinus *B* 2. q) castrum exindeque fecit suos *B*. r) dedit *in marg. eadem manu suppl.* *B* 1. s) althmaro *A* 2; almaro *B*. t) pacificare *B*. u) *non notatur hic annus, sed quae sequuntur sub eodem anno eodemque versu connectuntur cum superioribus A. B.* v) hysam *A* 2. w) *ita omnes codd.* (ageret *corr. Pertz*). x) Balduinus, o *superscripto corr.* Baldoinus *A* 1. y) regem sibi *B*. z) reblandari *A* 1; reblandire *B*.

1) *Quodammodo similiter Regino l. c.; cf. Dümmler l. c. p.* 469; *Mühlbacher nr.* 1979 *a*. 2) *Haec Mühlbacher nr.* 1981 *a iam a.* 898. *adscribere vult; non item Dümmler l. c. p.* 470. *atque Parisot l. c. p.* 550, *n.* 2. 3) *Cf. Mühlbacher nr.* 1979 *a*. 1982 *a (qui hoc in colloquio apud S. Goarem, de quo Regino p.* 146 *sq. refert, evenisse putat); Dümmler l. c. p.* 470; *Eckel l. c. p.* 48, *n.* 3. 4) *Secundum Flodoardi Hist. eccl. Remensis l. IV, c.* 10, *SS. XIII, p.* 574 *sq. (ex qua Richer. Hist. l. I, c.* 17, *ed. G. Waitz, SS. r. G. p.* 14, *sua hausit) Karolus rex abbatiam S. Vedasti cum castro Atrebatensi Fulconi archiepiscopo Remensi concessit, hic pro abbatia S. Medardi Altmaro comiti dedit; cf. etiam Reginon. chron. a.* 903, *p.* 149; *Dümmler l. c. p.* 518, *n.* 2. 519; *Eckel p.* 51. 5) *Cf.* 1. *Mach.* 3, 56: ut redirent unusquisque in domum suam, *et alios locos Bibliae.*

900. ei tulerat[1], redderet[2]. Cumque hoc contradiceret Fulcho atque Heribertus, Winetmarus[a, 3] inprovise superveniens[b] Fulchoni archiepiscopo[c] cum suis complicibus[4], quod[d] dictum[e] nefas est, multis perfossum vulneribus inter- *Iun. 16.* fecerunt[5] XVI. Kal. Iulii[6], corpusque eius Remis delatum atque in aecclesia beati Remigii positum. Post haec ordinato episcopo Hereveo[f, 7] Remis synodoque[g] facto, *(Iul. 6).* omnes interfectores episcopi damnaverunt[h] et a liminibus sanctae matris aecclesiae[i] extorres reddiderunt[8]. Rex vero cum Rothberto[k] et Richardo[l] atque Heriberto coepit[m] sermocinari de Nortmannis[n], quid agerent. Unde contigit quadam die, ut Manasses[o], quidam ex fidelibus Richardi[p, 9], cum[q] rege loquens[r] quae illi non conveniebat de Rothberto[k] locutus est. Quod ubi Rothberto[s] nuntiatum[t] est, ascenso equo[u] rediit in sua, atque ita[v] omnes discordantes sine ullo effectu reversi sunt [unusquisque[w] in sua].

a) uuinethmarus *A* 2; uuinemarus *B*. b) superueniens *eadem manu corr.* superuenientes *B* 2. c) fulchonem archiepiscopum *B* 2. d) qd *B* 1. e) dictu *A* 2. f) heruoo *B*. g) sinodoque *B*. h) dampnauerunt *B*. i) ecclę *A* 1; eclę *B* 2. k) ruothberto *A* 1; rotberto *B* 1; rodberto *B* 2. l) ricardo *B*. m) cępit *B* 2. n) northmannis *A* 2; northmanis *eadem manu corr.* northmannis *B* 2; quid de nor. ag. *B*. o) manases *B* 2. p) ricardi *B*. q) cum *om. B*. r) loquente *B* 2. s) rotberto *B* 1; rodberto *B* 2. t) nunciatum *B* 1. u) ęquo *A* 1. v) ita *om. B* 2. w) un. in sua *om. A*.

1) *Cf. supra p.* 62, *n.* 1. 2) *Cf. Dümmler l. c. p.* 518, *n.* 2. 3) *Balduini satelles.* 4) *Cf. ib. p.* 519, *n.* 2. 5) *Cf. Reginon. chron. a.* 903, *p.* 149 *sq.; Flodoard. l. c. p.* 575. 6) *Immo XV. Kal. Iul. (Iun.* 17*); cf. Flodoard. l. c. (epitaph.); Ann. Blandin., SS. V, p.* 24; *Folcwin. G. abb. Sith. c.* 98, *SS. XIII, p.* 624; *Dümmler l. c. p.* 518, *n.* 2. 519; *Eckel l. c. p.* 52, *n.* 3. 7) *A.* 900—922. 8) *Cf. Flodoard. l. c.; Reginon. chron. l. c. p.* 150; *Dümmler l. c.* 9) *Cf. supra p.* 75, *n.* 2.

INDEX.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

C. *Cf.* K.

D.

E.

H.

Z.

GLOSSARIUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

---

auricularius 23, 10.

barcha, *navis magna* 78, 5.

capellanus dominicus 6, 25.
collectio, conlectio, *colloquium* 8, 25. 14, 5.
considere = *possidēre* 15, 20. 27, 10. 29, 5. 30, 25. 32, 10.
consueto = *consueto more* 15, 5. 16, 30.
consules, *consiliarii* 9, 5.
contra = *obviam* 46, 10. 67, 5. 73, 20.
convocus, *aequivocus* 9, 20. 18, 15. 31, 15.

deputare, *insimulare, incusare* 8, 1.
dilectus = *fidelis* 75, 5.
disciscere = *desciscere* 46, 15. 72, 20. 74, 15.
dissonantia, *discordia* 13, 10.

elabescere (elabuit), *elabi* 30, 30.
elatus, *insolens* 29, 20.
excidiosus 44, 5.

festine 43, 15. 52, 10. 63, 1.

hostis, *exercitus* 13, 20. 16, 25; *expeditio bellica* 20, 5. — hostiliter, *cum exercitu* 12, 15.

influentia aquarum 32, 5.
inpositio crismalis 26, 10.
inrecuperabilis 71, 15.
intercapere 11, 10 (15).

leudes 8, 15.
lignum foenarium 26, 1.

mansae 13, 10.
medo, *Meth* 15, 5.
messivum tempus 74, 5.

natura, *conditio nativa* 13, 5.

obsidio, *obsidatus* 2, 1.
occasio, *obtentus* 19, 15. 21, 20. 23, 15.

parasceue 44, 1.
patria, *terra* 12, 5. 28, 25. 31, 10.
pausatio, *sepulchrum* 18, 10.
pecunia, *pecus* 10, 10.
placitum, *conventus, conventio* 6, 10. 31, 15. 32, 10. 38, 25. 39, 5. 56, 20. 65, 20. 66. 73, 10. 77. 79, 10. 81.
plaga vesicarum turgentium, *pusularum (pustularum)* 18, 20.
pȯtestativus, *potens* 71, 5.
praevidere, *indulgere (?)* 72, 5.
purgatorium 34, 25.

reblandiri 81, 25.
reclausi 16, 1.
regratiare 46, 15.
remorare = *remorari* 80, 15.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

P. 19, *l.* 45. *ante* 54 *inserendum* 53.
P. 20, *l.* 42. *lege:* filium fratris *pro* patruelem.
P. 31, *l.* 21. *pone punctum post* mittere.
P. 32, *l.* 24. *lege:* **f.* 145. Ostra*chia.
P. 45, *n.* 6. *adde:* Cf. tamen F. Lot, 'Le Moyen Age' 1908. p. 185 sqq., praesertim p. 199, n. 2.
P. 48, *l.* 26. *lege in marg.:* Iudic. 20, 48 *(pro* 24*)*.

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

ARBEONIS
VITAE SANCTORUM
HAIMHRAMMI ET CORBINIANI.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

1920.

ARBEONIS
EPISCOPI FRISINGENSIS
VITAE SANCTORUM
HAIMHRAMMI ET CORBINIANI.

RECOGNOVIT

BRUNO KRUSCH.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1920.

WIMARIAE TYPIS OFFICINAE AULICAE.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR:

PRAEFATIO.

Baiuvariorum gens robusta ut prima in patria nostra fidem christianam amplexa est, ita vetustissimum scriptorem indigenam procreavit Arbeonem episcopum Frisingensem, cuius opuscula robigine purgata ad codices vetustos genuino sermoni restitui. Cum vero primus hicce non solum Baiuvariorum, sed etiam Germanorum scriptor domesticus duobus Scriptorum rerum Merovingicarum tomis IV. et VI. dehisceret, monumenta eius pretiosa uno volumine complecti visum est, qua occasione etiam ea suppleri poterant, quae codicibus novis erutis Vitae Haimhrammi addenda erant; Vita enim Corbiniani recens edita supplemento vix egebat. Plurima autem quae in praefatione mea olim attuleram sermonis rustici exempla tollenda esse existimavi, cum de vera illius et aevi et regionis litterarum condicione inter saniores criticos iam dubitari nequeat, neque enim caecos curare meum erat, qui Arbeonem sermonem politum calluisse rati in textibus retractatis pertinaciter persistunt. Arnoldus quidem praepositus S. Emmerammi saec. XI. hanc opinionem profiteri poterat, scilicet patroni sui gesta ab auctore recte scripta neque depravata esse nisi maiorum neglegentia, sed interim anni nonnulli praeterierunt veniaque quae illi libenter datur aequalibus nostris vix concedenda erit. Brevitatis studiosus etiam Vitae Corbiniani textum B sustuli praeter finem, qui in A periit.

Habemus nunc auctorem rusticum eumque fuco falsae doctrinae praeditum, qui saeculo VIII. medio apud Baiuvarios florens ultimas antiqui litterarum cultus reliquias in

medium aevum transtulit, testem quidem non omnino fide dignum, sed unicum fere vetustissimae historiae patriae suae. Iam Maiense castrum iterum e tenebris emergit, in summis Alpibus situm, ubi puerum se periculum mortis vix evasisse ipse posteris tradidit, idemque iterum Italis cessisse modo experti sumus, sicut illis temporibus a Baiuvariorum in Langobardorum dicionem transierat, 'capite Italiae' altius prolato.

W. Levison diuturni sodalis mei diligentiae fideique debitas gratias testatas esse volo, qui quamvis nunc emeritus in plagulis corrigendis adiuvare me perrexit.

Scribebam Hannoverae, die 15. Augusti 1920.

Bruno Krusch.

VITA VEL PASSIO HAIMHRAMMI EPISCOPI ET MARTYRIS RATISBONENSIS.

Castra Regina vel Reginum vallo cum portis et turribus munita, quae in tabula Peutingerana depicta adhuc conspiciuntur, a Marco Aurelio imperatore bello Marcomannico (a. 174--179*) condita sunt*[1], *ad viam sita quae apud Helfendorf de via Iuvavo Augustam devertebatur*[2], *eaque legio III. Italica olim occupabat*[3], *cuius praefectus duci Raetiae subditus erat. Radaspona nomine Gallico*[4], *Germanico*[5] *Raganesburch, Reganesburh, Regenesburg similiterve saeculo VIII. appellata urbs inexpugnabilis*[6], *confluentibus Danubio et Regen fluviis constituta, in metropolin*[7] *gentis Baiuvariorum crevit, regium quoque palatium capiebat, moenibus vero antiquis privata est, quae lapidibus deficientibus ad oratoria aedificanda destructa esse feruntur*[8]. *Martyr ibi celebratur, qui postea Hemmerammus vulgoque Emmerammus*[9] *nominatus est, quo hodieque utuntur nomine corrupto, in libris vero melioribus Haimhrammus, Haimrammus*[10], *Heimrammus audit, i. e. corvus domesticus, si vocabula theutonica 'haim' et 'hram'*

SS. R. Merov. IV, p. 452.

1) *Primordia urbis ex inscriptione a.* 1873. *eruta colliguntur; cf. F. Janner, 'Gesch. der Bischöfe von Regensburg', Ratisbonae* 1883, *I, p.* 7. *Hanc in C. I. L. III. inter Supplementa fasc. III, n.* 11965, *p.* 1862, *editam Hirschfeldius monuit cum anno quem prae se fert* 179. *p. Chr. non convenire, sed postea demum perscriptam esse, ita ut inter opus coeptum et perfectum non satis distinctum esset.* 2) *C. I. L. III,* 2. *p.* 730. 3) *Notitia dignitatum* § 35, 17 *(ed. Seeck p.* 200*):* Praefectus legionis tertiae Italicae partis superioris, Castra Regina, nunc Vallato. 4) *Altera nominis pars* -bona *saepe usitata (cf.* Vindobona*) pro oppido accipi videtur; cf. d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière' p.* 584. 5) *Förstemann, 'Namenbuch' II,* 2, *col.* 559[3]. 6) *Ita V. Haimhrammi c.* 6. 7) *Ib. c.* 4. 8) *Monach. Sangall. II,* 11 *(SS. II,* 754*).* 9) *Ita V. Haimhrammi codices B variant, dum* Haimhrammus *(A* 1 Haymhrammi *c.* 31, Haimhrami *c.* 25; *A* 2*a* Haymrhammus *c.* 1, Haimrhammus *c.* 3*) et* Haimrammus *(A* 2*a* Haimramnum *c.* 24, Hairamni *c.* 47*) in A* 1. 2. 2*a legitur.* 10) Haimrammus ep. Gurbinianus ep. Ermperhtus ep. Gawipaldus ep. Ioseph ep., *aliis interpositis, hoc ordine sese subsequuntur in Libro confraternitatum S. Petri Salisburg. a.* 784. *inchoato (ed. Herzberg-Fränkel MG. Necro-*

in latinum sermonem verteris. Is in ecclesia S. Georgii[1] *extra moenia urbis sita sub humo sepultus erat, immensae magnitudinis lapide superimposito, cui loco Hucbertus dux villam quandam dono dedit*[2]. *Cultu enim sanctus floruisse* p. 453. *videtur, priusquam res ecclesiasticae Baiuvariorum * in ordinem redactae sunt. Quod cum Bonifatius consensu Otilonis ducis fecisset, provincia illa in quattuor dioeceses divisa, quattuorque ordinatis episcopis*[3], *qua de re papa a.* 739. *ei gratulatus est*[4], *Gawibaldus ecclesiae Ratisbonensis episcopus tunc institutus, sepulchro marmoreo constructo, corpus sancti transferendum curavit, principesque regionis illius auro argentoque, gemmis margaritisque, sculpturis denique variis locum exornabant*[5]. *Ecclesiam Haimhrammi monachi occupabant, qui plerique more illius aevi presbyteri aut diaconi ordinati neque vero abbati sed ipsi episcopo subditi erant. Itaque monasterium illud episcopale primordia fere eadem habuit atque Sangallense, eaedemque fraudes ibi factae sunt, ut regiis adnumeraretur*[6]. *Res eius in potestate erant episcopi neque de iis agi poterat nisi illo praesente aut consentiente, cumque crescente et re familiari et monachorum numero ad iura defendenda aut disciplinam exercendam unus non sufficeret, advocatum idem a.* 814. *instituit unumque e congregatione*

log. II, p. 26), *Heimrammus vero in charta a.* 772 (*ed. Th. Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising', Monachii* 1905, *I, p.* 78) *legitur.*

1) *V. Haimhrammi c.* 34. 2) *Arnoldus, De miraculis beati Emmerammi I,* 1 (*SS. IV, p.* 549): Hucbertus, qui beato Georgio et sancto Emmerammo sub quodam Ratherio adventitio episcopo donaverat curtem, quae in pitaciis, e quibus haec excerpsimus, Pirchinwanch nuncupatur. 3) *V. Bonifatii auct. Willibaldo c.* 7 (*ed. W. Levison p.* 38). 4) *S. Bonifatii et Lulli epistolae, ed. M. Tangl p.* 72. 5) *V. Haimhrammi c.* 35. 6) *Ratisbonenses vero haec studia multo post Sangallenses scriptores aggressi sunt neque vetustiorem reperio Othloho saec. XI. Arnoldus (II,* 8) *solam separationem episcopatus monasteriique et abbatem proprium defendens, ingenue confessus est episcopos eosdem fuisse abbates, sed Othloh, V. Wolfkangi c.* 15 (*SS. IV, p.* 532), *hunc ipsum locum ad verbum depromens, potestatem imperatorum vel regum adiecit, a quibus episcopi monasterium obtinuissent, abbateque contendit per eosdem illud privatum esse, atque in V. Bonifatii I, c.* 38 (*ed. W. Levison p.* 153) *'regalem eius libertatem' ad Karolum M. rettulit. Certe Karolo M. Leonique (MG. Dipl. Karol. I, n.* 258; *Brackmann, Germania pontificia I, p.* 283, *n.* 1) *atque imperatoribus papisque sequentibus attributa privilegia adhuc supersunt, quibus translatio sedis episcopalis ex monasterio in urbem Karolo imperatore facta, potestas imperatorum regumve, tributum denique sedi apostolicae persolvendum continentur, falsa nempe omnia, in chartulario saec. XI. ex. asservata, eodemque fere tempore charta Karoli a.* 794. *genuina adulterata est, ut abbas in illius aevum promoveretur; cf. Ioh. Lechner ('N. Arch.' XXV, p.* 627–635). *Arnoldi textus saeculo demum XVII. interpolationibus auctus est (I,* 5. *II,* 9).

praepositum elegit[1]*; abbatem vero non concessit ante a.* 975[2]*, ex quo monasterium a rectoribus propriis gubernari coeptum est. Sed quamvis utrique episcopus eo usque praefuisset et episcopatui et monasterio, tamen res familiaris separata fuisse videtur atque nonnumquam expressis verbis in chartis declaratum est ea quae transegerat negotia 'ex ratione monasterii' episcopum transegisse*[3]*. Inter patronos Haimhrammus iam primum locum obtinet, iuxta quem Georgius deinceps non nominatur nisi raro*[4]*; e reliquis quibus ecclesia dicata erat sanctis solus Petrus aliquoties citatur*[5]*. Traditiones igitur, quarum antiquissima praesente Gawibaldo episcopo facta est*[6]*, in universum 'ad sanctum Dei martyrem Emmerammum' solum spectant vel ad ecclesiam, ubi corpus eius sacrum iacebat*[7]*; crypta sancti a.* 791. *commemoratur sedente Sindberto episcopo*[8]*, qui novam basilicam amplioribus spatiis et profusiore sumptu construxisse atque ornasse fertur*[9]*. Postea ante altare, ubi corpus martyris quiescebat, aut ad tumulum eius traditiones haud raro actae sunt*[10]*. Agitur sine dubio de altari principali, in quo ossa sancti condita erant, neque de confessione quam dicunt vel crypta quadam, atque valde dubium est, quin quem a.* 1894. *iuxta altare S. Iohannis eruerunt *sarcophagus cum ossibus in pulverem confestim versis Haim-* p. 454. *hrammo nostro recte attributus sit a doctis Ratisbonensibus*[11].

1) *Chartam a.* 814, *in qua utriusque dignitatis prima mentio fit, edidit Th. Ried, Codex chronologico-diplomaticus episcopatus Ratisbonensis, tom. I, p.* 13. 2) *Riezler, 'Gesch. Baierns', I, p.* 380; *Janner l. l. p.* 362. 3) *E. gr. chartae a.* 830. 842; *Ried p.* 27. 36. 4) *E. gr. a.* 792; *Ried I, p.* 7. 5) *Charta a.* 778: ad casam, quae constructa est in honore sancti Petri et sancti Emmerammi *(Ried I, p.* 3*); a.* 819 *(Ried I, p.* 17*). Mecum consentit R. Budde, 'Die rechtliche Stellung des Klosters S. Emmeram in Regensburg zu den öffentlichen und kirchlichen Gewalten vom* 9. *bis zum* 14. *Jahrh.' ('Archiv f. Urkundenforschung'* 1914, *V, p.* 157*).* 6) *Ried I, p.* 2. 7) *Charta a.* 776 *(Ried I, p.* 3*).* 8) *Ried I, p.* 6. 9) *Arnoldus II,* 24. 10) *Chartae a.* 814 *(Ried I, p.* 12. 14*), a.* 821 *(Ried I, p.* 19*).* 11) *Sarcophago vestigia nulla inerant, cuiusnam corpus eo contineretur. J. A. Endres, 'Die neuentdeckte Confessio des Hl. Emmeramm zu Regensburg', Ratisbonae* 1895 *(dissertatio separatim edita ex 'Römische Quartalschrift'), et Hugo comes de Walderdorff, 'Die neuentdeckte Confessio des h. Emmeramm zu Regensburg' (item separatim edita ex 'Augsburger Postzeitung') loco Arnoldi (I,* 14, *ed. Migne* 141, *col.* 1042*) eo nituntur, quo confessionis 'de pedibus ipsius', scilicet martyris nostri, meminit 'aramque suae requietionis antipodam' dixit altare S. Iohannis, sed pedes illi ad martyres antiquos alibi referuntur, ita ut altare illud vocetur 'ad pedes sanctorum'; Notae S. Emmerammi, SS. XV, p.* 1095. *Cf. 'N. Arch.' XXIX,* 363 *sqq., XXX,* 458 *sqq., XXXII,* 519. *Traditionem tuetur F. Schwäbl, 'Die vorkarolingische Basilika St. Emmeram in Regensburg', Ratisbonae* 1919, *p.* 39.

Ut Arnolfus rex (a. 887—896*) Ratisbonae frequentius moratus martyrem nostrum peculiarem patronum venerabatur, iuxta quem palatium magnum extrui iussit*[1], *ita eius summus venator Irinc comes ecclesia nova aedificata Haimhrammo titulum sepulchralem dicavit, quem e codice* **Monacensi** *lat. n.* 14 747 *(Rat. S. Emm.* 747*), saec. X, fol.* 165, *exscripsi*[2], *scilicet hunc:*

Hic corpus primum sancti requievit humatum
  Pastoris patrisque pii nostrique patroni
Heimrammi, cuius meritis hic signa patescunt.
  Quae Dominus sub honore suo patrare suescit.
Tunc in amore sui hanc aulam construxerat Irinc
  Excellens praeses regis summusque venator.
Illius auxilio ut semper fungatur in aevo
  Post finemque suum mereatur scandere caelum.

Cultui martyris vulgus die 10. *Kl. Oct. adhaeret iam inde antiquitus, nam Martyrologio saec. VIII. litteris Anglosaxonicis exarato, cuius fragmenta penes Hugonem comitem de Walderdorff virum de historia Ratisbonensi optime meritum extabant, eodem die manu paulo posteriore illata sunt haec:* et sancti Emhrammis, *eodemque et Hrabanus*[3] *ipsius meminit:* Et sancti Emmerammi martyris, *et Usuardus*[4]*:* Apud Beuvariam sancti Heimmerani episcopi et martyris. Hic crimen stupri a quodam commisso sibi causa Christi imputari suasit ac proinde mortis discrimen patienter pertulit.

Ad ecclesiam Haimhrammi Ratisbonensem inprimis festivitatis ipsius die confluebant, quicumque morbis aut delictis[5] *propriis oppressi erant, ut intercessione martyris rebus adversis liberarentur, non solum ex eadem dioecesi, sed etiam ex vicina Frisingensi, quam item instituerat Bonifatius. Cum peregrinantes indigenae gravibus periculis expositi erant, tum Frisingenses difficultate atque longitudine viae vexabantur*[6], *ita ut, fama percrebrescente, in dioecesi propria*

1) *Arnoldus, De miraculis beati Emmerammi I,* 5 *(SS. IV, p.* 551*); E. Dümmler, 'Gesch. des Ostfränk. Reichs' III,* 477 [2]. 2) *Edidit Pez, Thes. Anecdot. VI, p.* 6 *; Ried I, p.* 1. *Ex titulo illo munus quo Irinc fungebatur palatinum erui licet alias ignotum; cf. E. Dümmler l. l. III,* 487 [2]. 3) *Canisius, Lectiones antiquae, ed. Basnage II,* 2, *p.* 342. 4) *Ed. Bouillart p.* 156. 5) *V. Haimhrammi c.* 37. 6) *Ex dioecesi Frisingensi adultera (V. Haimhrammi c.* 36*) et puellula aegrota (ib. c.* 44*) oriundae erant, quae martyris ecclesiam Ratisbonensem visitaturae illa peccatis prohibita est, haec longinquitate:* Quae dum ex difficultatem et itineris prolixiore spatio ad beati Dei martyris corpore adducere recusassent, tamen ad venerandum locum, ubi beatus pontifex gloriosum consummavit martyrium *(scilicet Helfendorfensem perducta est).*

loca reperta esse fatis martyris sacrata, nihil iucundius ipsis accidere potuisset. Id autem ita factum est.

*Erat in dioecesi Frisingensi villa Kleinhelfendorf ('B.-A. p. 455. Rosenheim') ad viam publicam Campoduno Iuvavum usque sita, ibique locus amoenissimus crescente humo in cubiti altitudinem surgere videbatur neque hieme nivibus aut glacie tangi. Miraculum ad Haimhrammum martyrem relatum postquam nonnullis innotescere coepit, longe lateque vulgatum est, fidelibus undecumque advolantibus, ut in honorem sancti preces fundentes vota sua ad effectum adducerent. Denique christiani quidam Arbeone teste[1] Haimhrammo ecclesiam moenibus ductis aedificaverunt, ubi mox miracula innumera coruscare coeperunt, caecis visum, claudis gressum, mutis linguam recipientibus. De origine huius Haimhrammi ecclesiae in villa Helfendorf sitae per conditorem ipsum adhuc melius instructi sumus. Ortlaip enim sedente Ermberto episcopo Frisingensi (a. 739—747) locum iusto pretio ab incolis mercatus moenibus eam fabricandam curaverat, sicut ipse a. 772. in charta testatus est, qua Arbeoni episcopo monachus Isnensis factus eam tradidit[2].

Alter locus in eadem dioecesi situs, tribus scilicet milibus ab Aschheim ('B.-A. München') villa publica distans, quae ecclesia Petro sacra iam inde antiquitus fruebatur, modo persimili in ora vulgi pervenit. Item nives eidem ita pepercerant, ut verno decore et amoenitate per totum annum florere videretur, licet tanta abundantia effunderentur, ut cubiti altitudinem attingerent. Cum autem locus in quadrivio situs esset ipsaque villa vicina admodum frequentaretur, praetereuntes multi miraculum admirabantur, cumque ab incolis regionis illius naturam rerum exquirerent, in memoriam rediit Haimhrammus eiusque martyrium. Itaque vicini ecclesiam eidem inibi construxerunt, in qua item innumerae virtutes non mediocriter clarescebant[3].

Attamen locus ille per spatia annorum innumera[4] incultus fuerat et oblivioni datus neque quisquam martyrii illius ibi reminiscebatur, priusquam miracula illa contigerunt, atque etiam Helfendorfensis in solitudinem redactus per annos multos permanserat[5], destructis aedificiis dissipatisque incolis. Denique vel post ecclesiam utramque conditam anni permulti

1) V. Haimhrammi c. 30. 2) Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising' I, p. 79. 3) V. Haimhrammi c. 25. 4) Ita V. Haimhrammi A (c. 25); per multa annorum spatia B. 5) V. Haimhrammi c. 29.

lapsi sunt, donec Haimhrammi martyrium litteris mandatum est.

Cyrinus, qui vitam vel passionem martyris reverentia ductus conscripsit, sanctum in fine obsecrans, ut sibi misero subveniret peccatori, cum Iosephum episcopum 'prodecessorem' suum dixerit[1], *sedi Frisingensi post eum praeerat, cumque qui huic successit Arbeo nomen suum germanicum*[2] *latine Heres*[3] *verterit, Heres autem Hieronymo*[4] *teste idem sit atque Cyrinus, recte conclusum est sub hoc nomine primum Baiuvariorum scriptorem latere, cuius de vita rebusque gestis infra agendum est. Opus eius necessitudine quadam cum actis a.* 772. *cohaeret. Verba enim quibus in charta Ortlaipi Arbeoni ecclesiaeque Frisingensi data locus Helfendorfensis definitus est eadem fere sunt quae in Vita leguntur*[5]*:*

p. 456.

**V. Haimhrammi*	*Charta Ortlaipi a.* 772.
c. 12. ubi — certaminis elegerat campum *A* (ubi — campum certaminis elegit *B*); *cf.* certaminis campus *c.* 7. 8. 18. 24. 29,	ubi beatus Christi martyr H. campum elegit certaminis,

neque deerant, qui eadem ex hac deprompta esse statuerent[6]. *Deinde Vitae exordium idem est, quo et acta synodi publicae Neuchingensis incipiunt eodem a.* 772. *celebratae*[7]*:*

V. Haimhrammi c. 1.	*Synodus Neuching. a.* 772.
In nomine Dei summi. In perpetuo regnante domino nostro Iesu Christo, qui sanguine suo *et q. s.,*	Regnante in perpetuum domino nostro Iesu Christo, in anno XXIIII. regni religiosissimi ducis Tassilonis gentis Baiuvariorum,

et chartae Frisingenses duae eodem anno datae[8], *cumque idem initium una cum chrismo:* In Christi nomine *in charta a.* 769. *scripta manu Heripaldi notarii Arbeonis primum*

1) *V. Haimhrammi c.*45. 2) *Goth. 'arbja', teut. olim 'arpeo', 'aripeo', hodie 'erbe'; cf. Sepp, Anal. Boll. VIII, p.*217. 3) *Charta a.* 757 *(ed. Bitterauf l. c. p.* 36*):* Ego Heres, id est Arbeo, rogatus atque petitus haec donatione scripsi et subscripsi. 4) *Hieronymi liber interpretationis Hebraicorum nominum (Onomastica sacra ed. de Lagarde, Gottingae* 1870, *I, p.* 64*):* Cyrinus haeres, qui apud nos melius effertur et verius per Q litteram, ut dicatur Quirinus. 5) *Id quod primus animadvertit Siegmundus Riezler, 'Arbeo's Vita Corbiniani in der urspr. Fassung' ('Abh. d. bayer. Akad. d. Wissensch.', Monachii* 1888, *p.* 28*).* 6) *Sepp. l. l. p.* 218. 7) *Ed. MG., Concilia II,* 1, *p.* 104. 8) *Ed. Bitterauf p.* 70. *et* 76. *a.* 772.

occurrat[1], *ad idem fere tempus delegamur, quo V. Corbiniani composita est*[2], *sed fortasse tertio huc referendum est iter auctoris Ratisbonense anno* 772. *susceptum, cum 'in ecclesia beati Emmerammi' versaretur ad loca nonnulla accipienda ecclesiae propriae Frisingensi et S. Corbiniano tradita*[3].

Acta synodalia legi Baiuvariorum addita Arbeo optime cognita habebat, qui in V. Haimhrammi c. 29, *verbis* quod scriptum est *praemissis, locum e capitulis synodi Aschaimensis*[4] *a.* 756. *celebratae deprompsit. Unius praeterea libri in eius operibus crebra reperiuntur vestigia, scilicet Dialogorum Gregorii M.*[5]

Utrumque locum Frisingensem, qui nives non tolerans ad Haimhrammi martyrium a rusticis relatus est, Arbeo ita conexuit, ut villam Helfendorf 'certaminis campum' eligeret, scilicet ubi membra abscisa essent, alteri vero Aschheim finem attribueret, ita ut prope illam naturae satisfaciens in ecclesia S. Petri[6] *primam sepulturam repperisset, antequam Ratisbonam pervenisset. In describendis tormentis crudelitate fere inaudita diffluens corpus voluit hoc ordine truncatum esse, ut primo digitorum summitates abscisae, deinde oculi eruti, tum nares auresque avulsae essent*[7], *quae pedes utrique, palmae, evacuatis articulis, deinde genitalia, tum lingua e palato soluta secuta essent*[8]. *Sine dubio passio Leudegarii ei in oculis animoque versabatur, cuius cruciatus sub ipsius manibus in immensum multiplicati sunt, atque tormenta martyrum Alexandrinorum ante oculos habebat, qualia Rufinus, Hist. eccl. VIII, 12, depinxerat. Truncum absque membris cruore madefactum novem miliaria emensum esse*[9] *asseruit, donec sanguinolentus morte functus esset. Hoc saucii iter ab Helfendorf ad Aschheim usque difficile creditu est virique sancto deditissimi illud adeo mirati sunt, ut omnino negaverint id fieri potuisse, 'nisi clerici medicinae periti vulnera diligentissime tractavissent'*[10]. *Hoc vero praesumi licere ex Vita ipsa minime sequitur.*

Neque iis quae de abscisorum membrorum fatis Arbeo enarravit nimiam fidem tribuam, scilicet ea collecta ab incolis

1) *Ed. Bitterauf p.* 58; *cf. chartam a.* 770, *ed. Bitterauf p.* 65. 2) *Cf. Praefationem V. Corbiniani infra § XII.* 3) *Ed. Bitterauf p.* 75. 4) *MG. Concil. II,* 1, *p.* 57. *Locus pendet ex Isidori Sententiis I,* 2, 2 *(Opera ed. Arevalus VI,* 118*); cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXXV,* 221, *n.* 1. 5) *Locus Dialogorum I,* 4, *in V. Haimhrammi c.* 2. *et* 7, *notissimus ille prologi:* dies, ut opinor, ante quam sermo cessabit *ib. c.* 2 *(recensio B sola) et* 31. *expilatus est, qui tertio redit in V. Corbiniani c.* 41. *Gregoriana diligenter adnotavit W. Levison socius.* 6) *V. Haimhrammi c.* 24. 31. 7) *Ib. c.* 17. 8) *Ib. c.* 18. 9) *Ib. c.* 24. 10) *Sepp l. l. p.* 238.

in spina alba condita esse, cum arbori illi miram sanandi vim superstitiose attribuissent, eodem vero die duos ignotos atque pulcherrimos viros per viam publicam equitantes advenisse eaque requisita abstulisse neque postea usquam visos esse[1]. *Martyr adhuc vixisse traditur, immo haud pauca tunc* p. 157. *locutus *esse*[2], *cum omnibus fere membris atque etiam lingua privatus esset, id quod saniores critici vehementer detestati sunt.*

Causa quam Arbeo attulit martyrii a nullo approbata est, sed ipsi studiosissimi sancti cultores nobiscum consentiunt credi non posse ea quae hac de re in Vita leguntur parum consentanea. Auctori demonstrandum erat, quomodo in duo dioeceseos Frisingensis loca pervenisset martyr, qui Ratisbonae sepultus summo cultu honorabatur. Quae cum meridiem versus sita essent, in itinere Romano lustrari poterant, idque susceptum esse idem voluit orationis causa, licentia a cunctis inhabitantibus[3] *aut a principe*[4] *impetrata. Interitus autem culpam in feminam contulit, nam sanctum non negavit affabilem se praestitisse utrisque tam feminis*[5] *quam viris. Igitur Ota Theotonis ducis Baiuvariorum filia per iudicis, id est comitis*[6], *cuiusdam filium Sigibaldum nomine gravida reddita est, cumque stuprum amplius celandum non esset, Haimhrammo episcopo ambo se aperuerunt eiusque consilium adierunt, ut tormenta evaderent; ille autem non solum paenitentiam eis imperavit, sed etiam suasit, ut in se ipsum flagitium transferrent*[7]. *Itaque episcopus, quamvis esset innoxius, flagitii auctor a puella delatus*[8] *atque iussu Lantperhti fratris eius in itinere quod suscepisset Romano in villa Helfendorf eo quo dixi modo cruciatus est; puella autem exilio damnata in Italia diem supremum obiit*[9]. *Ne exemplum pessimum alii in sacris ordinibus constituti sequerentur, antequam urbe exisset, Wolfleico presbytero veram rei naturam Haimhrammus revelavit, ut ubi vitae ipsius finem audisset, omnes de innocentia sua certiores faceret, se vero vivo silentium faceret*[10].

Mireris mendacium, ad quod episcopus confugisse perhibetur perniciosum sibi neque puellae profuturum, quam minus dehonestassent iuvenis nobilis quam amores episcopi, mendacium in episcopo eo minus tolerandum, quo magis totius ordinis ecclesiastici fama eo laederetur. His Suyskeni[11]

1) *V. Haimhrammi c.* 22. 23. 2) *Ib. c.* 19. 24. 3) *Ita ib. c.* 8. 4) *Ita ib. c.* 10. 5) *Ib. c.* 8. 6) *Cf. Waitz, 'VG.' III, 2, p.* 154[3]. 7) *Ib. c.* 9. 8) *Ib. c.* 12. 9) *Ib. c.* 13. 10) *Ib. c.* 11. 11) *AA. SS. Sept. VI, p.* 464.

argumentis omnes fere qui postea hanc vitam examinaverunt assensi, causam martyrii ab Arbeone allatam minime admittendam esse statuerunt, quae ratione omni penitus careret. Praeterea auctor sibi ipse minime constat, nam episcopus in conspectu Lantperhti constitutus mox innocentiam suam aperte profitetur, se socerum terrenum non habere declarans, immo tantum abest, ut culpam alienam susceperit, ut contra ad sedem apostolicam appellaverit[1].

Martyrium sancti una cum translatione Ratisbonam, quam urbem amoenitatis[2] *causa idem anteposuisse dicitur, maximam libri partem efficit (c.* 8—34*), dum capita priora (c.* 1—7*) tota eius vita reliqua occupat. Eum Pictavis et natum et episcopum institutum esse*[3] *neque linguam nostram novisse, ita ut interpretis Vitalis presbyteri inter Baiuvarios indiguisset, parum verisimile est. Nomen enim eius omnino theutonicum ad hominem referendum videtur esse origine Germanum*[4] *neque inter episcopos Pictavos idem reperitur*[5] *neque per saeculum VII. iis commode inseri potest.*

Theotone[6] *duce Baiuvarios regente ad convertendam Avarorum gentem sanctus Ratisbonam advenit, episcopo alio Pictavis instituto*[7]*, sed bello inter Baiuvarios Avarosque exorto a progressu prohibitus*[8] *per triennium*[9] *apud illos consedit et idolorum cultum exstirpavit. Baiuvarii enim neophyti paganorum ritum magna ex parte retinuerant. Dux vero christianae fidei admodum deditus advenae non solum possessiones concessit, sed etiam pontificis aut abbatis provinciae illius dignitatem ei obtulit*[10]*. Haimhrammus igitur episcopis Scottorum more vagantibus adnumerandus videtur esse, monachis scilicet* **illis ordine episcopali praeditis, qui* p. 458.
iure dioecesano neglecto modo hic modo illic pontificalia exercebant, eumque per urbes, oppida, vicos, domos discurrisse Arbeo testatus est[11]*. Theotoni duci liberos quos dixi idem attribuens Otam et Lantperhtum in exilio defunctos, in hoc temporali regionis illius domino sanguinem sancti viri adeo vindicatum esse asseruit, ut vel nepotes et pronepotes radicitus exterminati essent neque quisquam eorum remansisset, et ubi aedificia ipsius ceteris eminentiora quondam fastigia protulissent, ibi urtica et platanus postea pullulassent*[12].

1) *V. Haimhrammi c.* 14. 15. 2) *Ib. c.* 31. 3) *Ib. c.* 1. 4) *Ita Sepp p.* 221. 5) *L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II, p.* 84[2], *n.* 2. 6) *V. Haimhrammi c.* 4. 7) *Ib. c.* 3. 8) *Ib. c.* 5. 9) *Ib. c.* 7. 10) *Ib. c.* 5. 11) *V. Haimhrammi c.* 7. 12) *Ib. c.* 28.

De aevo Theotonis ducis viri docti minime inter se consentiunt. Theoto ille, cuius idem auctor in V. Corbiniani c. 15. *meminit, item gentem nove conversam rudemque adhuc in christianitatis religione regebat neque vero solus, sed totam provinciam cum filiis quadrifariam divisam tenebat, e quibus Theodobertus, Grimoaldus, Theodoaldus, Tassilo nominantur neque Lantperhtus. Merita eius de ecclesiis Baiuvariorum ritu romano reformandis nota sunt, scilicet ipsum ad sedem apostolicam a.* 716. *se contulisse*[1] *legatosque a papa ad Baiuvarios missos esse, quibus quod superest Capitulare*[2] *datum est. Ex hoc confirmatur complures tunc duces provinciae praefuisse eique christiana fide imbutae neque ecclesias defuisse neque sacerdotes, sed defuisse divisionem dioecesanam atque inter ministros ecclesiasticos fuisse canonice non ordinatos neque rectae fidei deditos, minime tolerandos, scilicet Scottorum sectae asseclas. Conversionem Baiuvariorum Theotone multo antiquiorem esse vel inde intellegitur, quod in actis synodi Aschaimensis a.* 756.[3] *ecclesiae distinguuntur temporibus 'priscorum antecessorum' Tassilonis ducis fundatae ab iis, quae ipsius temporibus ortae essent, atque inter omnes constat, iam Columbani discipulos ea de causa inter Baiuvarios laborasse*[4]. *A Theotone illo ad auctoris aevum vix sexaginta anni lapsi erant, dum ex Haimhrammi morte ad detectum locum Aschaimensem innumera, ut monui, annorum spatia numerantur. Uterque igitur Theoto, scilicet Haimhrammi et Corbiniani dux, et progenie et temporum intervallo distinguendi videntur esse et certe distincti sunt iam inde antiquitus. Arnoldus enim Diotoni, cui filii in regnum non successissent, alterum opposuit Theodonem, qui filios successores in regno habuisset, eundem, quo regnante Corbinianus Frisingam accessisset*[5]. *Cum igitur ne de duce quidem constet, quo sanctus vixerit, annus, cui a scriptoribus vetustioribus attributus est, intra duo saecula fluctuat, scilicet ex a.* 652.[6] *ad a.* 706, *dum qui novissimus historiam Baiuvariorum cum summa rerum peritia bonoque iudicio conscripsit S. Riezler*[7] *usque ad a.* 715/6. *progreditur.*

Licet ea quae in utriusque sancti Vita Arbeo tradiderit

1) *Cf. Praefationem V. Corbiniani § I.* 2) *MG. LL. III, p.* 451. 3) *MG. Concilia II,* 1, *p.* 57. *Cf. Ratzinger, 'Forschungen zur Bayrischen Gesch.' p.* 406. 4) *Ionas p.* 37. 5) *SS. IV, p.* 549. 6) *Ita inscriptio saec. XIV. (Sepp p.* 245 *n.) et Series episc. Ratisbon. saec. XIV (SS. XIII, p.* 359*); a.* 680. *Hugo Ratisbon. saec. XII. ex. (Böhmer, Fontes rer. Germ. III, p.* 488*), a.* 706. *Auct. Cremifan. saec. XIV. in. (SS. IX, p.* 551*).* 7) *'Gesch. Baierns' I, p.* 96.

ad unum eundemque Theotonem referri vix posse persuasum mihi sit, tamen non negem re vera unum solum huius nominis ducem Baiuvariis praefuisse, sicut post Blumbergerum[1] *et Büdingerum*[2] *recentiores plerique statuerunt. Sanc a Theotone illo saec. VIII. in. regnante series ducum in Libro confraternitatum monasterii S. Petri Salisburgensis*[3] *incipit neque ultra eum memoria Baiuvariorum excurrisse videtur, ut quae ante innumera annorum spatia gesta esse credebant huius ducis nomini ea coniungerent.*

**Atque etiam inter corpus sancti Ratisbonam translatum* p. 159. *novumque sepulchrum cura Gawibaldi episcopi (c. a.* 739—761*) paratum multorum annorum*[4] *intervallum fuisse Arbeo statuit. His caerimoniis qui tunc interfuerant presbyteri et diacones nonnulli eius aevo adhuc superstites erant. Miracula, quae extremam libri partem (c.* 36—47*) occupant, auctor partim ipse oculis viderat, partim fidelium narratione didicerat*[5] *atque miraculis inprimis iis quae in dioecesi Frisingensi contigerant, scilicet in villa Helfendorf alibi, ad vitam conscribendam eum commotum esse recte coniectasse mihi videtur Bernardus Sepp*[6]*. Homines, qui virtutem sancti experti erant, in dioecesi Frisingensi habitabant ipsius Arbeonis*[7] *temporibus aut Iosephi*[8] *decessoris (a.* 747—764*). Ne in hac quidem parte scriptoris veracis laudes auctor ubique meritus est. Nam ultimum miraculum in ecclesia Helfendorfensi patratum iam Suyskeno*[9] *suspicionem dedit, cum per annum puellam quandam sine alimento permansisse difficile creditu sit, fidesque debilitatur hominis tanta petulantia strictos veritatis limites transgressi. Magis probatur, quae maximam miraculorum partem (c.* 37—43*) occupat, artificis cuiusdam historia a latronibus capti ac primo genti Francorum, deinde Thuringorum venumdati. Qui in confinium Porathanorum aut Saxonum iam iactatus paganorum, ut erat operandi peritia instructus, cum aedificiis componendis, tum molendinis gratiam apud dominum suum sibi conciliavit, donec novis nuptiis ad fugam coactus est. Fata miseri Arbeo ita enar-*

1) *Blumberger in 'Jahrbücher der Literatur', Vindobonae* (1836) *LXXIV, p.* 174. 2) *'SB. der philos.-hist. Classe der Wiener Akad.'* (1857) *XXIII, p.* 375. 3) *Ed. MG. p.* 26. 4) *V. Haimhrammi c.* 35*:* Post multum vero temporibus *(A).* 5) *Ib. c.* 31. 47. *Uterque locus e Gregorii dialogis depromptus est.* 6) *Anal. Boll. l. l. p.* 243. 7) *V. Haimhrammi c.* 36. 8) *Ib. c.* 44. 45. 9) *AA. SS. Sept. VI, p.* 485, *n.* u*: 'Verane, an ope daemonis ficta haec fuerit tam diuturna puellae inedia, non inquiro; sed qualiscumque ea fuerit, negare illam nequeo ob Aribonis scriptoris synchroni auctoritatem'.*

rans, sicut ab ipso ea acceperat, ad tempora illa condicionesque hominum parum certas, servorum denique sortem illustranda materiam pretiosam contulit neque quicquam in hac Vita repperi iucundius suaviusque lectu.

Opusculum suum Arbeo tam male disposuit, ut postquam mortem sancti c. 24. *enarravit, ad eam c.* 31. *iterum redierit, ut sepulturam adiungeret. Formae indigestae accedit sermo tumidus atque incultus auctoris et theutonicae et romanae linguae rusticae periti*[1]. *Praeter parvum veritatis amorem alia vitia ipsum deformant haud pauca, scilicet animus vehemens atque ferox, saevitiae libidinibusque deditus. Interim ne nimium severe iudicetur, obstat aevum barbarum gratiasque ei habent habebuntque semper Baiuvarii, qui primus inter ipsos litteras coluerit. Quae de vita atque passione sancti tradidit ea maximam partem credi nequeunt neque credita sunt, excogitata aut exaggerata ad loca Frisingensia celebranda Helfendorf et Aschheim. Uterque incultus aut in solitudinem redactus erat per annos innumeros aut multos sanctusque oblivioni ibi datus, donec nivium observabatur modestia. Ex illo tempore martyrium finisque eius rumore populi ad loca illa relata sunt cultumque ecclesia Helfendorfensis sedente Ermberto episcopo (a.* 739—747*) constructa synodusque Aschheimensis*[2] *a.* 756. *celebrata testantur. Longe igitur ante Arbeonem loca illa memoriae martyris sacra fuerant, sed conexum moribus efferis corruptisque dictatum ipse invenit neque alius. De martyrio Haimhrammi nequaquam dubitandum est, sed inter saniores criticos*[3] *constat, rem se longe aliter habuisse quam Arbeo eam enarraverit.*

p. 460. **In Lege Baiuvariorum I,* 10. *poenae statutae sunt et eius qui episcopum occiderit et episcopi, qui culpam susceperit, atque intima necessitudo consensusque neminem fugiet, quo titulus ille cum martyrio Haimhrammi coniunctus est*[4]. *Episcopi homicida auri solvat tantum, quantum tunica plumbea ad staturam necati facta pondus habuerit; episcopum vero reum accusator occidere non audeat, sed ad regem vel ducem vel plebem eum deferat, et si convictus fuerit, secundum canones puniatur aut depositione aut exilio. Inter delicta, quorum episcopus damnandus erat, altero loco fornicatio enu-*

1) *Cf. Siegmund Riezler, 'Arbeo's Vita Corbiniani' l. l. p.* 223. *Vocabula et theutonica et romana Arbeo adhibuit; cf. c.* 16. scuria = *germ. 'scheuer', c.* 36. testimonio = *ital. 'testimoniare', gall. 'témoigner'.* 2) *Concilia II,* 1, *p.* 58: in presente villa publica noncupante Aschęim. 3) *Rettberg II, p.* 189 *sqq.: Sepp p.* 219. 4) *Cf. Merkel, LL. III, p.* 228; *Riezler I,* 119; *v. Schwind, 'N. Arch.' XXXIII,* 684.

meratur et fortasse Haimhrammus fornicationis aut reus aut suspectus actione nulla praemissa a parte laesa occisus erat. Lex autem Baiuvariorum medio saeculo VIII. litteris mandata est.

Vitam Haimhrammi editurus summo gaudio afficior, quod vituperationem haud iniuste contra textus editos emissam facile removere poteram. Cum enim in utraque recensione et antea edita et ea quae cura Bernardi Sepp ut genuina nuper accessit sermonem Arbeonis rudem viri docti aeque desiderarent, inter schedas nostras codicem a G. Waitz b. m. collatum repperi, qui auctoris soloecismos quam maxime servans primigeniam libri formam raris exceptis locis continere videbatur.

A 1) Codex Parisiensis n. 2990 *A, saec. X, formae quadratae, olim collegii Soc. Iesu Claromontani, deinde Thuaneus, Colbertinus n.* 6482, *Regius C.* 4344. 5. 5. *A, inter complures diversae originis fasciculos fol.* 46'—78, *scilicet in quaternionibus* 7—11 *olim separatim extantibus, Vitam vel passionem Haimhrammi*[1] *continet initio mutilam, cum foliis excisis textus a verbis c.* 3*:* contristatus valde *incipiat iterumque hiet a verbis:* antiquum hostem *(c.* 8*) ad:* magis deberent *(c.* 9*). Extrema folia duo antiphonae vel responsoria de Haimhrammo occupant in appendice SS. rerum Merov. IV, p.* 524 *sqq., edita.*

A 2) Codex Audomarensis n. 715, *saec. XII, volumen II, olim 'ecclesiae S. Audomari', fol.* 92'—98, *XXVIII. Passionem Haimhrammi continet, cui sicut codici insequenti fere dimidia pars medio in versu deest a verbis c.* 28*:* et sic in posteris *ad c.* 46*:* gloriae in illo, *cumque liber olim lateret, schedas tantum Bollandianorum adhibere potui officiose commodatas, sed interim textus erutus et a W. Levison sodali meo diligenter collatus est, ita ut quae irrepserant menda haud ita multa emendari possent.*

A 2a) Codex Audomarensis n. 716, *vol. V, saec. XIII, fol.* 11'—15', *eodem loco hiat atque anterior neque vero eadem auctoritate fruitur, nam multa licenter immutata locique nonnulli omnino retractati sunt, falsosque verborum exitus librarius correxit, vocabula interpolavit, nonnulla solus omisit (c.* 24*), brevi peculiaribus lectionibus abundat atque grammaticam corrigens haud raro cum A 4a convenit.*

A 3) Codex Fuldensis, a Georgio Wicelio[2] *adhibitus,*

1) *Catalogus codd. hagiogr. bibl. Paris. auct. sociis Bollandianis I. p.* 227. 2) *Is in opere quod inscripsit: 'Chorus sanctorum omnium*

deinde collegii Soc. Iesu, tum facta permutatione in Museum Bollandianorum Antverpiense translatus ibique signatus Q. Ms. 6, saec. IX. vel. X, formae magnae, hodie latet, postquam a Suyskeno in AA. SS. adhibitus est, sed liberalitate A. Poncelet S. I. amici mei, qui semper studiorum nostrorum fautor erat, apographon codicis e Museo Bollandianorum erutum adhibere potui, cui discrepantiae lectionum codicum et A 2 et A 4a manibus aliis illatae erant. Verborum ordo turbatus in A 4a haud raro praetermissus est, dum in A 2 vel eiusmodi diversitas saepe observatur.

A 3a) Codex Cremifanensis n. 7, *saec. XII, fol.* 166′—189′, *quamvis similis sit A* 3, *tamen A* 3. 4*a haud raro superat, ex exemplari ortus, quod ab eorum consortio multo ante discesserat, quare nonnumquam solus cum A* 1 *convenit, immo hunc egregium librum rarissime superat, sermonem rusticum servans, veluti c.* 39. studivit *pro* studuit *tradidit. In exemplari, ex quo codex pendet, forma litterae* a *aperta cum* ic *commutari poterat, nam librarius c.* 42. *pro* vertice *scripsit* vertae. *Desinit haud multo post in verbis* transmisso amnis flu|, *foliis deperditis.*

A 4a) Codex bibliothecae seminarii Treverici n. 35 *(R. n. I,* 11*), saec. XIII, olim S. Maximini, legendarii magni tomus Septembrem mensem continens, fol.* 100′—109.

A 4b) Codex Parisiensis n. 5308, *saec. XII, olim Chesnii, deinde Colberti (n.* 18*), tum Regius C.* 3593^{2}, *fol.* 81—87′, *praecedenti admodum cognatus est. Huius libri apographon a Luca Acherio acceperat Cointius, unde frustula pendent in Annalibus ecclesiasticis III, p.* 254 *sqq. publici iuris facta.*

A 5) Codex Parisiensis lat. n. 12612, *olim Corbeiensis, deinde Sangermanensis (n.* 469, *deinde* 503*), saec. XIII,*
p. 461. *fol.* 31′ — 35′, *Passionem Hamirammi(!) ad verba* **c.* 19: praeoccupare faciem Domini dum videretur, *admodum interpolata exhibet atque folio exciso locus c.* 2—5. *desideratur*[1].

Ax) Codex Londiniensis Musei Britannici Arundel. n. 91, *saec. XII, fol.* 13′—16, *praescr.:* Incipit passio sancti Avitramni *(sic)* episcopi, X. Kal. Octobris, *inc.:* Post passionem domini nostri Iesu Christi longe lateque fragrando, *desinit c.* 24. *in ipsa morte:* Eo mortuo ita cunctos pavor

Zwelff Bücher Historien Aller Heiligen Gottes', Coloniae 1554, *X,* 17, *p.* 535—539, *Haimhrammi passionem enarrans codicem satis antiquum citavit 'Ex Bibliotheca Fulden'.*

1) *Catalogus codd. hagiogr. Paris. auct. Bollandianis III, p.* 163.

invasit, ut vix tanti viri corpus in plaustrum sullevare auderent. Passus est autem sanctus Avitrammus decimo Kal. Octobris, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria per omnia saecula saeculorum. Amen. Explicit passio sancti Avitramni episcopi. *Passionis huius auctor codicem recensionis A eumque melioris notae, scilicet similem A 2a*[1], *retractavit atque in breve coegit, in quo sermo rusticus haud raro sublatus erat:*

c. 15. quaerendi] quaesiturus *A 2a. x,*

ib. eum *(scil. consilium)*] *A* 1. 2; illud *A* 3. 4*a;* id *A* 2*a. x.*

Nomen sancti ita depravatum (Avitramnus), sicut in hoc libro legitur, in apographa quaedam Usuardina irrepsit[2].

B 1) *Codex Wirziburgensis Mp. th. q.* 23, *saec. IX. in., formae octavae, fol.* 38, *totus Haimhrammo dicatus praeter Vitam hymnos m. s. XI. exaratos continet, qui fol.* 1. *et maximam fol.* 38. *partem iam occupant, dum fol.* 37. *adhuc vacat. Folium* 33. *inter* 36. *et* 38. *transponas. Textum librarius ipse ad exemplar emendavit. Codici a muribus arroso syllabae atque verba singula desunt.*

B 2*a*) *Codex Vaticanus bibliothecae Palatinae n.* 846, *saec. X, fol.* 2'—9'.

B 2*b*) *Codex Sangallensis n.* 556, *saec. XI, p.* 4—50, *Vitam continet, quam eadem manu scripti versus hi excipiunt:*

Quisque legas hominum, mentem tractando revolve,
Quid sis, quid fueras quidque manere queas.
Hoc opus ad vestrum scripsi devotus honorem
Nec mihi quid melius quam pietatis amor.

B 2*b**) *Codex Turicensis bibliothecae cantonalis n.* 5, *saec. XII, olim Rhenaugiensis, p.* 169—178, *cui capita* 36—46. *desunt, ex libro praecedente pendere videtur, nam quae in hoc erasa sunt vocabula c.* 12. ac vi *ipsa praetermisit. Etsi iam p.* 168 *ex. adnotata sunt:* Prologus in passionem sancti Emmerammi episcopi et martyris, *tamen aliena subsequuntur (inc.* Sudarium capitis Domini*) textusque noster demum p.* 169. *a nova praescriptione incipit.*

B 2*c*) *Codex Einsidlensis n.* 261, *saec. XI, p.* 1—78. *Vitam, p.* 79. *orationes eadem manu exaratas exhibet has:*

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulae tuae Wicburgae et dirige eam secundum tuam clementiam in

1) *Cap.* 15. patere] *A* 1; pati *A x cum A* 2*a;* facere te *A* 3. 4*a; om. A* 2; *c.* 5. coenubiis] omnibus *add. A* 2. 2*a. x;* cunctis *add. B.*
2) *AA. SS. Sept. VI, p.* 471.

viam salutis aeternae, ut, te donante, tibi placita cupiat et tota virtute perficiat. Per Dominum.

Omnipotens sempiterne Deus, misericordiam tuam suppliciter exoramus, ut famulam tuam Wicburgam cum omnibus sibi commissis magnae pietatis tuae protectione custodias et ab omnibus mundi huius periculis sempiterna provisione tueris[a], ut[b] gratiae tuae munere defensae semper caelestibus iocundentur. Per Dominum[c].

Wicburgam librarii munere functam esse abbatissam monasterii S. Benedicti superioris ('Obermünster') Ratisbonensis, post a. 1029. *mortuam, perspexit B. Sepp*[1]. *Sequitur p.* 81—132. *Vita II. Corbiniani (nobis* 4*).*

B 2d) Codex Bruxellensis n. 428—442, *saec. XV, olim monasterii S. Martini maioris Coloniensis*[2], *fol.* 58'—66'.

B 3) Codex Monacensis lat. n. 9516 *(Ob.-Alt.* 16*), saec. XI/XII, fol.* 86—99', *V. Haimhrammi post Vitam II. Corbiniani (fol.* 71—86*) exhibet (nobis* 7*), scilicet textum libris B 3 a. b similem, neque vero omnia eorum menda in hoc redeunt, qui etiam cum B 2 c convenit (cf. c.* 45. agere possent] agerent *B* 3 *cum B 2 c) nonnullaque habet peculiaria, veluti vocabula singula haud raro omisit. Item in fine a reliquis discrepans ita desinit:* mereamur imitari, prestante domino Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in secula seculorum. Amen. *Subscriptio deest.*

B 3 a) Codex Monacensis lat. 19162 *(Teg.* 1162*) e compluribus fasciculis compactus, fol.* 73—95. *V. Haimhrammi* p. 462. *saec. X. scriptam continet. Textus postea ad *exemplar quoddam collatus sermoque barbarus passim correctus est, librariis aut lectoribus pluribus sibi succedentibus. Capita initio distincta sunt.*

B 3 b) Codex Monacensis n. 4618 *(Bened.* 118*), saec. XII, fol.* 47—64', *miraculum ad artificem spectans Thuringis venumdatum totum praetermisit, transiliens a verbis c.* 37*:* quod a quodam *ad c.* 44*:* (animo redit), quod. *In subscriptione auctor libri Cyrinus Ratisbonensi civitati episcopus attributus est temere:* Explicit vita vel passio sanctissimi martyris Christi Hemmerammi episcopi, (cu? *eras.*)ius festivitas colitur X. K. Octobris. Cyrinus episcopus Ratis-

a) *m. al. corr.* tuearis *c.* b) *in litura m. al. scr. c.* c) nostrum Iesum Christum *m. al. add. c., sed vide supra l.* 2.

1) *L. l. p.* 212. 2) *Catalogus codd. hagiogr. Bruxell. auctoribus Bollandianis I, p.* 236.

bonae civitatis scripsit passionem sancti Hemmerammi episcopi et martyris.

B 4) Codex Berolinensis Lat. n. 790 *(Ms. theol. lat. Fol.* 267*), saec. XII, olim monasterii Springirsbacensis (dioec. Trevericae), fol.* 38—45'.

B 5) Codex Monacensis n. 9536 *(Ob.-Alt.* 36*), saec. XII, fol.* 109—115'*, textum B valde retractatum exhibet, praescr. m. al.:* Passio sancti Emmerammi martyris Christi, *inc.:* In perpetuum r. d. n. I. Chr., qui precioso sang. suo mundum r. d. est, post cuius passionem predicatione apostolorum longe lateque mundus fidei rudimentis inbutus est, — — Sed ea que dictata conscripsimus ob reverentiam patroni nostri beatissimi martyris Hemmerammi pio l. d. ipsumque supplici devotaque prece exoramus. ut huius materie auctori Cirino subveniat p. *et q. s.*

B 6) Codex Monasteriensis n. 214, *vol. IV (n.* 23*), olim legendarii magni Bodecensis volumen IX, saec. XV, fol.* 121—128 *praescr.:* Vita et passio sancti Emmerammi episcopi, edita a Cyrino episcopo, cuius festum celebratur decimo Kalendas Octobris, *inc.:* In nomine domini nostri Iesu Christi, qui precioso sang., *textum omnino retractatum continet duaeque recensiones inter se commistae sunt, exemplari B ex A amplificato.*

Ex tot libris unum A 1 *barbariem Arbeonis propriam posteris servasse, comparato textu V. Corbiniani genuino, pro certo habetur, recensensque singulatim quae in codice illo contra leges grammaticas peccata sunt, similitudines alterius Vitae olim adnotaveram, ut auctoris consuetudo confirmaretur. Neque vero omnes qui in A* 1 *deprehenduntur soloecismi in V. Corbiniani redeunt, cuius textus in tanta codicum penuria adhuc emendandus est, iterumque alterius operis codicem omnibus numeris perfectum minime esse vix moneri necesse est. Attamen subsidiis novis repertis rudem atque perplexum auctoris sermonem adhuc melius intellegi licet.*

**Nominibus duobus concurrentibus utrumque facit gene-* p. 464.
tivum, neglecta vi praepositionum, atque adiectivum eandem atque substantivum in exitu habet litteram, licet declinationes diversae sint. Vocabula rariora, poetica aut notione aliena adhibita, depravata aut abundantia, quae ad auctorem referenda sunt, integra plerumque nullus servavit nisi A 1. **Arbeo* p. 466.
declinationes inter se permutabat neque coniugationem recte formabat, praesens ad modum perfecti (intulere, retulens, prostrare), *perfectum autem ad modum praesentis* (cernisset, recedisset, concedisset) *componens, denique, ut alia praeter-*

mittam, activa pro deponentibus, passiva autem pro activis accipiebat, id quod auctorum saec. VIII, veluti Libri h. Fr.[1], *mos usitatissimus est. Sermo codicis A 1 idem est qui in V. Corbiniani deprehenditur, vocabulaque nonnulla rariora aliis illius aevi documentis confirmantur, veluti* diocenis *actis Synodi Aschaimensis a.* 756, vulgarica *V. Bonifatii auctore Willibaldo. In reliquis libris et A et B soloecismi pessimi sublati sunt aut eodem modo, veluti* athleta *pro* gennicus, cooperiat *pro* veletur, *aut diverso, sicut A* 3. 4*a* quiverat, quivisset, *B vero* poterat *et* valeret *exhibent pro formis genuinis* quieverat *et* quievisset. *Attamen vestigia barbariei primigeniae vel in his libris adhuc extant atque etiam B ea rara servavit, veluti* suam fluenta *B* 1 *et pr. m. B* 3*b pro* suamque fluentam *A* 1. *Discrepantibus inter se A* 1 *et V. Corbiniani, id quod raro fit, sine dubio elocutio barbara ad auctorem referenda est neque emendata, unde quod in illo legitur* decernisset, *in hac vero* decrevisset, *huic quoque textui librariorum doctrinam non omnino pepercisse manifestum est.*

Si verum est, id quod modo demonstrasse mihi videor, genuinum Arbeonis sermonem in solo codice A 1 *servatum esse, falsam esse oportet opinionem Bernardi Sepp recensionis B patroni editorisque principis, isque propter ipsam brevitatem hanc 'authenticam' existimans, alteram vero A propter ubertatem interpolatori attribuens sine dubio ignorabat neque brevitate neque ubertate unum alterumve probari posse, cum libri in formam et breviorem et ampliorem redigi possint, iidem inde antiquitus in utramque re vera redacti sint. Atque Arbeonem ipsum uberi copiosaeque rationi dicendi studuisse inter omnes constat pompaeque rhetoricae qua utramque vitam exornavit male respondet primorum elementorum ignorantia puerilis. Dissentientibus igitur inter se utraque recensione A et B, lectionem coloris poetici aut floridi genuinam esse conici licet; praeterea quae auctori quaeve interpolatori tribuenda essent lectiones, comparatis aliis eiusdem auctoris locis aut quibus usus est fontibus, facile diiudicari poterat. Itaque ad opinionem meam probandam retractationis specimina in recensione B reperta collegi haec:*

c. 5. si ita dedignaret] *A;* Quodsi — resisteret *B*.
[Cf. V. Corb. c. 22*:* amittere non dedignaretur*]*.

c. 1. urbs antiqua sita dinoscitur] *A;* Erat — urbs quaedam nobilis *B*.

1) *SS. rer. Merov. II, p.* 218.

c. 19. cum — esse dinosceris] *A;* cum — esse videaris *B.*
[Cf. c. 1: florere dinosceretur *AB; c.* 15. fundata esse dinoscitur *AB].*

c. 42. transmisso amnis fluenta (fluento *A* 3. 4 *a*)] *A;* transito fluvio *B.*

c. 35. sua arte conpositione gypsi] *A;* suae conpositionis arte ipsi *B.*

*c. 13. diei illius (h)ymnificabat tertiam] *A;* tertiae diei horae officium Domino hilari mente offerebat *B.* p. 467.

c. 35. Domini caeli hymnificantes] *A;* gratias Domino referentes *B.*
[Cf. V. Corb. c. 38: himnificabantur Deum*].*

c. 8. diligentissima impertiebat secreta] *A;* secrete cura diligentissima studuit reformare *B.*
[Cf. c. 7: indigentibus inpertiebat *AB].*

c. 14. alta voce intulit] *A;* alta voce ait *B.*
ib. intulit verba] *A;* verba protulit *B.*
[Cf. c. 14: hilari vultu intulit *AB; c.* 26: mentionem inferimus *AB; V. Corb. c.* 36: nefandum intulit sermonem*]*

c. 34. Eodem vero momento] *A;* eodem modo *B.*

c. 13. propriam animam martyrio Deo propinare] *A;* a. propriam Deo offerre per martyrium *B.*
[Cf. V. Corb. c. 24: animarum a viro Dei propinabantur sacramenta*].*

c. 18. psalmodiae non cessabatur] *A;* verba orationis non interrupit *B.*
[Cf. V. Corb. c. 1: psalmodiam diligere; *c.* 8: psalmodiae praeclarus*].*

Denique Gregorii Dialogi plenius exscripti sunt in A quam in B his locis:

Greg. Dial. I, prol.	*A c.* 31.	*B c.* 31.
didici, dies, ut opinor, ante quam sermo cessabit	didici, dies, ut opinor, prius cessat quam sermo	conperi, — dies utique prius quam sermo cessabit

[Cf. V. Corb. c. 41: dies, ut opinor, prius quam sermo cessavit*],*

c. 7: per vicos] *A cum Greg. Dial. I,* 4; *om. B (habent AB c.* 2*).*

Itaque auctoris verba in recensione B minus accurate reddita esse iam patet, scilicet conperi *pro* didici, utique *pro* ut opinor, *dum alia ibi omnino desunt. Etiam initium c.* 44. *in B totum immutatum est, cui praeterea c.* 29. *verba* sibi proponunt, *c.* 36. praesentata, pedibus nostris, *c.* 38. recessit *desunt ex recensione A supplenda, verbaque quae c.* 45. *ibi leguntur* ex cibi refectione *minus intellegenda sunt, cum contrarium et ratione postuletur et scriptum sit in A* (ex cibi recusationem), *ita ut potius* defectione *expectares loco* refectione.

Inter utramque igitur recensionem id differt, quod ser-

monem Arbeonis proprium servavit A, totum immutavit B, qui praeterea vitam in concinniorem formam redigens, etiam ea praetermisit quae praetermittenda non erant. Auctor ille, cui emendandi libri rustici cura commissa erat, vix post Ludowicum Pium regnantem ad opus suum aggressus est, cum codex antiquissimus saec. IX. in. attribuendus sit, ideoque et ipse in litterarum studiis haudquaquam multum profecerat. Exemplar vero quod habebat X ut aetate eminebat, ita textus praestantia omnia quae nobis praesto fuerunt superasse videtur. Itaque librarius B in exscribendo priore loco Gregoriano licet bis defecerit, tamen veram lectionem cessabit *solus servavit immutatam in A, eundemque locum idem iterum citavit in c. 2, ubi desideratur in A, sed ibi mores patroni eo magis exornavit, unde fides eius suspecta esse potest. Eiusmodi loci haud ita multi mihi noti sunt, e. gr.:*

c. 8. decrevisset] ***B** cum Greg. Dial. I,* 8; voluisset *A*.

c. 27. Sed quidnam de sanctis viris dicendum est] ***B**:* Quid enim de s. v. d. est *A*.

[*V. Corb. c.* 8: Sed quidnam ex eo dicendum est].

c. 38. speciosam] *B cum Greg. Dial. I,* 4; pulcherrima *A*,

atque in universum maiorem fidem recensio A meretur. Certe in eo ipso c. 2, in quo non parvum inter utramque discrimen vertitur, non solum Gregoriana illa respicienda sunt, sed etiam ordo rerum sermoque qualem A exhibet adeo cum V. Corbiniani conveniens, ut vix fieri potuisset, ut certiorem ducem eligeremus:

p. 468.

**V. Corbiniani c.* 8.	*A, c.* 2.
honestatem contemplabatur vultui, formam pusillam — Eratque vir facundissimus et humanitati praecipuus, conversatione inter omnes praeclarus, corde contra vitia ad irascendum velox, — psalmodiae praeclarus.	Erat namque procerus statura, decorus forma, vultu sincerus, elemosinarum praecipuus, ieiuniis, castitate et continentia praeclarus, sermone facundus (elucens *B*), ad eradicanda vitia sagax —, cuius ex ore — psalmodia inquiete emanavit.

Cum vero recensione B non omnino carere possemus, utraque columnis sibi oppositis nobis edenda erat.

Librarius A 1 *ut erat modicae facultatis socordiae deditus haud pauca peccavit, verbis imperfecte transcriptis aut aliter depravatis nonnullisque omissis. Idem vero eadem tarditate atque stultitia prohibitus est, ne pravitatem sermonis genuini animadverteret, formas exemplaris monstruosissimas*

aequo animo quam fidelissime depingens, quas auctori suo ad hunc fontem restitui.

Reliqui eiusdem classis libri A 2. 3. 4 *a. b ex eodem exemplari pendent, quod cura librariorum in politiorem formam redactum, immo adhibito alterius classis codice nonnumquam haud leviter immutatum erat:*

c. 3. ut suumque tellum *(ita scripsi;* suum quietellum *A* 1*)* propagines finitimorum (finitivorum *A* 1) pro condiscensione Aegypti exutus oblivione traderetur *(i. e. traderet)*] *A* 1; exire de terra sua *(om. A* 2 *a)* et de domo patris sui et de cognatione sua (et de cogn. sua et de d. p. sui *A* 2 *et A* 2 *a, sed* sui *om.*) *rell. A;* exire de terra et de cognatione sua nec non et de domo patris sui *B. Cf. Gen.* 12, 1.

c. 5. fecunditer proles cupare *(i. e. excubare)*] *A* 1*:* praeesse *rell. A cum B.*

c. 31. ut opinor] *A* 1 *cum Gregorio;* utique *A* 3. 3 *a.* 4 *a cum B.*

ib. sed — redeam ad ordine, dum, ut diximus, splendidior luce] *A* 1 *(cf. V. Corb. c.* 28*:* Sed ad historiae narrationis redeamus ordine*);* sed — quid inprimis gestum sit, breviter pandam. Nam splendidior ulla presentis vite luce, ut iam diximus, *A* 3. 3 *a.* 4 *a cum B.*

ib. remota (*ita A* 1) aere] *A* 1; remoto aere *c.* 24. *omnes;* etherium (cum *add. A* 3. 4 *a*) *rell.*; aethereum *B: scilicet* caelum.

ib. plaustro superponentes] *A* 1 (in plaustrum sublevare *supra c.* 24); feretro in(m)ponentes *A* 3. 3 *a.* 4 *a cum B.*

c. 47. stilus scribendi, ut estimo, non sustinet] *A* 1 *(cf. V. Corb. c.* 45*:* stilus scribendi non sustinet modum*);* st. scr. (scribendi *A* 3*;* scribentis *A* 2. 2 *a.* 4 *a*) narrare non sufficeret *A* 2. 2 *a.* 3. 4 *a;* stilus scribentis, ut estimo, non valet enarrare *B.*

**Consentientibus igitur his libris cum B, duae causae distinguendae erant, scilicet condicio minus perfecta libri A* 1 *et interpolationes archetypi aliorum (Y) ex altera classe pendentes, quibus solus color rusticus pessum datus est, atque ad has plerumque consensus referendus erat. Haec ita se habere neque contrariam opinionem admittendam esse, quasi ex origine communi ille ortus esset, ex ipsa praestantia exemplaris X, proavi codicum B, concludi licet, quod totam classem A aliquoties superans haud raro lectionem A* 1 *confirmaverit, dissentientibus reliquis.* p. 469.

Deficiente codice A 1 *libri A* 2. 2 *a in locum primarium succedunt, quos et ipsos a c.* 28. *ad c.* 46. *hiare dolemus: uterque igitur ex eodem exemplari mutilo exscriptus est, cuius librarius ee legerat pro* a *(cf. c.* 13. successoris *A* 2. 2 *a pro* suae sororis*), nec ullus reliquorum librorum ex hoc pendet. Codices autem A* 2. 2 *a in priore vitae parte*

haud raro cum optimo codice A 1 *conveniunt, reliquis libris in alteram partem secedentibus:*

c. 11. ut sacer prosagine] *A* 1; ut (*om. A* 2*a*) sacro pr(a)esagio *A* 2. 2*a*; *haec om. A* 3. 3*a*. 4*a*.

c. 16. praesulis] *A* 1. 2. 2*a*; *om. A* 3. 3*a*. 4*a cum B*.

c. 17. abstracto nare] *A* 1. 2; abstractas nares *A* 2*a*; amputatis naribus *A* 3. 3*a*. 4*a*, *conveniente correctore cum Rufino auctore Arbeonis;* naribus abstractis *B*.

c. 21. poti] *A* 1; potui *corr.* potus *A* 2, *et sic A* 2*a*, potum *B*; poculi *A* 3. 3*a*. 4*a*.

c. 25. percommorantium] *A* 1. 2. 2*a* (*pr. m.*); *om. A* 3. 3*a*. 4*a*; commorantibus *B*.

Itaque textus A 1 *confirmationem optatissimam per libros A* 2. 2*a expertus est, qui verba insolita atque insueta saepe cum ipso servaverint, praetermissa aut immutata in reliquis, et discrepante utroque inter se A* 2*a cum deteriore parte facit:*

c. 6. epode] *A* 1. 2; *om. A* 2*a*. 3. 3*a*. 4*a*.

Codices A 3. 4*a novum pretiosumque socium interim sortiti sunt A* 3*a*, *qui in universum quidem lectiones A* 3 *confirmat, sed haud raro a libris A* 3. 4*a discedens codicibus A* 1. 2. 2*a adiungitur:*

c. 16. turma] *A* 1. 2. 2*a*. 3*a*; turba *A* 3. 4*a cum B*.

c. 17. praetulerunt] *A* 1. 2. 3*a*; protulerunt *A* 2*a cum B*; proferunt *A* 3. 4*a*,

immo A 1 *soli:*

c. 14. frater] *A* 1. 3*a*; germanus *B*; *om. A* 2. 2*a*. 3. 4*a*.

c. 18. prospicuus] *A* 1. 3*a*; perspicuus *rell. cum B*.

c. 22. haec] *A* 1. 3*a*; hoc *rell.*

Idem haud paucis locis sermonem rusticum melius servavit reliquis neque soloecismos eodem modo corrigit quo affines:

c. 30. mǫeneis] *A* 1; moenibus *B*; muris *A* 3*a*; am(o)enis muris *A* 3. 4*a*,

lares enim communes aliquanto ante deseruisse videtur, propius coniunctus cum patre eorum communi a. Codices A 3. 4*a ex hoc nati et ipsi correctiones peculiares passi sunt, eo magis a via recta declinantes. E codicibus A* 4*a*. *b sibi valde propinquis:*

c. 1. vocabulo] *om. A* 4*a*. *b*,

ib. a] vero *A* 4*a*. *b*,

unus sufficere videbatur; textus enim eorum quam maxime expolitus est, adhibita fortasse denuo classi B:

c. 39. temporalis [vite *add.* 4*a cum B*] voluptuosa gaudia.

Ut codices A 2. 2*a*. 3. 3*a*. 4 *ex exemplari correcto Y pendent, eoque magis A* 3*a et A* 3. 4 *correctorum curam*

sustinuerunt, ita studii illius primordia quamvis rarissima in archetypo eo iam adfuisse videntur, ex quo omnes qui supersunt libri pendent, scilicet in Z:

c. 3. Altemaniam] *scripsi;* Altermaniam *A* 1 (*sine dubio* ger *superscr. erat Z*); Germaniam *rell. A cum B.*

c. 41. quae se (*pro* sibi) ibidem esse videbatur] q. se i. habere esse v. *A* 1 (habere *fortasse superscr. erat Z*); quae ibidem (in eodem loco *B*) habere v. (potuit *A* 4*a*) *A* 3. 3*a*. 4*a cum B.*

Codices alterius classis ita bipartiti sunt, ut reliquis omnibus unus codex B 4 *saepe oppositus sit:*

c. 1. pars] *B* 4 *cum A;* partes *rell. B.*

c. 31. illuc] *B* 4 *cum A* 1; illic *rell. B.*

c. 35. sustentatus] *B* 4 *cum A;* sustentus *rell. B (pr. m.).*

c. 44. pastoris] *B* 4 *(pr. m.) cum A;* pastoralis *rell.*

**Libri B* 1 *et B* 2 *eodem hiatu laborant hoc loco:* p. 470.

c. 1. fama] *B* 3*a.b.* 4 *cum A; om. rell.,*


quibuscum alias etiam B 4 *deficit:*

c. 1. dinosceretur] *B* 3*a.b cum A;* nosceretur *rell.*

Itaque libro primario B 1 *ab universitate discedenti auctoritas nulla attribuenda erat veraque lectio etiam in reliquis classibus latere poterat. Enuntiatum totum (c.* 2: Nam — cessaret*) in codicibus B* 2*a.b.c.d desideratur, e quibus B* 2*a.b eo magis inter se coniuncti sunt. Necessitatis denique inter B* 3*a et B* 3*b intercedentis testimonium sufficiat hoc:*

c. 36. prope non erat] *om. B* 3*a.b.*

Variae codicum affinitates primo aspectu explicantur stemmate hoc:



Codicem optimum A 1 *G. Waitz b. m. olim contulit una cum ea parte codicis A* 4*b, quae foliis primis deficientibus illi deest; deinde plagulas prelo subiectas petentibus nobis ad eundem officiosissime emendavit Henricus Lebègue v. c. Codices A* 2. 2*a*. 3*a W. Levison sodalis meus contulit, librique B* 2*a. B* 3*a et A* 4*a. B* 3*b cura O. Holder-Egger et illius collati sunt, dum ea quae de A* 3 *attuli ex schedis Bollan-*

dianorum deprompta officiositati A. Poncelet b. m. debeo, quo intercedente illas mihi commodatas esse supra monui.

Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1574, *tom. V, p.* 335—345, *s. t.* '*Vita sancti Heimerammi vel Emmerammi Ratisponensis episcopi et martyris, ab Cyrino aeque Ratisponensi episcopo ante multa secula conscripta*' *textum omnino retractatum atque castigatum edidit. Multa enim in hoc opusculo Ratisbonensis cuiusdam, ut opinabatur, episcopi corrigenda repperit eaque quae minus assequebatur fortiter expunxit:* '*Stylum*', *inquit*, '*F. Laurentius Surius passim nonnihil mutavit, paucis omissis, quae depravate scripta, intelligi non potuere*'.

S. Suyskenus, Acta sanctorum, Antverpiae 1757, *Sept. tom. VI, p.* 474—484, *schedis musei Bollandianorum usus iisdem, quae nobis praesto fuerunt, textum ad A* 3 *recensuit collatum cum A* 2 *et A* 4 *a. Praeterea alterum exemplar habebat ex codice S. Germani Pratensis descriptum (nobis A* 5*), quod priorem tantum Vitae partem neque hanc integram continebat.*

B. Sepp, Analecta Bollandiana, Bruxellis 1889, *tom. VIII, p.* 220—255, *adhibitis codicibus B* 1. 2 *c.* 3 *b, textum satis accuratum alterius recensionis princeps publici iuris fecit, quam* '*authenticam*' *existimavit, sermonem mendosum ab auctore A correctum esse opinatus. Ignorans enim codicem A* 1 *in hanc perversam opinionem facilius adduci poterat vir de interpretanda hac vita bene meritus. Postea in codicem B* 3 *a aliosque inferioris notae libros incidit mendaque nonnulla levia sustulit (ib. p.* 356 *sq.).*

Idem auctor eandem vitam eodem anno in '*Verhandlungen des historischen Vereines von Oberpfalz und Regensburg*', *Ratisbonae* 1889, *XLIII, p.* 177—210, *s. t.* '*Arbeo's Vita S. Emmerammi in ihrer ursprünglichen Fassung*' *iteravit, omissis adnotationibus criticis neque praefatione praemissa nisi modica.*

Meginfredus magister et praepositus Magdeburgensis Arbeonis librum, scilicet recensionem B[1], *in venustiorem* p. 471. *sermonem a.* 1030. *redegit*[2] *iussu Arnoldi magistri et *praepositi S. Emmerammi, cui epistula praevia inscripta est (Ep. inc.:* Sanctorum dicta, *Prol. inc.:* Militiam Christi, *Vita inc.:* Est in Aquitaniae partibus[3]*). Is hanc curam*

1) *Legerat enim B c.* 28*:* infra paucos annos, *B c.* 34*:* Theodum. 2) *Cf. G. Waitz, SS. IV, p.* 543. 3) *Codices Meginfredi per manus nostras volitabant hi: Monacenses n.* 22243, *saec. XII, et n.* 2610, *saec. XIII, Lipsiensis Rep. II, fol.* 58, *saec. XII, Stuttgartiensis, Biblia fol. n.* 56, *saec. XIII. (absque epistula et prologo). Librum edidit*

primo ipse susceperat, nam libris paganis repositis ad divinos legendos visione reiectus, patrum quidem ecclesiasticorum operibus delectatus est, Vitae vero Haimhrammi sermone plebeio offensus, quem librariorum incuriae attribuere maluit quam auctori: Sed, *inquit,* contrario admodum amaricabar, in gestis videlicet domesticis clarissimi patroni nostri Emmerammi martyris, dudum a quodam, qui se Cirinum, id est Heredem, nominat, Frisingensis ecclesiae episcopo, ut puto, recte scriptis, ante nos autem maiorum neglegentia depravatis. *Cum rerum novarum cupidus librum patroni rusticum permissu abbatis emendandum aggressus esset, fratrum congregatio antiquitatis studiosa vehementer obstitit:* haud aequum, *inquit,* dictis antiquitatis quid addi vel minui, maxime cum haec peritiores omiserint. *Propter dissensionem in exilium pergere ab abbate iussus in Saxoniam profectus est Haimhrammum suum semper secum portans, ibique Meginfredum quem dixi amicum sibi concilians stilumque eius exercitatum agnoscens, totum onus ipsius humeris iniunxit. Is autem intra triennium quod ille exulavit ad finem minime pervenit, ita ut hymnum tantum Arnoldus domum rediens secum ferre posset, neque libellum expectatum accepit nisi Conrado imperante (a.* 1024—1039*) et Burchardo abbate magistratum ineunte (a.* 1030*), licet Heinrico imperatore (†* 1024*) inceptus esset. Paucae schedulae, quas tunc demum ab auctore tardo assiduitas eius impetravit, totum Arbeonis librum minime continebant expolitum, sed altera translatio miraculaque desiderabantur, scilicet extrema pars inde a c.* 35. *Haec ipsius Arnoldi curis relicta libri I. de Miraculis beati Emmerammi*[1] *a.* 1035/6. *conscripti capita quattuor priora iam occupant, quae a Gawibaldo episcopo et translatione altera incipiunt, additis nonnullis de ecclesiae Bawaricae primordiis scitu dignis. Auctor recensionem B et ipse secutus videtur esse, sed ex locis aliquot fortasse conici licet etiam priorem ei notam fuisse. Operi suo 'Epistolarem apologiam de ratione vel veterum inmutatione' ad Burchardum abbatem praemisit, unde pendent ea quae de historia novae Haimhrammi vitae supra enarravi. Ex eadem intellegitur* a n t i p h o n a s[2] *quoque cum* r e s p o n s o r i i s *ab eodem*

Suyskenus, AA. SS., l. l. p. 488—494, *solam epistulam G. Waitz, SS. IV. p.* 548, *n.* 5.

1) *G. Waitz, SS. IV, p.* 549 *sqq., ea quae ex Arbeone deprompta sunt pleraque praetermisit. Supplevit ea qui editionem Waitzianam iteravit Migne, Patrologia CXLI, col.* 995 *sqq.* 2) *Earum in praefatione libri II. Arnoldus iterum meminit, SS. IV, p.* 556.

compositas esse, cum in Pannoniam profectus apud Anastasium archiepiscopum Strigoniensem commoraretur, cuius iussu monachi clericique eas didicissent, abolito 'vetere cantu', quem, *inquit*, nostri potius cantant ex antiquitatis usu quam ullo auctoritatis ausu. *Antiphonae et responsoria Arnoldi iam olim publici iuris facta sunt*[1], *dum cantus vetus adhuc latet, nisi forte is est quem codex A 1 continet*[2].

Carmen de Haimhrammo, quod e codice Monacensi lat. n. 14436, *saec. XI, fortasse autographo poetae, E. Dümmler*[3] *edidit, ante martyrium desinens ideoque sine dubio non completum totum ex Arbeone pendet.*

B. Krusch.

p. 472

*A

INCIPIT[a] VITA VEL PASSIO SANCTI HAIMHRAMMI MARTYRIS.

(1[g]). In[h] nomine Dei summi. In perpetuo[i, 4] regnante domino nostro Iesu Christo, qui sanguine suo servos suos redimere[l] dignatus est, cuius post[n] passionem[o] longe lateque flagrando[q] in partibus mundi fama[s] percreverat[t, 5],

B

INCIPIT[b] PRAEFATIO[c] DE VITA ET PASSIONE SANCTI[d] HEMMERAMMI[e] MARTYRIS[f].

(1[g]). In perpetuum regnante domino nostro Iesu Christo, qui sanguine suo[k] pretioso servos suos redimere dignatus est, cuius post[m] passionem[p] longe lateque flagrando in partibus mundi fama[r] percreverat[u], ita ut Europae

Cap. 1. *A* 2. 2*a*. 3. 3*a*. 4*a*.*b*. *B* 1. 2*a*.*b*.*c*. 3*a*.*b*. 4.

Cap. 1. a) *praescriptionem ad subscriptionem codicis A* 1 *formavi, cui initium ad verba* Dei famulus *(p. 30, 23) deest;* I. p. s. Haimramni (Hairamni *A* 2*a*) episcopi et martyris (Quae est X. Kalendas Octobris *add. A* 2*a*) *A* 2. 2*a*; I. p. s. Heimerammi (episcopi et *add. A* 4*a*) martyris *A* 4*a*.*b*; Passio s. Hemmerammi episcopi et m. *A* 3; I. vita beati Emmerammi episcopi et martyris Christi *A* 3*a*. *In nomine scribendo consuetudinem librarii A* 1 *secutus sum, quocum fere consentit A* 2 (Haimhrammus *vel* Haimrammus), *sed* Heimerammus *A* 4*a*, Hemmerammus *A* 3, Emmerammus *A* 3*a constanter habent.* b) De vita et passione sancti Emmerammi martyris *(praescriptio litteris fere evanescentibus incerta) B* 2*c*; *praescr.* Incipit passio sancti Hemmerammi episcopi *B* 3*b*. c) *ita B* 4; libelli *add. B* 1. 2*a*.*b*. 3*a*. d) *ita B* 4; beati *B* 1. 2*a*.*b*. 3*a*. e) *ita B* 2*a*.*b*. 3*a*; Hymrammi *B* 4; Emmerammi *rell.* f) *ita B* 4; cuius (Eius *B* 3*a*) festa (festum *B* 2*a*.*b*) colitur (celebratur *B* 2*a*) decimo Kl. Oct. *add. B* 1. 2*a*.*b*. 3*a*. g) *capita non distincta sunt in codd.* h) In n. D. s. *om. A* 3*a*. i) *ita A* 2. 2*a*; perpetuum *rell.* k) *om. B* 1. 2*b*. l) *ita A* 2. 3 *cum B*; liberare *A* 4*a*.*b*. m) *om. B* 4. n) ante *A* 4*a*. o) domini nostri Iesu Christi *add. A* 2*a*. p) fama *pr. m. postea add. B* 2*c*. q) fraglando *A* 2*a*. 4*a*. r) *ita B* 3*a*.*b*. 4 *cum A*; *om. rell.* s) eius *add. A* 2*a*. t) *ita A* 3. 4*a*; percrebruerat *A* 2; percrebuerat *A* 2*a*; percreb(rue *m. al. in litura*)rat *Ax*; pereraverat *A* 4*b*. u) perc:reverat, *ras.* e *B* 3*b*.

1) *Ed. Suyskenus, AA. SS. l. l. p.* 512. 2) *Cf. SS. rer. Merov. IV, p.* 524 *sqq.* 3) *'N. Arch.' VII, p.* 605 *sqq.* 4) *Iisdem verbis acta Synodi Neuchingensis a.* 772. *celebratae et chartae nonnullae Frisingenses incipiunt; v. supra p.* 6. 5) *V. Corbiniani c.* 5: Coepitque longe lateque fama eius crescere — — in tantum eximia illius vitae perflagans *et q. s.*

A

ita ut Europae non modica pars insegniter[a] sacris[b] christianitatis indagine florere dinosceretur, ita ut[d] occidentales tot[g] angulorum[h], Brittaniae, Hiberniae, Galliae, Alamanniae, Germaniae[1] pars[n], paulatim mirifico modo in Dei laude constanter fulsissent. Inter quas provintias Gotia[s, 2], *Septemania[t], Spania[u], Aquitania[v] cum habitatoribus suis deponentes idolatria[w] unicum Dei filium colere coeperunt. In cuius Aquitaniae praedictae partibus Pictavis vocabulo[b] urbs antiqua sita dinoscitur, ex qua ortus est[c] puer vocabulo Haimhrammus[e]; qui[f] a puerili[h] aetate coepit mundum

B

non modica pars insigniter sacrae christianitatis indagine florere[c] dinosceretur et tot occidentales[e] Anglorum[f], Britaniae[i], Hiberniae[k], Galliae, Alamanniae[l] Germaniaeque[m] pars[o], paulatim mirifico ordine constanter in Dei laude[p] fulsissent. Inter[q] quas quoque[r] provincias Gotia[s], Hispania *scilicet et Aquitania[v] cum habitatoribus p. 473. sordes idolorum abicientes[x] unicum Dei[y] filium inhianter colere coeperunt. Erat enim[z] in[a] Aquitanie provinciae partibus urbs quedam nobilis Pictavis vocabulo, ex qua puer nomine[d] ortus est Hemmerammus[g]; qui ab ineunti[i] aetate mundum despi-

Cap. 1. *A* 2. 2*a*. 3. 3*a*. 4*a*.*b*. *B* 1. 2*a*.*b*.*c*. 3*a*.*b*. 4.

Cap. 1. a) *ita A* 2. 3; insigniter *A* 3*a*. 4*a*.*b*; insigniretur *A* 2*a*.*x*. b) *ita A* 2 *(pr. m.)*. 2*a* *(ubi* et *add.)*; sacrae *A* 3. 3*a*; *om. A* 4*a*.*b*. c) *ita B* 3*a*.*b cum A*; f. noscerctur *plerique;* floreretur *pro* f. d. *B* 2*b*. d) *ita A* 2. 2*a*; et *pro* ita ut *rell.* e) *m. rec. in litura B* 3*b*. f) Angelorum, *ras.* e *B* 1. g) toti *A* 4*b*. h) *ita recte A* 2. 3*a* *(cf. infra c.* 19: aedificiorum angulis; *V. Corbiniani c.* 6: in quibusdam angulis*)*: Anglorum Britanni (Brittanni *A* 4*b*) et Hiberni et Galli et Alamanni (Alemanni *A* 4*a*.*b*.) et G. *A* 3. 4*a*.*b*; a. et (o. tot a. et *om. Ax*) Brittannia, Hibernia, Gallia, Alamannia. Germania *A* 2*a*.*x*. i) Brittaniae *B* 4 *(pr. m.) et B* 3*b e corr.; m. rec. corr.* Brittanniae *B* 4 *et sic B* 2*c*. 3*a*. k) Hyb. *B* 2*c*. l) Alomanniae *B* 2*c*; Alamaniae *B* 3, *corr.*: Alemanniae *B* 3*b*. 4. m) que *superscr., nunc evanuit B* 3*b*. n) *ita A* 2. 2*a*. 3. 3*a*. *x*; partes *A* 4*a*.*b*. o) *ita B* 4 *cum A*; partes *rell.* p) laudibus *B* 4. q) *c. II. incip. B* 3*a*, *et sic deinceps ad octavum capita distincta sunt.* r) nimirum *B* 2*c*. s) *ita A* 2. 2*a et m. al.*, Cotia *pr. m.*, Scotia *tertia m. B* 4; Gocia *A* 3*a*; Gothia *(A* 4*a*.*b)*; Gottia *B* 3*b*. t) *ita A* 4*a*; Septemani *A* 4*b*; Septimania *A* 2. 2*a*.*x*. 3*a*; Cinomannia *A* 3. u) *ita A* 2. 2*a*.*x*; Hispania *A* 3. 3*a*. 4*b*; Hyspania *A* 4*a*. v) Aequitania *A* 3*a* *(et sic infra)*; Equitania *B* 2*a*.*b*. w) *ita A* 2; idolatriam *rell.* x) proicientes *B* 3*a*.*b*. y) f. D. *B* 2*a*.*b*.*c*. z) autem *B* 2*c*. a) *om. B* 4. b) *om. A* 4*a*.*b*. c) *om. A* 3*a*. d) o. est n. *B* 2*b*; o. est *om. B* 4; n. *om. B* 3*b*. e) Haymrhammus *A* 2*a*. f) Qui vero p. *A* 4*a*; Hic vero p. *A* 4*b*. g) *ita B* 1. 2*b*.*c*. 3*b*; Hemmeramus *B* 3*a*; Hemramus *B* 4.] h) pueri *A* 2*a*. i) *ita B* 1; ineunte *B* 3*a*.*b*.

1) *Simili modo Arbeo, V. Corbiniani c.* 15, *Alamanniam, quae tunc proprios duces habebat, a Germania, id est Francia orientali, quae a Rheno incipit, distinguit. Sepp. Cf. epistulam Gregorii II. ad Karolum a.* 722. *datam (ed. Tangl p.* 34*)*: ad predicandum plebibus Germaniae gentis ac diversis in orientali Reni fluminis parte consistentibus. 2) *Gothia aeque ac Septimania eam Galliae partem designat, quae post bellum Vogladense penes Wisigothos restiterat, atque utrumque nomen inde ex a.* 711. *promiscue adhibebatur; cf. Longnon, 'Atlas historique. Texte explic.' I, p.* 47.

A

despicere et quasi quisquilias[a] huius mundi[b] gloriam calcare[c], ad sacrum liberalium litterarum studium se informare, ita dumtaxat, ut, superno iudice inspirante, ad summum promereretur[h] conscendere pontificatus honorem.

(2). Erat namque[b] procerus statura, decorus forma, vultu[d] sincerus, elemosinarum[e] praecipuus, ieiuniis[f], castitate et continentia praeclarus, sermone facundus, ad eradicanda vitia sagax, ad plantanda[i] et ad[l] inriganda subiectorum pectora simplex, cuius ex ore, quasi lymphae amnis in ima convallium prosilientes[o], psalmodia inquiete emanavit, usque dum cuncta Davitica ex more finiret. Subiectorum, ut[p] diximus, praecordiorum arva caelesti ymbre rigare insudabat, ita ut pene[u] otium ori
cf. Iob 29, 15. 16. minime concederet. Pes[w] erat
cf. Ps. 67,6. clodi[z] et oculus[a] caeci, recrea-

B

ciens, quasi quaedam inmunda et[d] profana, caduca praesentis prosperitatis gaudia refutarat[e], ad sacrum liberalium studium[f] litterarum[g] se informans, ita ut, iudice superno dictante, tandem[i] ad summum pontificatus honorem conscendere mereretur[k].

(2). Unde et quod nobis a[a] relatorum fidelium narratione conpertum est, silentio praeterire dignum non esse censemus. Et quidem procerus[c] statura erat, ita ut nec longitudo fastidium neque deformitatis[g] brevitas ridiculum quoddam elicere potuisset[h], forma decorus, vultu sincerrimus[k], pauperum quoque non tardus adiutor viduarumque et[m] orfanorum per omnia nec non et[n] gementium consolator, ita ut qui eius se praesentiae obtulerant sine cibo verbi Dei aut numquam vel raro abscedere[q] potuissent, et que fidelium datione[r] insuper acceperat[s], ex humilitatis nisu[t] sibi non reservans[v], indigentibus exhiberet. Nam[x] ieiunio[y] et oratione videlicet et conti-

Capp. 1. 2. *A* 2. 2*a*. 3. 3*a*. 4*a*. *b*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. 4.

Cap. 1. a) quisquilia *A* 3. 3*a*. b) mundi *om.* *A* 3. 3*a* *(pagina exeunte)*. c) *ita* *A* 2*a*. *x*; et *m. al. add.* *A* 2, *habent* *A* 3. 3*a*. 4*a*. *b*. d) p. et *B* 2*a*. *b*; et fana *pr. m.* *B* 4. e) refuta:: *pr. m.* *B* 4. f) studio *B* 2*b*, *corr.* g) *m. al. in mg. suppl.* *B* 2*b*. h) promeretur *A* 2. i) tantem *pr. m.* *B* 4. k) meretur *B* 4.

Cap. 2. a) *om.* *B* 4*a*. b) enim *A* 3*a*. c) st. pr. *B* 4. d) s. v. *A* 4*b*; v. serenus *A* 2*a*. e) *ita* *A* 2. 2*a* *(ubi* impensione *add.)*; elemosinis *rell.* f) et *add.* *A* 2. 2*a*. g) deformatis *B* 1. h) potuissent *B* 2*a* *(pr. m.)*. *b*. i) plantanda: *A* 2. k) sincerimus *pr. m.* *B* 3*a*. l) *om.* *A* 3. m) *m. al. superscr.* *B* 4. n) *om.* *B* 2*a*. *b*. o) prosiliente *A* 3*a*. p) supra *add.* *A* 4*a*. *b*. q) abscidere *pr. m.* *B* 2*b*. r) dictione *pr. m.* *B* 4. s) arripuerat *B* 4. t) nisus| ibi *B* 1. u) ut nec otium horae minimae sibimet concederet *A* 2*a*. v) reserans *B* 2*b*, *corr.*; sed *add.* *B* 3*a*. *b*. w) enim *add.* *A* 3*a*. 4*a*. *b*. x) Nam — cessaret *om.* *B* 2*a*. *b*. *c*. y) ieiuni: *pr. m.* *B* 4. z) *ita* *A* 2. 2*a*; claudi *rell.* *(e corr. m. al.* *A* 3*a)*. a) oculu:: *pr. m.* *A* 3*a*.

A

tor pauperum, genitor orphanorum[a], defensor viduarum, gementium consolator. (Iob 29, 25.)

Dominicas[p] vero[q] oves pascendas eius pectore[r] tanta inerat cura, ut per urbes Gallorum[s] et oppida[u], per vicos et fidelium domos huc illucque discurrens, praedicando sapientibus archana eructuans[v], inbecillis[w] lac emanans[x], et quod ore praedicabat[y], exemplo confirmabat, ita ut a cunctis diligeretur. Ad eum autem confluebant Gallorum regni nobiles[z], ignobiles[1], locupletes et inopes, quibus pene omnibus, prout necessitas com- (Greg. Dial. I, 4.)

B

nentia sermoneque ita erat elucens[b], ut dies ante quam sermo in[c] eius laude ab ore humano[c] cessaret[d]. Sed et[e] subditorum pectora[f] fonte[g] divinae potationis *inrigabat, ita ut et[h] a praesentibus ex intimo cordis affectu et[i] absentibus non mediocriter ut summus pater[k] amaretur. Cuique[l] moris erat, ut ymnos Daviticos numquam, exceptis horis corporeae refectionis[m], pene[n] laxaret aut naturae, ut ita dicam, somnum necessarium[o] indulgeret. Ad pascendas etiam summi pastoris oves in eius pectore tanta cura vigilabat[t], ut per omnes pene Gallorum urbes et circumpositas regiones perque vicos ac fidelium domos huc illucque discurreret et quos poterat ad agnitionem veri luminis excitaret. Semet ipsum praebens exemplum, quod lingua praedicabat, exemplo confirmabat, et ob hoc maxime diligebatur[a] a subiectis. Confluebant[b] interea[c] ad ipsum regni Gallorum nobiles et igno- (Greg. Dial. I, prol.; p. 474.)

Cap. 2. *A* 2. 2*a*. 3. 3*a*. 4*a*. *b*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. 4.

Cap. 2. a) pupillorum *A* 4*a*. *b*. b) eludens *B* 1. c) *om*. *B* 1. d) cessasset *B* 4. e) *om*. *B* 2*a*. f) ra *m. al. in litura B* 3*a*. g) *m. al. superscr. B* 2*b*. h) *om*. *B* 2*c*; et a *om*. *B* 4. i) de *m. al. add. B* 3*a*; ab *add*. *B* 4; et a presentibus *B* 3*b*. k) *om*. *B* 2*a*. l) Cuque (?) *pr. m. B* 4. m) refectionis — naturae *m. al. in mg. suppl. B* 4. n) poene *B* 2*a*. o) *pr. m. superscr. B* 2*c*. p) dominicarum vero ovium pascendarum (ad pascendam *A* 2) *A* 2. 2*a*. q) autem *A* 4*a*. *b*. r) pectori *A* 3*a*. 4*a*. *b*; in eius p. t. i. c. *A* 2. 2*a*; t. eius pectore i. c. *A* 3. s) Galliarum *A* 2*a*. t) evigilabat *B* 2*c*. u) et *add*. *A* 4*a*. *b*. v) *ita A* 2; eructans *rell*. w) *ita A* 2. 2*a*; inbecillibus *rell*. x) *ita A* 2. 2*a* (*ubi* et *deest*); emanaret *rell*. y) predicaret *A* 4*a*. z) et *add*. *A* 4*b cum B*; ignobilesque *A* 2. 2*a*; i. *in marg. suppl. A* 3*a*. a) diligeb:::: *pr. m. B* 4. b) Confluebat *B* 3*b*; II. *in mg. B* 1; *c. V. incip. B* 3*a*. c) interea *post* ad i. r. G. *B* 2*a*.

1) *V. Corbiniani c.* 5: et fidelium ad eum fluere turba nobilium, ignobilium. *Cf. Greg. Dial. III*, 14.

A	*B*
Breuni veloces, quorum Horatius, Carm. IV, 14, 11, *meminit, a Strabone inter Illyrios numerati*[3], *e gentibus Alpinis a.* 15. *devictis nomen suum institutaque Romanorum diutissime servaverunt, tot barbarorum dominationes longaevitate superantes, vestigiaque eorum vel post Arbeonem deprehenduntur. Raetia provincia, ad quam gentes illae pertinebant, postea bipartita in dioecesim Italiae comprehensa erat, cumque Romanis Gothi successissent, pristina instituta vix mutaverunt, ducique Raetiarum a Theoderico rege a.* 507/511. *mandatum est*[4], *ut Breones corrigeret mancipia aliena auferentes. *Breones militaribus officiis assueti*[5], *civilitatem* p. 501.
premere dicebantur armati, habebantque et castellum et ecclesiam. Ecclesiae autem utriusque Raetiae ad metropolitanam Aquileiensem provinciam pertinebant, sed in tribus, scilicet in Breonensi[6], *Tiburnensi, Augustana, Galliarum episcopi*

'Das alte Raetien', Berolini 1872, *p.* 75 *sqq.; Th. Mommsen, 'Römische Gesch.', Berolini* 1885, *V, p.* 19 *n.*

1) *Cf. M. Fastlinger, 'Die wirtschaftliche Bedeutung der Bayrischen Klöster in der Zeit der Agilulfinger', Friburgi* 1903, *p.* 16. 2) *Monente Mommsenio C. I. L. V, p.* 543. *potius in valle Ziel rivi super Partschins quam in loco Töll, de quo cogitavit A. Roschmann, 'Glaubwürdige Nachrichten über das Leben und vormahlig berühmte Grabstatt zu Mays in Tyrol des Heiligen Valentini, Bischoffs zu Passau und beeder Rhätien Apostels',* 1746, *p.* 62. 3) *F. Stolz, 'Die Urbevölkerung Tirols', Oeniponti* 1892, *p.* 46 *sqq.* 4) *Cassiodorus, Varia I,* 11. 5) *Th. Mommsen, 'N. Arch.' XIV, p.* 497, *de bucellariis cogitavit.* 6) *Suggerendum Mauricio imperatori Venetiarum vel II. Retiae episcopi a.* 591; *MG. Ep. I, p.* 20. *Veram lectionem pro 'Beconensi' Mommse-*

sacerdotes constituerant, scilicet Francorum episcopi episcopos[1]. *Franci enim hereditatem Gothorum rei publicae Romanae invidebant, sed progressus eorum Iustiniano imperatori reprimere licuit nonnullique illius regionis episcopi ad sanctam rem publicam et ad Aquileiensem provinciam redierunt.*

Fortunatus poeta[2] *ex Italia Turones profecturus c. a.* 565. *Raetiam percurrit Aenumque Breonis transmisit atque eadem via opus suum de Vita Martini in Italiam remittens post Baiuvarios vicina Breonum loca enumeravit, quae iterum ad Aenum fl. collocare videtur, tum Valentini ecclesiae meminit, antequam Noricum occurreret. Valentinus Raetiarum episcopus aevo Severini in illa regione pro salute animarum laboraverat, abbas Lucilli presbyteri, qui c. a.* 480. *homo decrepitus depositionem eius annua sollemnitate die* 7. *Ianuarii celebrabat*[3]. *Abbas ubi fuerit, ibi monasterium stetisse necesse est vel potius cellam, cumque sepulchrum eius in valle Venustica Corbinianus reppererit, vix de Breonum episcopo*[4] *cogitare velim. 'Valentini templa', quorum Fortunatus meminit, a meridie Breonum sita erant, indeque iter Aguntum versus in Noricum flectebatur. Brionas castrum, cuius basilicam S. Laurentio sacram idem poeta IX,* 14, *propter miraculum versibus celebravit, Gregorius Turonensis*[5] *Italiae attribuit, supplens nomen a Fortunato praetermissum. Castrum illud, cuius memoria omnino excidit, prope monasterium Wilten*[6] *(Veldidena) et Oenipontum quaesiverunt, ubi etiam S. Laurentii capella extat, et via ab Aquileia Veldidenam per Aguntum ducebat*[7]. *Cum autem Agunto Oenipontum versus proficiscenti vallis Venustica cum castro Maiensi ad occidentem sita restet, nonnulli de alia quadam Valentini ecclesia cogitaverunt, quam in monte Brenner aut inter Ster-*

nius, reperto codice, restituit ('N. Arch.' XVII, p. 191*), quam Bollandiani coniectura iam assecuti erant. Novam coniecturam 'Virunensi', 'Verunensi' superstruxit J. Friedrich, 'Die ecclesia Augustana in dem Schreiben der istrischen Bischöfe an Kaiser Mauritius vom J.* 591. *und die Synode von Gradus zw.* 572 *u.* 577*' ('SB. der philos.-philol. u. d. hist. Kl. der K. B. Akad. d. Wissensch.', a.* 1906, *Monachii* 1907, *p.* 330*).*

1) *Sacerdotes in hac epistula pro episcopis accipiuntur neque pro presbyteris, sicut G. Strakosch-Grassmann, 'Gesch. der Deutschen in Oesterreich-Ungarn', Vindobonae* 1895, *I, p.* 262, *statuit.* 2) *Fortunatus, Carminum Praefatio §* 4; *V. Martini IV,* 647; *Paulus, Hist. Langob. II,* 13. 3) *Eugippii V. Severini, ed. Mommsen c.* 41. 4) *Ita A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 360[3]. 5) *Gl. Mart. c.* 41. 6) *F. C. Zoller, 'Gesch. und Denkwürdigkeiten der Stadt Innsbruck', Oeniponti* 1816, *p.* 10; *P. H. Scheffel, 'Die Brennerstrasse zur Römerzeit', Berolini* 1912, *p.* 59*sqq.* 7) *Itinerarium Antonini ed. Parthey et Pinder p.* 133*sq.*

zing et Mauls[1] *aut prope Brixinum*[2] *vel Bruneck*[3] *sitam Fortunatus attigisset. Valentini enim ecclesiae in illa regione haudquaquam rarae sunt. E contrario vir de Breunorum historia optime meritus A. Jäger*[4] *situm castri Brionas cum itinere per vallem Venusticam conciliaturus illud iacuisse statuit prope vicum Landeck, ita ut Fortunatus in viam *Claudiam deflexisset, quae per angustias Arlberg et Brigantium* p. 502. *Augustam Vindelicorum ducebat*[5]. *Sane Berengarius II. rex Italiae ex Suevia per Venustam vallem in Italiam a.* 945. *profectus est*[6] *atque in eadem valle antiquissimus et praecipuus Valentini cultus florebat, dum reliquae eiusdem patroni ecclesiae non commemorantur nisi recentiore aevo. Certiora de castro illo ex verbis poetae colligi non licet, sed gens Breonum ab Aeno fl. trans Brenner montem, cuius nomen cum illa cohaerere nuper negaverunt*[7], *usque ad Sterzing vicum habitasse videtur*[8].

Langobardi in Italiam inruentes cum Francis congressi sunt, qui castra in territorio Tridentino sita a. 590. *diruerant*[9], *cumque uni eorum hi pepercerint, intercedentibus episcopis Tridentino et Sabionensi, fortasse recte conclusum est, Bauzanum et vallem Venusticam Langobardis tunc paruisse. Certe civitates et castra episcoporum Istriae et Venetiae, qui ad Mauricium imperatorem a.* 591. *litteras dederunt, ne per Gregorium I. papam imperiali pondere ad consensum damnationis trium capitulorum cogerentur, utque iussu imperatoris*

1) *Ita F. C. Zoller l. l. p.* 4. 2) *Ita A. Strakosch-Grassmann l. c. p.* 263. 3) *L. Steinberger, 'Uber Namen u. Gesch. d. Brennerpasses' ('Mitt. d. Inst. f. österr. Geschichtsforsch.'* 1911, *tom.* 32, *p.* 616). 4) *A. Jäger, 'Über das rhätische Alpenvolk der Breuni oder Breonen' ('SB. der phil.-hist. Kl. d. Akad. d. Wissensch.', Vindobonae* 1863, *tom. XLII, p.* 429 *sqq.). Eius opinionem impugnavit Josephus Egger, 'Die Barbareneinfälle in die Provinz Rätien und deren Besetzung durch Barbaren' ('Archiv f. österreichische Geschichte', Vindobonae* 1901, *XC, p.* 369), *superiori Aeni fl. valli regionem prope Kufstein anteponens.* 5) *Cf. Planta l. l. p.* 76 *sqq.; J. Näher, 'Die römischen Militärstrassen und Handelswege', Argentorati* 1888, *p.* 5[2]. 6) *Liutprandi Antap. V,* 26, *SS. III, p.* 334; *ed. Becker p.* 145. 7) *Originem nominis ad 'Chunradum Prennerium in Mittenwalde' (c. a.* 1300) *eiusque praedium rettulit L. Steinberger l. c. novaque argumenta addidit in 'Mitt. d. Instituts f. österreichische Geschichtsforsch.'* 1912, *tom.* 33, *p.* 696 *sq. (cf. ib.* 1917, *tom.* 37, *p.* 77 *sqq.), sed linguae periti necessitudinem cum populo quodam intercedentem defenderunt; cf. v. Ettmayer, 'Zur Herkunft des Namens Brenner' (ib. XXXVII, p.* 636 *sqq.).* 8) *G. Strakosch-Grassmann l. l. p.* 387. *episcopatum Breonensem eundem atque Sabionensem fuisse contendit, id quod iam F. W. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p.* 281. *displicuit.* 9) *Greg., H. Fr. X,* 3; *Paulus, H. Lang. III,* 31.

vis illa removeretur, Langobardis tunc subdita erant[1], *etsi sub rem publicam redire vehementer desiderabant, eoque imperatorem episcopi sibi conciliare studebant, quod alias minabantur cives se defunctis ordinationes a Galliarum 'archiepiscopis' petituros esse neque a metropolitano Aquileiensi, commemorantes ea quae sub Iustiniano gesta esse supra dixi. Suggestioni illi primo loco Ingenuinus episcopus s. ecclesiae secundae Raetiae*[2] *subscripsit, quem Sabionensem fuisse constat*[3], *neque facile explicari potest, qua de causa Raetiam II, scilicet Vindeliciam*[4], *pro Raetia I. scripserit, ad quam civitas eius re vera pertinebat; nisi forte Vindelicia amissa nomen secundae Raetiae in partem primae transiit Tirolensem, id quod acute coniecit C. Planta*[5]. *Eam vero quam Ingenuinus una cum episcopis Venetis optaverat dominationem ei videre non licuit, nam Langobardis iterum barbari successerunt.*

Baiuvarii, qui Suavis ab oriente finitimi iam Iordane teste erant[6], *scilicet medio saeculo VI, eodem exeunte ad meridiem versus progressi in Sclavorum provinciam irruerunt, sed res adversas subierunt*[7], *antequam hostibus pulsis finibus illis potiri valebant. Bauzanum et reliqua castella occupaverunt, eisque comes Baiuvariorum praeerat, quocum c. a.* 680. *Alahis dux Langobardorum in Tridentina civitate constitutus conflixit*[8].

Quamvis Breones Baiuvariorum dicioni iam subditi essent, tamen viri eorum nobiles originis Romanae minime obliti sunt. Dominicus ille 'Preonensium plebis concivis'[9] *et genere et forma Romanus erat, cumque idem in Vallenen-*
p. 503. *sium partibus occurrisset Frisingensibus, *scilicet in Aeni valle, castrum Brionas vix alibi atque ad eundem fluvium quaerendum est. Breones constitutionis Romanae memoriam etiam saec. VIII. retinebant*[10], *sed nobiles illi possessores*

1) *Ep. Mauricii ad Gregorium I. a.* 591, *MG. Ep. I, p.* 22. *Cf. W. Meyer, 'Die Spaltung des Patriarchats Aquileja' ('Abh. d. Ges. d. Wissensch. z. Göttingen, phil.-hist. Klasse, N. F.' II,* 6, 1898, *p.* 7*).* 2) *Veram lectionem iterum e codice eruit Th. Mommsen l. c. p.* 191. 3) *Paulus, H. Langob. III,* 26. 31. 4) *Eugippii V. Severini c.* 15*; cf. H. Kiepert, 'Lehrbuch der alten Geogr.' p.* 367. 5) *C. Planta, 'Das alte Rätien' p.* 236. 246*; G. Strakosch-Grassmann l. l. p.* 264*; J. Egger, 'Die Barbareneinfälle in die Provinz Rätien' l. c. p.* 367. 6) *Iordanes, Getica c.* 55 *(Auct. antiq. V, p.* 130, 18*). Locus ad Cassiodori aevum spectat monente Mommsenio (l. l. p. XXXIII) neque cum Baumann ('Forsch. z. deutsch. Gesch.' XVI, p.* 239 *sq.) pro interpolatione habendus est.* 7) *Paulus, H. Lang. IV,* 10. 39. 8) *Ib. V,* 36. 9) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 37. 10) *Cf. C. Hegel, 'Gesch. der Städteverfassung von Italien', Lipsiae* 1847, *II, p.* 127. 185 *n.; J. Jung, 'Roemer und Romanen in den Donauländern', Oeniponti* 1877, *p.* 157.

Romani, qui certe non restabant nisi rari[1], *traditionem Romanam cum institutis Germanicis procul dubio copulaverant. Anno* 827/8. *Quarti[nus], cuius ad gentem fortasse spectat lapis sepulchralis Latinus Aureliae Rufinae matris Aelii Quarti[ni] repertus prope Mauls*[2], *'nationis Noricorum et Pregnariorum' (i. e. Breonorum) una cum matre Clauza, i. e. Claudia, praedia 'ad Wipitina in castello' (i. e. Sterzing) et ad Bauzanum una cum mancipiis Urso, Secundina, Mora, Marcellina, Tata monasterio 'ad Inticha, quod dicitur Campo Gelau' (hodie Innichen) dono dedit confirmavitque*[3]. *Fines linguae Romanae in his regionibus Alpinis ultra saeculum IX. latius patuerunt quam hodie atque in pago Venustico lingua forensis vel saec. XIV. Romana erat*[4], *quam procuratores etiam tunc intellexerunt, neque in superiore valle Venustica linguae Romanae nostra successisse dicitur nisi saec. XVIII*[5].

In locum Breonum nomen Innetinorum sive Vallenensium[6], *i. e. incolarum vallis Aeni, postea successisse videtur et certe actores Innetinae a Venusticae vallis*[7] *Baiuvarii distinxerunt, utque Breonibus castrum Brionas praesidio fuerat, ita Maiense castrum*[8] *in Venustica valle situm fines Baiuvariorum tuebatur, qui suos custodes ibi disposuerant. Cum nihilominus Langobardi castro postea potiti essent*[9], *portam urbis custodes eorum iam servabant*[10], *itaque 'caput Italiae' promotum erat*[7]. *Erat autem in eodem castro oratorium*[11] *sive ecclesia*[12] *beati Valentini confessoris, cuius corpus ibi sepultum erat*[13], *atque patrimonium Valentini Zenonis patrocinio fruebatur protectoris urbis Veronensis patronique in inundationibus invocati. Castrum cum ecclesia in praecipiti loco positum erat, praeterfluente Passere amne*[14], *ponteque transito, abrupta saxa montis una cum cavernis conspiciebant, quibus solis hoc latere ascendi poterat. Scopuli igitur ingentes huic urbi formam dederunt.*

1) *M. Büdinger, 'Oesterreichische Gesch.', Lipsiae* 1858, *I, p.* 93; *J. Jung l. l. p.* 218. 2) *Cf. Zoller l. c. p.* 7; *Jäger l. l. p.* 404, *n.; C. I. L. V,* 1, *n.* 5083. 3) *Cf. Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising' I, p.* 472; *p.* 62. 4) *de Ottenthal, 'Die deutsch-romanische Sprachgrenze im Vinstgau zu Ende des* 14. *Jahrh.' ('Mitt. d. Inst. f. österreich. Geschichtsforsch.' II, p.* 112 *sqq.). In reliquias nationis Romanae inter Baiuvarios dispersae diligenter inquisivit G. Strakosch-Grassmann l. l. I, p.* 385 *sqq. De nominibus locorum Romanis linguaeque eiusdem vestigiis in valle Venustica deprehensis disseruit J. Egger l. c. p.* 92. 5) *v. Hormayr, 'Werke' I, p.* 309. 6) *A. Jäger, l. l. p.* 432, *n.* 241. 7) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 15. 8) *Ib. c.* 23. 30. 43. 9) *Ib. c.* 33. 10) *Ib. c.* 37. 11) *Ib. c.* 25. 12) *Ib. c.* 38. 43. 13) *Ib. c.* 23. 14) *Ib. c.* 40.

Castrum Maiense Venusticae vallis, quod a Magia vico Curiensi differt, ad quem Mommsenius lapidem in valle Venustica repertum rettulit, sicut Breonense ita et ipsum tam funditus sublatum est, ut vel de eius situ dubitari liceat. Alii[1] *enim illud in dextera Passeris ripa ibi stetisse credunt, ubi oppidum Meran hodie cernitur, alii*[2] *in sinistra ripa, ubi hodie vicus Obermais extat ad Naif rivum situs, atque inter* p. 504. *utramque *partem certamen non incruentum exortum est. Mihi quidem res se ita habere videtur, ut natura locorum, cursus Passeris amnis praeterfluentis, abrupta ripa, locus in confinio situs Cainina, hodie Kains vel Kuens*[3]*, magis ad regionem Meran spectare videantur, dum nomen ipsum vico Mais suffragatur. Certe praedium ecclesiae Frisingensis Mais, a.* 931. *'Meies' scriptum*[4]*, ad castrum illud revocandum est, itemque Conradus sacrista a.* 1187. *castrum 'Mâise' appellavit*[5]*, quod paulo ante more vetustiore 'Mages' scriptum est*[6]*. Ecclesia 'ad Maies' sanctae Mariae sacra erat*[7]*, et sicut Tridenti ita 'Maii' mercatus habebatur*[8]*. Zenonis vero patrocinium alteri ripae magis favere videtur, in qua prope Meran mons Zenonis situs est, iam Zenoburg*[9]*, nullusque olim de altero loco cogitavit. Bartholomeus Tridentinus monachus ordinis fratrum Praedicatorum, qui c. a.* 1244. *Librum epilogorum in gesta sanctorum edidit, Valentini sepulchrum his verbis descripsit*[10] *(c.* 65*):* Fuit et tertius Valentinus episcopus, qui in ecclesia Zenonis, que sita est in monticulo super flumen Passere inter castrum Tyrolensi et villa Mays, cum sancto Corbiniano Frisingensi (ifligensi *c.*) episcopo sepultus fuit, *eique testimonia Viti Arnpeckii et Iohannis Freiberger*

1) *Dr. David Schönherr, 'Über die Lage der angeblich verschütteten Römerstadt Maja', Oeniponti* 1873*; C. Stampfer, 'Geschichte der Stadtmauern von Meran' ('Programm des k. k. Ober-Gymnasiums in Meran'), Meranii* 1888, *et 'Geschichte von Meran der alten Hauptstadt des Landes Tirol', Oeniponti* 1889. 2) *Post Roschmann l. l. Dr. B. Mazegger, 'Römer-Funde in Obermais bei Meran und die alte Maja-Veste', Merani* 1887, *p.*23, *et 'Die Geschichte der Stadtmauern von Meran, Prof. Cölestin Stampfer und die Maja-Frage', Oeniponti* 1889. 3) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 23. 25. *Ipsi regioni Maiensi locum Caininam demum attribuit interpolator V. Corbiniani B c.* 27 *(sed cf. c.* 19*), quo C. Stampfer, 'Gesch. der Stadtmauern von Meran' l. l. p.* 7. *nititur.* 4) *MG. Dipl. I, p.* 64. 5) *SS. XXIV, p.* 320. 6) *Miles quidam praedium Mages a.* 1140/7. *ecclesiae Brixinensi tradidit; cf. O. Redlich, Acta Tirolensia, Oeniponti* 1886, *I, p.* 159. 7) *Charta a.* 1237*; v. Voltelini, Acta Tirolensia II, p.* 426. 8) *Charta a.* 1236; *ib. p.* 106. 9) *C. Stampfer, 'Geschichte von Meran der alten Hauptstadt des Landes Tirol', Oeniponti* 1889, *p.* 340. 10) *Lütolf, Bartholomeus Tridentinus ('Theologische Quartalschrift, Tübingen* 1881*', LXIII, p.* 469*).*

accedunt, de quibus infra disserendum est. Utraque opinio fortasse ita inter se concilianda est, ut statuas castrum Maiense in utramque Passeris ripam se extendisse et etiam Meran vicum inclusisse[1], *qui a.* 857. *appellatur 'Mairania'*[2], *'in valle Tridentina' situs.*

Venostes ad dioecesim Tridentinam antiquitus pertinuisse etiam inde concludi licet, quod Victor II. praeses Curiensis saec. VIII. in. lapidibus sepulchralibus componendis marmor afferri iussit modo 'de Triento', modo 'de Venostes'[3], *quae nomina eundem locum significare videntur. Episcopus autem Tridentinus metropolitano Aquileiensi subditus erat. Episcopatus Tridentinus usque ad locum Forst supra Marling vicum situm protendebatur, finesque eius Athesim transgressi iuxta Passerem ita porrigebantur, ut paroecias et Mais et arcis Tirol includerent, quae cum Teriolis castello convenire videtur, cui et praefectus legionis III. Italicae transvectioni specierum deputatae et tribunus *gentis per Raetias deputatae* p. 505. *in Notitia dignitatum*[4] *attributi sunt. Iura vero capituli Tridentini episcopus Curiensis in controversiam vocavit*[5], *sicut iam olim Francorum episcopi in hanc regionem penetraverant, piique homines eidem subveniebant, praedia sua ibidem sita ei tradentes.*

IV. Pilidrudis ducissae insidiae.

Corbinianus Frigisingam in palatium deductus omnia quae secum ferebat in castro Maiensi reliquit partemque tantum

1) *Ita A. Huber, 'Beiträge zur älteren Geschichte Oesterreichs' ('Mitth. des Instituts für Österr. Geschichtsforsch.' II, p.* 370*). Etiam K. Atz, 'Über die römischen Strassen-Castelle und Standlager in Tyrol' l. l. p. LXX, de Maia disserens duo castra ad ripas Passeris sita fuisse statuit minusque Meranii ad radicem montis Zenonis extitisse, sed V. Valentini citavit dubiae fidei. De ruinis Romanis quae in hac regione supersunt novissime disputans Paul Clemen, 'Tyroler Burgen' ('Mitth. der k. k. Central-Commission zur Erforschung und Erhaltung der Kunst- u. hist. Denkmale', Vindobonae* 1893, *XIX, 'N. F.' p.* 17 *sqq.), etiam ante Romanorum tempora castra prope Meranium in monte Kuchelberg fuisse exposuit recteque monuit totam illam regionem Maiae nomine appellatam esse, quem secutus P. H. Scheffel, 'Die Brennerstrasse zur Römerzeit', Berolini* 1912, *p.* 16, *Meranium anteposuit.* 2) *A. Eichhorn, Episcopatus Curiensis in Rhaetia,* 1797, *p.* 19*; cf. J. Ladurner, 'Ursprung, Namen und Wappen der Stadt Meran' ('Archiv f. Gesch. u. Alterthumskunde Tirols', Oeniponti* 1864, *I, p.* 311*); Mühlbacher, 'Karoling. Reg.' I, n.* 1427 ². 3) *Th. Mommsen, Inscriptiones conf. Helveticae Latinae ('Mitth. der antiquarischen Gesellschaft in Zürich' X, p.* 106, *n.* 26 *sq.). Cf. A. Eichhorn, Episcopatus Curiensis p.* 18. 4) *Ed. O. Seeck p.* 200 *sq.* 5) *Hans de Voltelini, 'Beiträge zur Gesch. Tirols' ('Zeitschrift des Ferdinandeums für Tirol und Vorarlberg'), Oeniponti* 1889, *p.* 18.

comitatus sibi assumpsit[1], *eo redire vehementer cupiens, neque enim conversatio aulica ei placere poterat.*

Grimoaldus dux viduam fratris sui in matrimonium duxerat, licet talis coniunctio pro incesta haberetur[2], *qualem etiam Gregorius II. papa legatis suis in Baiuvariam euntibus scribens a.* 716. *interdixerat. Pilidrud genere praeclara genitricem suam ex Galliis secuta erat, cumque et forma decora esset et ingenio abundaret, Theodoaldo marito*[3] *defuncto, mox alterius ducis favorem sibi conciliaverat. Corbinianus autem faciem Grimoaldi ducis videre noluit, priusquam coniugem suam dimisisset*[4], *aeque ac Columbanus olim adulterinas Theuderici regis permixtiones ita abhorruerat, ut nec in regias domus devertere voluisset*[5]. *Per* 40 *dies ibi retentus, cum nihil effecisset, recessit, comitibus relictis, qui excedentes cottidie admonere non cessarent, ut ad divortium consentirent. Tandem ad promissionem sese separandi perducti paenitentiam egerunt et tunc demum Corbinianus commune cum eis in palatio sumpsit convivium. Similiter Iudacaile rex Brittanorum cum Dagoberto quondam ad prandium discumbere noluerat, 'eo quod esset religiosus et timens Deum valde'*[6].

Loci illius amoeni, cuius supra meminimus, Corbinianus recordatus ducem paenitentiam agentem facile commovit, ut vicum Caininam a possessoribus iusto pretio dato sibi emeret, atque rerum futurarum providus in regione castri Maiensis habitaculum construxit, oratorium moenibus cinxit, suscipiens praeterea curam patrimonii Valentini sibi iniunctam in monte Zenonis siti, quo imminentibus periculis se recipere posset.

Morum enim immanitas necessitudinem cum duce intercedentem facile perturbare poterat. Grimoaldus prandium comedens panem signo crucis munitum dilecto cani suo proiecit, quod Corbinianus conspiciens, indignatione commotus, tripodem dextro pede subvertit, ut argentea vasa per pavimenta cenaculi volverentur, iterumque communem cibum cum duce sumere recusavit. Pilidrud separati matrimonii non immemor invidiae fomitem eo magis accendebat, immo Corbiniano necem iam parare studebat, iramque eius depingens Arbeo verba eam fecisse narravit haec: 'hoc ob principis de-

1) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 23. 2) *E. gr. Conc. Aurelian. a.* 511, *c.* 18*:* Ne superstis frater torum defuncti fratris ascendat. 3) *Si* Waltrat *Theodoaldi nomini in Libro Confraternitatum eccl. S. Petri Salisburgensis addita (MG. Necrologia II,* 26*) uxor eius fuerit, id quod verisimile est,* Pilidruth *alteram uxorem eidem successisse opus sit, sed mirabile est eam cum Grimoaldo illos coniuges ibi praecedere.* 4) *V. Corbiniani c.* 24. 5) *Ionas, V. Columbani I,* 19. 6) *Fredeg. IV,* 78.

spectum egisse episcopum Brittanorum origine ortum'[1], *quibus veram patroni sui condicionem praeterea anxie celatam temere revelavit. Brittonibus venientibus vel falsis sacerdotibus haereticis aevo Bonifatii clerus partis Romanae bellum indixerat*[2] *atque Corbinianum ad illos pertinuisse, ut iam ante divinare licuit, ita genuinus Arbeonis textus hoc* *loco p. 506. *manifesto aperuit. Satisfactione accepta episcopus mitigatus communi mensae iterum intererat.*

Habebat quidem Corbinianus Arbeone teste (c. 27*) in villa publica Frisingensi 'domum propriam', scilicet episcopalem S. Mariae dicatam, sed cum clero suo cottidie montem vicinum ad occidentem castri illius situm frequentabat, ut in S. Stephani oratorio (hodie Weihenstephan) matutinas laudes celebraret, eundemque locum secretiorem mox ad habitandum sibi elegit, miraculis quibusdam commotus. Voces enim psallentium luminaque ex fenestris tectoque ecclesiae radiantia, odor incredibilis suavitatis ut alibi ita hic famae loci servierunt, ut iam exigua domus ad manendum iussu Corbiniani ibi construeretur, qui ministris laborantibus subveniens vel fontem baculo suo e monte elicuisse dicitur*[3] *exemplo Moysis (Num.* 20, 11*). Quare qui hodie adest fons 'Korbiniansbründl' appellatur.*

Cella igitur Corbiniani, in qua more Scottorum cum ministris suis degebat, montem propinquum prope oratorium S. Stephani occupabat, ibique multo post celeberrimum monasterium Weihenstephanense ad regulam S. Benedicti conditum est. Ecclesia autem maior Mariae sacra in ipso quo castrum situm erat monte altero orientem versus stabat[4], *ibique etiam Grimoaldus dux cum Pilidrude habitabat, quorum filius iuvenis aegrotans per mulierem rusticam carmine nefando praestigiisque saluti redditus erat. Corbinianus ad vespertinas laudes persolvendas ad Mariae ecclesiam in castrum versus pergebat, cum in mulierem illam incidit maleficiis ei iam antea suspectam, ipsamque viri comitabantur carnibus onusti vivumque animal deducentes, munera scilicet, quibus in palatio affecta erat. Iam furore commotus ex equo prosiluit, anumque propriis manibus caedens, cuncta quae ei data erant pauperibus ad portam divisit neque urbem introiit, sed domum reversus perfidiam ducissae deflebat. Haec vero cum cruentatam mulieris faciem vidisset, vitae episcopi non adeo politi*

1) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 26. 2) *Epistula Gregorii III. papae episcopis Baiuvariae et Alamanniae missa c. a.* 738; *ed. Tangl p.* 71. 3) *V. Corbiniani c.* 28. 4) *Situm locorum tabula exhibet picta apud M. Merian, Topographia Bavariae,* 1644, *ad p.* 15.

veneno insidiari conabatur neque vero maritum de illo consilio certiorem fecit, sed vicario vel subactori, qui Nino[1] *appellatur, procul dubio alteri iudici Frisingensi, post comitem locum tenenti, clam praecepit*[2], *ut collectis famulis episcopum interimeret, quando ex eadem villa recessissent.*

Recedentibus autem ad aliam villam montemque S. Stephani praetereuntibus, quidam e comitatu cum Ermberto Corbiniani fratre congressus insidias prodidit, episcopum scilicet eadem nocte a vicario interemptum iri, fraterque in montem reversus eum monuit, quare intempesta nocte ad aliam villam equo vehebatur. Adversarii domum Corbiniani crepusculo circumdantes, cum eam vacuam repperissent, cuncta everterunt. Episcopus in castrum Maiense cum clero suo se contulerat, quod Langobardi tunc tenebant, ducissae renuntians, ipsam cum suis in foveam ruituram esse, quam sibi paravisset. Grimoaldus, cum uxoris insidias audisset[3], *illum revocare nitebatur, sed is periculo mortis denuo se offerre nolebat.*

Mox res adversae adeo in domum Grimoaldi ducis ingruebant, ut nemo ex ea remanserit. Puer carus, cui mulier rustica diaboli artibus subvenerat, finem vivendi fecit; dux ipse ab insidiatoribus interemptus est. Pilidrud uxor eius Carolum principem a. 725. *in Gallias secuta est victorem e finibus Baiuvariorum reversum*[4], *eaque postea propriis facultatibus exuta egena in Italia diem supremum obiit. Tota eorum progenies pulchritudine formae insignis regno privata periit et vel vicarius ille ignominioso fine extinctus est*[5], *quo adiutore mulier usa erat.*

p. 507. **V. Hucperti ducis auspicia.*
Corbiniani mors et sepultura.

Grimoaldo defuncto successit Hucpertus dux, filius Theodeberti[6] *fratris illius neposque Theodonis, atque post Theodonem et Theodebertum in Libro confraternitatum vetustiore monasterii S. Petri Salisburgensis*[7] *Grimoaldus praecedit Theodoaldum, qui certe ante illum mortuus erat, hoc ordine disposito:* Theoto, Theotperht, Crimolt, Theodolt, Tassilo, Hucperht. *Theodebertum Paulus*[8] *ante Theodonem collocare*

1) *Vide ea quae de eo nomine ad c.* 29. *adnotavi.* 2) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 29. 3) *Ib. c.* 30. 4) *Fredeg. cont. c.* 12. 5) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 31. 6) *Notitia Arnonis, ed. W. Hauthaler, 'Salzburger Urkundenbuch' I, Salisburgi* 1910, *p.* 6. 7) *MG. Necrologia Germaniae, ed. S. Herzberg-Fränkel II, p.* 26. 8) *Hist. Langob. VI,* 21. 35. 43 *et* 44.

videtur, unde quidam[1] *ad coniecturas temerarias confugerunt, regnumque eius in Brevibus Notitiis*[2] *inter Theodonis interpositum est, qui infirmans filio suo ducatum Baiuvariae commendasset, ita ut deinceps Theodonis acta ad Theodebertum referantur. Thassilo si filiis Theodonis quartus adnumerandus sit, tamen parum constat, utrum regnaverit*[3] *necne, neque in ducatu Frisingensi inter Grimoaldum et Hucpertum tertius locum habet neque cum quadrifaria Theodonis divisione inter se filiosque ille convenire videtur.*

Hucpertus regnum iniens Corbinianum summo honore affectum ex castro Maiensi revocavit revocatumque tanti existimavit, ut sacro fontis lavacro eum sibi coniungeret[4]. *Quod quomodo intellegendum sit, parum patet, cumque difficile creditu sit, Hucpertum Theodonis nepotem nondum baptizatum esse, Corbinianus fortasse prolem eius de fonte suscepisse putandus est, sicut Secundus episcopus Tridentinus Agilulfi regis filium*[5]. *Hucperti uxori nomen fuisse videtur Rattrud*[6].

Hucperti sororem Guntrut Liutprandus rex Langobardorum in matrimonium duxerat, qui apud Theodebertum patrem eorum adulescentulus exulaverat, isque initio regni sui (ex a. 712*)*[7] *plurima Baiuvariorum castra ceperat*[8] *cum alia tum Maiense, unde fortasse recte conclusum est, simultates quasdam inter Grimoaldum et Hucpertum intercessisse*[9]. *Ad Liutprandum Paulo teste magis orationibus quam armis fisum Corbinianus octavo die ante obitum suum Ermbertum fratrem suum germanum misit*[10], *ne patrimonium Maiense sibi eriperet utque eius permissu corpus suum, quod beato Valentino vivus deputasset, ibidem sepeliretur. Mortis praescius etiam ab Hucperto duce petivit, ut cadaver suum eo deferendum curaret, quo vivus pollicitus esset, cumque omnia praeparasset, balneo lotus tonsusque et veste indutus primo sacrificium ut solebat Deo obtulit, deinde domum ingressus modicum vini sumpsit, antequam finem vivendi fecit*[11].

Nomen eius die 8. Septembris codici Salisburgensi (hodie Monacensi lat. n. 15818*) Martyrologii Bedani scripto saec. IX,*

1) *B. Sepp, 'Die bayerischen Herzoge aus dem Geschlechte der Agilulfinger und die falschen Theodone' ('Oberbayerisches Archiv f. vaterl. Gesch.' L, p.* 16*).* 2) *Ed. W. Hauthaler l. l. p.* 21. 3) *S. Herzberg-Fränkel, 'Über das älteste Verbrüderungsbuch von St. Peter in Salzburg' ('N. Arch.' XII, p.* 66*).* 4) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 32. 5) *Paulus, Hist. Lang. IV,* 27. 6) *MG. Necrol. II, p.* 26. 7) *L. Bethmann et O. Holder-Egger, 'Langobardische Regesten' ('N. Arch.' III, p.* 245*).* 8) *Paulus l. c. VI,* 58. 9) *Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p.* 80. 10) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 33. 11) *Ib. c.* 34.

sed postea interpolato, illatum est[1]*:* VI. Id. Sep. Corbiniani confessoris, *scilicet ipso nativitatis Mariae die, quo etiam dedicatio ecclesiae maioris Frisingensis eidem dicatae celebrabatur, atque inter Notas necrologicas ecclesiae maioris Frisingensis post a.* 983. *compositas utrumque festum ita coniunctum est*[2]*:* VI. Id. Sept. S. Corbiniani atque dedicatio eius ecclesiae.

p. 508. **Corbinianus in ecclesia beatae Mariae sepultus est, donec uterque legatus redisset*[3], *cumque mense transacto tandem corpus Frigisinga amoveretur, Magata puella*[4] *se gloriabatur, episcopi defuncti concubinam se fuisse, id quod per ludum et iocum dixisse dicitur, sed talia ne hoc quidem modo de Columbano umquam dicta esse credam, a cuius simplicitate etiam reliqui eius mores haud parum distabant. Corpus eius per pagum Vallenensium et per plebem Breonensium usque ad castrum Maiense perductum est. Ministri episcopi cum ad portam 'urbis'*[5] *a custodibus repulsi essent, qui dolum insidiasque suspicarentur, litteris Liutprandi regis Ticino advenientibus, quibus corpus summo honore suscipi iubebatur, illud in ecclesia Valentini cum magna reverentia humo tradiderunt*[6]. *In monte S. Stephani Frisingensi deficiente fonte quem dixi humus per* 40 *annos arida remansisse dicitur, donec corpus reportatum esset, cumque translationem a.* 765. *factam esse infra demonstraverim, sequitur Corbinianum a.* 725. *diem supremum obiisse vel paulo post, si numerum rotundum ut in V. Hugberti*[7], *ita in Corbiniani liberius interpretari licet.*

VI. Bonifatius vicarius apostolicus et Ermbertus episcopus Frisingensis.

Corbiniano defuncto Eremvulfus apud Hucpertum ducem et in ecclesia Baiuvariorum aliquid valebat, qui item a Scottorum parte stetisse videtur et certe cum consuetudinibus ecclesiae Romanae parum conveniebat, nam a sectatoribus earum inter haereticos numerabatur[8]. *Bonifatius eum schismaticum iuxta canonum decreta damnans abiecit populumque ab eius secta liberavit. Idem perficienda suscipiens ea, quae Theodone duce quondam incepta erant, paucis annis,*

1) *H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge', Parisiis* 1908, *p.* 30. 2) *A. Lechner, 'Mittelalterliche Kirchenfeste u. Kalendarien in Bayern', Friburgi* 1891, *p.* 19*; MG. Necrologia III, p.* 81. 3) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 35. 4) *Ib. c.* 36. 5) *Ib. c.* 37. 6) *Ib. c.* 38. 7) *V. SS. rer. Merov. VI, p.* 304. 8) *V. Bonifatii auct. Willibaldo c.* 6 *(ed. W. Levison p.* 36*).*

postquam ille Romam advenit, i. e. a. 719[1], a Gregorio II. papa auctoritatem acceperat ad gentes quascumque infideles properandi, ut Germaniae populos praedicationis causa inspiceret[2], reversusque per praerupta Alpium iuga etiam Baiuvariorum fines peragraverat. Episcopus autem propter multitudinem paganorum conversam die 30. Novembris seu natali Andreae ordinatus, qui a. 722. cum die lunae conveniebat, cum dominicus a sede apostolica legitimus[3] ordinationis episcopalis dies sanctus esset, simile mandatum apostolicum a papa acceperat, quod legati apostolici a. 716. ab eodem[4]. Sacrum pallium Gregorius III. papa, alterius successor, ea condicione ei c. a. 732. concesserat, ut inter archiepiscopos censeretur[5] et ius praedicationis exerceret et episcopos ordinaret. Pallio ornatus hacque potestate praeditus Bonifatius Hucperti ducis terras adiit multasque ecclesias visitans Eremvulfum exauctoravit.

Gregorius III. papa Bonifatio tertio Romam profecto mandatum c. a. 738. renovavit[6] episcopisque in provincia Baiuvariorum et Alamannia constitutis praecepit, ut norma catholicae ecclesiae suscepta non solum gentilitatis ritum, sed etiam doctrinam Brittonum falsorumque sacerdotum abicerent, utque conciliis interessent, ubicumque terrarum Bonifatius ea instituisset[7]. Unus autem Vivilo (Phyphylo) Pataviensis, quem papa ipse aliquot annis ante ordinaverat, ex omnibus ad quos idem tunc scripsit episcopis approbandus erat, itaque Bonifatio vicario apostolico haud pauca a. 739. ad veram fidem renovanda erant Baiuvarios extra ordinem ecclesiasticum viventes visitanti, auctore *Odilone duce, qui Hucperti[8] p. 509.
successor ducatum interim acceperat. Expulsis falsis epi-

1) S. Bonifatii et Lulli epistolae, ed. Tangl p. 17. 2) V. Bonifatii l. c. c. 5 (ed. W. Levison p. 22). 3) L. Thomassinus, Vetus et nova ecclesiae disciplina, Lugduni 1705, II, l. 2, c. 12, n. 10 sqq. Annus 721, quo dies 30. Novembris dominicus erat, nullo modo conciliari potest cum numeris traditis, quos novissimus expendit M. Tangl, 'Die Briefe des h. Bonifatius' ('Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' 92) p. 11; cf. 'N. Arch.' XL, p. 743 sqq. 4) V. supra p. 101. 5) Gregorii III. ep. ad Bonifatium, ed. Tangl p. 49; V. Bonifatii c. 6 (p. 35). 6) Gregorii III. epistula ad omnes episcopos, presbyteros, abbates, ed. Tangl, p. 67. 7) Eiusdem epistula ad episcopos in provincia Baioariorum et Alamannia constitutos, ed. Tangl p. 70 sq. 8) Neque vero Hucperti filius erat; cf. W. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p. 183; Th. Breysig, 'Jahrb. d. fränk. Reiches' p. 89; M. Fastlinger, 'Die wirtschaftliche Bedeutung der Bayerischen Klöster in der Zeit der Agilulfinger', Friburgi 1903, p. 9; Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p. 504[3]. Odilonis neptis Sunnichildis concubina Caroli principis erat, quam una cum Pilitrude a. 725. ex Baiuvaria abduxerat.

scopis et inprimis Brittonibus vagantibus, totam provinciam consentiente duce in quattuor dioeceses divisit singulisque singulos praefecit episcopos rite ordinatos. Ecclesiae Frisingensi Ermbertus Corbiniani frater tunc praepositus est episcopus[1]. *Hierarchia Romana instituta, provincia Baiuvariorum in bonum ordinem redacta et ab ecclesia Francorum fere seiuncta est, ita ut consilium a Gregorio II. a.* 716. *conceptum per Bonifatium iam ad effectum adductum esset. Eidem Zacharias papa a.* 744. *non solum ius praedicationis in Baiuvariorum provincia confirmavit, sed etiam omnem Galliarum provinciam apostolica vice iniunxit*[2], *ut scilicet spirituali auctoritate reformaret, quicquid christianae religioni vel canonum institutis contrarium ibi repperisset*[3].

Ermbertus primus episcopus Frisingensis ad normam ecclesiae Romanae rite ordinatus, qui ecclesiam S. Haimhrammi in vico Helphindorf dedicavit[4], *in Necrologiis Kal. Ian. celebratur et in Weihenstephanensi*[5]:

Erimbertus Frisingensis eps.,

et in Notis ecclesiae maioris Frisingensis[6] *(saec. XI):*

Erimbertus secundus huius sedis episcopus obiit, *et*
Erambertus Frig. eps. ob.

Ioseph successor eius ultimum locum in tertia serie episcoporum defunctorum Libri confraternitatum monasterii S. Petri Salisburgensis occupat[7].

VII. Anni primorum episcoporum Frisingensium ducumque Baiuvariorum.

Anni episcoporum Frisingensium ex annis ducum Baiuvariorum concludendi sunt, quos chartis traditionum Frisingensium subscriptos novissimus editor non semper recte definisse mihi videtur.

Odilo dux, qui ante a. 739. *Hucperto succedens Chiltrudem filiam Caroli principis defuncti (†* 741*) auctore Sunnichilde nepte sua in Baiuvariam confugientem in matrimonium*

1) *V. Bonifatii c.* 7 *(p.* 38*)*: secundus Erembercht, qui Frigisingensi ęcclesiae superspeculatoris tenuit principatum. *Cf. Gregorii III. ep. ad Bonifatium a.* 739. *datam, ed. Tangl, p.* 72. 2) *Zachariae ep. ad Bonifatium, ed. Tangl p.* 108. 3) *Cf. O. Fischer, 'Das Legatenamt des Bonifatius und seine Mission unter den Sachsen' ('Forsch. zur Deutschen Gesch.',* 1886, *XXVI, p.* 646*)*. 4) *Charta a.* 772, *ed. Theodorus Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising', Monachii* 1905, *tom. I, p.* 79 *('Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Gesch. N. F.' tom. IV); supra p.* 5. 5) *MG. Necrologia III, p.* 203. 6) *Ib. p.* 79. 84. 7) *Herzberg-Fränkel, 'N. Arch.' XII, p.* 69*; sed cf. p.* 68.

duxerat atque contra fratres ipsius Carlomannum et Pippinum a. 743. *rebellaverat*[1], *computante calculatore scrupuloso comite Hundt*[2], *die* 18. *Ianuarii a.* 748. *defunctus est, ideoque charta Frisingensis 'anno XII. Oatiloni ducis' die* 12. *Februarii data anno* 748.[3] *attribui nequit, sed annus* 747. *ad Hundtii calculum retinendus est,* p. 510. **quodque eam Tassilo, filius Odilonis*[4], *his verbis confirmavit:* Et post haec ego Tassilo dux Baioariorum hanc epistulam confirmavi propria manu, *neque Odilonis signum inter subscriptiones deprehenditur, tamen haec traditio facta est 'in manus Ioseph episcopi in praesentia Oatiloni ducis' neque eo defuncto atque confirmatio Tassilonis verbis 'post haec' ad tempus posterius refertur in finem transponenda, quem locum alibi occupat*[5]. *Si Odilo mense Februario a.* 747. *duodecimum regni annum agebat, a.* 736. *primus eiusdem annus erat neque a.* 737. *ducatum iniisse potest, sicut B. Sepp et Bitterauf statuerunt. Si autem Ioseph episcopatui Frisingensi a.* 747. *mense Februario praeerat, Ermbertum decessorem eius non post Kal. Ian. eiusdem anni e vivis excessisse oportet.*

Ad eundem calculum vetustissima charta traditionis Frisingensis die 12. *Septembris anno VIII. 'Oatilonis' data 'ad domum sanctae Mariae semper virginis in loco Frigisinga, ubi Ermbertus episcopus sacerdos praeesse dinoscitur', cum Hundtio iterum a.* 743. *restituenda est, quam Bitterauf in annum insequentem temere rettulit. Certe Tassilo a.* 741. *natus*[6] *a mense Ianuario a.* 748. *ducatum suum auspicabatur, quodque Zacharias papa Odilonem Kal. Mai. a.* 748. *regnasse credidit*[7], *mors eius monente Hundtio Romae tunc nondum nota erat, novaque quam tarde tunc Romam pervenerint, supra vidimus (p.* 103*).*

Iosephus episcopus Frisingensis, cuius memoria die 17. *Ianuarii celebrabatur*[8], *cum a.* 763, *die* 29. *Iunii hortator*

1) *Cont. Fred. c.* 25 *sq.* 2) *Friedrich Hector comes Hundt, 'Über die Bayerischen Urkunden aus der Zeit der Agilolfinger' ('Abhandl. d. hist. Kl. der Bayrischen Akad. d. Wissensch.', Monachii* 1873, *XII, p.* 168; *cf. E. Mühlbacher, 'Regesten unter den Karolingern' I, p.* 30². 3) *Ita Bitterauf, l. l. I, p.* 28; *cf. p. LVII.* 4) *Notitia Arnonis, ed. W. Hauthaler l. l. p.* 7. 5) *Charta Frisingensis a.* 757, *ed. Bitterauf I, p.* 37. *Traditio rei dominicae acquisitae consensu ducis egebat; cf. H. Brunner, 'Die Landschenkungen der Merowinger und der Agilolfinger' ('SB. d. Akad. d. Wissensch. zu Berlin'* 1885, *p.* 1185*).* 6) *Cf. E. Mühlbacher, 'Reg.' I, p.* 30. 7) *S. Bonifatii et Lulli epistolae, ed. Tangl, p.* 178; *cf. 'N. Arch.' XLI, p.* 61. 8) *Notae Necrologicae eccl. mai. Frisingensis (MG. Necrologia III, p.* 79. 84*): Necrologium Weihenstephanense (ib. p.* 204*).*

fuisset ad monasterium Scarantiense (hodie Scharnitz ad radices Karwendel montis) condendum[1], *quod Reginpertus cum aliis rebus tum villis in pago Vallenensium sitis instruxerat et dioecesis 'inconiacentis' Frisingensis episcopo subiecerat, non ante diem* 17. *Ianuarii a.* 764.[2] *obiit, cumque iam die* 7. *Maii a.* 765. *successor eius publicam synodum seu placitum Frigisingae convocasset*[3], *praeterea tantum de hoc anno cogitari potest, cui M. Fastlinger*[4] *mortem eius attribuit, dum inter utrumque haesitat Hundtius*[5].

VIII. Translatio Valentini Pataviam, Corbiniani Frigisingam.

Valentini corpus Langobardi e castro Maiensi ablatum in urbe Tridentina sepulturae interim tradiderant, sed Tassilo dux Baiuvariorum, qui Liutbergam filiam Desiderii regis Langobardorum in matrimonium duxit, sedente Iosepho episcopo Frisingensi in patriam idem rettulit relatoque 'meliorem insulam'[6] *designavit, sepulturam in domo et ecclesia episcopi parans. Cum urbis nomen Arbeo memoriae non tradiderit, alter biographus B eius textum supplens et Iosephi nomen expungens Pataviam civitatem, hodie Passau, nominavit, et situs oppidi inter Aenum et Danubium constituti*[7] *cum insula comparari poterat. Ecclesia Pataviensis anno primo Odilonis ducis transacto aedificata et a Vivilone consecrata erat, si nota vetusta*[8] *ad eam referenda est, quae ad eccle-*
p. 511. **siam quandam S. Mariae spectat; illa vero S. Stephano sacra erat, eiusque ante fores Valentinus in tumulo postea quiescebat*[9], *cuius etiam nomen eadem adsumpsit, sicut ex chartis a.* 774. *aut postea datis intellegitur. Ad hanc translationem festum referendum est die* 4. *Augusti Calendario Salisburgensi saec. XI. illatum*[10]*:* Translatio Valentini conf. *Annus vero, quo eadem facta est, accuratius definiri nequit*[11].

1) *Bitterauf l. l. p.* 47. 2) *Ita Bitterauf l. l. p.* 48. 3) *Ib. p.* 51. 4) *Max Fastlinger, 'Das Todesjahr des Hl. Korbinian' (v. Deutinger, 'Beiträge zur Geschichte, Topographie und Statistik des Erzb. München und Freising. Fortgesetzt von Specht', Monachii* 1901, *tom. VII, 'Neue Folge' I, p.* 52*)*. 5) *'Jahresbericht des hist. Vereins von Oberbayern'* 1881/2. *XLIV. et XLV, p. XIII.* 6) *V. Corbiniani c.* 41. 7) *Eugippii V. Severini c.* 19 *(ed. Mommsen p.* 29*)*. 8) *Mon. Boica XXVIII,* 2, *p.* 53. 9) *Mon. Boica XXVIII,* 2, *p.* 7*:* ad altarem beati Stephani martyris Christi, itidem confessore sancto Valentino in Batabis civitate in tumulo quiescente. 10) *A. Lechner, 'Mittelalterliche Kirchenfeste u. Kalendarien in Bayern', Friburgi* 1891, *p.* 135. 11) *Neque enim M. Fastlinger, 'Das Todesjahr des Hl. Korbinian' l. l. p.* 52 *sqq. annum* 764. *probasse mihi videtur, argumentis*

Corbiniani corpus cura et decore carens et etiam lumine paupertatis causa saepe privatum in castro Maiensi remanserat, quod occasione matrimonii Tassilonis cum Liutberga Baiuvariis cum aliis castris, quae Langobardi eis olim eripuerant, redditum esse fortasse recte coniecerunt[1]. *Arbeo*[2] *Iosepho defuncto sedem Frisingensem nactus, cum patrono cui a pueritia adhaeserat debitos honores tribuere minime posset, corpus eius Frigisingam reducere vehementer desiderabat, sed voluntatem defuncti violare parum tutum esse poterat, qui*

satis imbecillis usus. Cavere oportet Vitam et Translationem Valentini a Bollando et Henschenio editam, AA. SS. Ian. I, p. 1094*sqq., cuius auctor tabula plumbea usus vult esse vetustate et terrae putredine partim diruta, quae occasione tertiae translationis a.* 1120 *(a.* 1090. *in codice legebatur) iuxta corpus Valentini inventa esset, neque vero sanioribus criticis (veluti F. W. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 220*; E. Dümmler, 'Piligrim von Passau' p.* 7*sq.; J. Friedrich, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 338*) de fide sua persuasit, perspicientibus haec conficta esse ad Valentinum Pataviae civitati episcopum vindicandum, quacum non coniunctus erat nisi translatione. Auctori mendaci Valentini missionem apostolicam describenti Corbiniani res gestae ante oculos versabantur, a quo corpus illius Maiis 'in suam civitatem' relatum esse finxit. Nostris diebus haec figmenta meliorem opinionem sortita sunt apud Nirschl, 'Der heilige Valentin erster Bischof von Passau und Rhätien', Magontiaci* 1889, *Vita illa usum, quasi de tabula saec. V. ageretur, et G. Ratzinger, 'Forschungen zur Bayerischen Geschichte', Campoduni* 1898, *p.* 438, *tabulam de altera translatione interpretatum, quam a.* 768. *factam esse tunc existimavit, isque ad auctoritatem J. Jung appellavit, qui minime ea scripsit, quae ei supposita sunt, et vocabulum 'montana' non solum in V. Corbiniani (A c.* 23*; B c.* 17*) occurrit, sed etiam auctoribus saec. XII, veluti Nicolao (SS. rer. Merov. VI, p.* 420, 1*) notum erat. Acriore iudicio usus in rectum cursum rediit A. Seidler, 'Die Bleitafel im Sarge des hl. Valentin', 'Veröffentlichungen aus dem Kirchenhist. Seminar München, III. Reihe' n.* 1, 1907, *p.* 254—274, *cuius argumentis in universum assentiri possum.*

1) *M. Büdinger, 'Österreichische Geschichte' I, p.* 108*; S. Abel, 'Jahrb. d. Fränk. Reiches unter Karl d. Gr.' ed. Simson (*1888*) I, p.* 59[2]*; S. Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p.* 154*; A. Huber, 'Beiträge zur älteren Gesch. Österreichs' ('Mitth. des Instituts f. Österr. Geschichtsforsch.' II, p.* 370*).* 2) *'Arbeo' nomen in vetustissimis chartis Frisingensibus inde ex a.* 747 *(Bitterauf l. c. p.* 28*) scriptum est vel 'Arbio' (ex a.* 754, *Bitterauf p.* 34*), rarius 'Arpio' (a.* 764—7. 769. 815, *Bitterauf p.* 49. 60. 288*), quod Latine vertitur Heres (Goth. 'arbi' = hereditas, 'arbja' = heres; cf. Förstemann, 'Altdeutsches Namenbuch' I, col.* 141[2]*), atque nomine Latino auctor se ipsum appellavit in V. Corbiniani, itaque in chartis persaepe nominatur, in una a.* 757 *(Bitterauf p.* 36*) vel cum hac interpretatione:* Heres id est Arbeo. *Apud posteros vero forma 'Aribo' praevalebat, quae fortasse ex radice pendet longe diversa, eamque Catalogi episcoporum Frisingensium saec. XII. sqq. exhibent, SS. XIII, p.* 356. *De nomine Graeco Cyrini, quo auctor in V. Haimhrammi utitur, vide ea quae disserui supra p.* 6.

corpus suum vivus Valentino deputavisset, quamvis interim ablato. Neque sacerdotes dioeceseos Frisingensis, quos episcopus haesitans ad concilium convocavit, gravissimam rem decidere audebant, sed cum Arbeone convenerunt, ut triduano ieiunio indicto praesagio divino relinqueretur, quid agendum esset. Cum mox visiones non solum septem e sacerdotibus Frisingensibus, sed etiam Sindperto episcopo, scilicet Ratisponensi, apparuissent, res ad suam voluntatem decisa esse Arbeoni videbatur, isque ad Tassilonem ducem profectus ei proceribusque desiderium suum exposuit, qui una voce constituerunt, ut corpus reportaretur. Misit igitur Arbeo ad
p. 512. Maiense castrum, qui monumento aperto *sarcophagum terra eruerent[1], agminique montes transgresso episcopus ipse cum plebe ad Aeni portum occurrit[2]. Sepulchrum Corbiniani ecclesiae S. Mariae Frisingensi novum splendorem acquirere poterat miraculaque patrata liberalitatem fidelium excitaverunt.

Concilium sacerdotum Frisingensium, in quo de Corbiniano reducendo agebatur, idem procul dubio est atque synodus illa publica seu placitum ineunte Arbeonis episcopatu, scilicet a. 765. die 7. Maii, ad Frigisingam condictum, et sane tunc tres diaconi et quattuor clerici cum episcopo suo ad 'domum sanctae Mariae' convenerant praeter laicos, inter quos tres comites enumerantur. Poapo vir nobilis, qui hereditatem suam domui sanctae Mariae tunc tradidit, usum et fructum sibi filiisque suis reservavit, ita ut rem post obitum eius 'rector, qui tunc tempore ipsi monasterio sanctae Mariae ad gubernandum praeesset, in suam faceret revocare dominationem'[3]. Erat igitur cum ecclesia maiore monasterium quoddam coniunctum, cuius in chartis Iosephi episcopi mentio non fit, et quaeritur, num Arbeo ipse idem instituerit. S. Mariae iam die 5. Novembris a. 765. patrocinium 'Christi confessoris Corbiniani' (in litura scr.) accesserat[4], qui etiam a. 767. una cum illa commemoratur[5]. Anno autem 769. die 24. Februarii ipsius nomen ita praevalebat, ut traditio[6] quaedam 'ad sepulchrum sancti Corbiniani confessoris Christi in loco Frigisingas' facta sit, 'ubi ipse pretiosus in corpore humatus esse cernitur', vel 'ad domum sancti Corbiniani', utque donator constitueret, ut rem post obitum suum 'rector, qui tunc monasterium sancti Corbiniani ad gubernandum haberet, in suam faceret revocare dominationem'. Dedicatio ecclesiae maioris, quae etiam postea S. Mariae et S. Corbi-

1) Arbeo, V. Corbiniani c. 43. 2) Ib. c. 44. 3) Bitterauf l. l. I, p. 52. 4) Ib. p. 53. 5) Ib. p. 54. 6) Ib. p. 59.

niani, haud raro vero solius S. Mariae nomine nuncupabatur. ipso die nativitatis eiusdem celebrabatur[1], sicut supra monui[2]. Cum autem anno 765. eodem, quo synodus celebrata est, Corbiniani nomen in titulo ecclesiae primum appareat, ipsam corporis translationem eodem factam esse oportet. 'Translatio S. Corbiniani' die 20. Novembris Breviario Frisingensi saec. XIII/XIV. illata est[3], qui dies cum charta a. 765. die 5. Novembris data haud facile conciliandus est, unde M. Fastlinger[4] coniecit, etiam translationem Corbiniani primo cum die nativitatis S. Mariae coniunctam esse, id quod probari nequit. Annum vero 765. idem recte computasse mihi videtur.

IX. Arbeonis episcopi Frisingensis vita.

Arbeo Corbiniani corpore translato quam maximas opes ecclesiae Frisingensi affluere vidit honorque debitus paupertate finita novo patrono ad sepulchrum eius iam impendebatur cum ab aliis tum ab episcopo ipso, qui procul dubio in eadem regione Maiensi natus[5] iam in pueritia patrocinium eius expertus erat hocce modo. Cum enim *puer parvulus nocte p. 513.
sollemnitatis eius, scilicet diei 8. Septembris, iuxta muros ecclesiae Valentini incaute decurrisset pedeque lapsus e praecipitio castri devolutus esset, saxo cuidam adhaesit, fluctibus Passeris amnis ad latus montis intumescentibus, cumque pontem transgressi eum conspexissent, arreptis funibus per saxorum cavernas usque ad iacentem ascendentes, illaesum eum reppererunt atque ad pristinam stationem deportaverunt[6].

Quibus auspiciis cum puer accrevisset, Ermberto a. 739. episcopo Frisingensi instituto ad enutriendum traditus est[7] et fortasse clericus inferioris ordinis[8] traditioni cuidam ecclesiae S. Mariae Frisingensi concessae intererat[9]; postea pres-

1) Charta a. 817; ib. p. 324. 2) Supra p. 116. 3) A. Lechner, 'Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern' p. 85. 4) M. Fastlinger, 'Das Todesjahr des Hl. Korbinian' l. l. p. 7. 5) Neque obstat, quin Heres episcopus parentelae nexibus coniunctus esset cum Alpun matrona alodem in vico Langenpettenbach possidente (charta Frising. a. 772; ed. Bitterauf l. l. p. 72), quo loco nisus comes F. H. Hundt ('Jahresbericht des histor. Vereins von Oberbayern' 1881/2, XLIV. et XLV, p. VII) eius patriam haud procul a castro Frisingensi sitam fuisse coniecit, nam virum tantae nobilitatis, quanta episcopo Frisingensi conveniret, inter nobilissimas illius provinciae familias parentes habuisse vix mirabile est. Aribo nobilis quidam vir c. a. 1020. Frigisingam veniens pro animae suae episcopique eiusdem civitatis remedio, in loco, cui Kiehna (hodie Kains) nomen erat, unam aream tradidit (cf. J. Zahn, 'Codex diplom. Austriaco-Frisingensis' XXXI, p. 58). 6) Arbeo, V. Corbiniani c. 40. 7) Ib. c. 30. 8) F. W. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p. 259. 9) Bitterauf l. l. p. 29.

byteri[1] seu archipresbyteri[2] munere functus iussu episcopi inde ab a. 754. ad a. 763. chartas donationum scripsit eisque testis subscripsit, quin immo Tassilonis ducis iussu eiusdem generis chartam a. 759. exaravit[3]. Archipresbytero suo Iosephus episcopus ecclesiam S. Petri una cum coenobio in solitudine Scarantiensi a Reginperto conditam et ecclesiae S. Mariae Frisingensi adiunctam a. 763. regendam tradidit[4].

Episcopus ordinatus Arbeo 'ex ore' suo chartas conscribi iussit, scilicet se dictante[5], eoque sedente formula Romanorum hac: sub die consule oscitanter adhibita notarii Frisingenses crebrius utebantur[6], quae eodem archipresbytero praesente a. 759. primum adhibita est[7]. 'Pastor ac medicus animarum'[8] oves suas consolatus memoriam earum in domo Dei perpetuo se confirmaturum esse promisit, si hereditates suas ecclesiae S. Mariae Frisingensi traditurae essent, atque aerarium eiusdem ecclesiae et implebat et ab impetibus defendebat, ne patrimonia sanctorum a fidelibus christianis tradita ignavia et neglegentia dilacerarentur[9].

Non solum villas agrosque collegit, sed etiam ecclesiis inhiabat, quae ut erant bonis ditatae, ita inter possessiones medii aevi haud infimum locum tenebant, neque praeter auri sacram famem ne ecclesiasticis quidem rebus parcentem studium altius ad hanc naturam explicandam praesumere opus est, quasi episcopus sua iura dilataturus ecclesias proprias privatorum cum ecclesia maiore coniungere studuisset[10]. Haud raro in ipsa dedicatione ecclesiarum cum conditoribus pactum est, ut illae post mortem eorum ecclesiae S. Mariae Frisingensi obvenirent, eoque modo acquisitae sunt ecclesiae S. Valentini et in Chrakinachrae (hodie Kronacker, BA. Wasserburg) a. 768. ab Arbeone dedicata[11] et in Altunhusir (hodie Altenhausen, BA. Freising) a. 772.[12] tradita. Corbiniani patrocinio fruebatur ecclesia Erkanperhti a. 774. acquisita, quam idem Arbeo dedicaverat[13], et oratorium in villa Reichertshausen a. 779. episcopatui traditum[14]. Ecclesiam S. Petri

1) A. 755 (ed. Bitterauf l. l. p. 35). 757 (p. 37). 758 (p. 39). 759 (p. 42). 760 (p. 43, charta eadem, quam n. 2. citavi). 2) A. 754 (ed. Bitterauf l. l. p. 34). 757 (p. 36). 759 (p. 41). 760 (p. 43). 763 (p. 48). 3) Ed. Bitterauf l. l. p. 42. 4) Ib. p. 48. 5) H. Brunner, 'Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urk.', Berolini 1880, p. 250. 6) Brunner l. l. p. 252. 7) Bitterauf I, p. 41. 8) Charta Poaponis viri nobilis a. 765; ed. Bitterauf I, p. 51. 9) Charta a. 773. data; Bitterauf l. l. p. 87. 10) Ita G. Ratzinger, 'Forsch. zur Bayerischen Geschichte' p. 505; cf. U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I, 1, 1895, p. 205 sqq. 11) Bitterauf l. l. p. 56. 12) Ib. p. 76. 13) Ib. p. 94. 14) Ib. p. 114.

ad Wirmam (hodie Würm) Kerolt presbyter a. 772—780. *eidem dono dedit, a Iosepho episcopo iam dedicatam*[1].

Passionem Haimhrammi Arbeo c. a. 772. *litteris mandabat*[2] *eodemque anno mense Augusto in urbem Ratisbonensem profectus est, ubi in ecclesia eiusdem martyris locum* **Ilminam (hodie Ilmmünster) ecclesiae S. Mariae et corpori* p. 514. *beati Corbiniani dono datum accepit*[3]. *Anno post, scilicet a.* 773, *die* 30. *Augusti, apud Tassilonem ducem in villa Eitrah (hodie Aiterhofen) versabatur, ubi Humperht villam Sweinpah ecclesiae S. Mariae et sepulchro Corbiniani pro eodem duce parentibusque eius, scilicet Otilone et Hildrude, tradidit*[4], *et biduo ante duce consentiente in villa publica Thinolfingas (hodie Dingolfing) aliam hereditatem ecclesiae suae comparaverat*[5].

Communis autem opinio est, gratia principis Arbeonem extremis episcopatus sui annis caruisse, qua re ecclesia Frisingensis damna haud parva passa esset. Tuti Graecus vel potius Dobdagrecus[6] *advena episcopus Scottus idem, quo Virgilius Salisburgensis utebatur, paroeciam cum ecclesiis ecclesiae S. Mariae iniuste eripuerat et monasterio Chiemseensi addiderat, quoad demum a.* 804. *iudicibus Karoli imperatoris intercedentibus partem praedae reddidit*[7]. *Quod loco episcopi Scotti Tassilonem ducem et Liutpergam uxorem eius ecclesias episcopatui Frisingensi abstulisse in altera eiusdem pacti recensione legitur, qui invidia in Arnonem flagrassent, quasi Karolo et Francis fidelior esset quam sibi, hic textus cum in solo codice posteriore traditionum Frisingensium a Chunrado a.* 1187. *collecto extet, interpolationis suspectus esse potest. Res proprias domus S. Mariae in monasterium Chiemseense tempore Liutpergae ducissae conversas esse*

1) *Bitterauf l. l. p.* 82. 2) *Supra p.* 6. 3) *Bitterauf I, p.* 75. 4) *Bitterauf l. l. p.* 90. 5) *Ib. p.* 89. 6) *In Annalibus Laureshamensibus (SS. I, p. 24) de* Dubdecris (Buddecris *Ann. Mos., SS. XVI, p.* 494) *abbate a.* 726. *mortuo relatum est, quod nomen licet apud A. Holder, 'Alt-Celtischer Sprachschatz' I. frustra quaesiverim, tamen similia ibi extare videntur, atque* Grecus *fortasse ex* -cris *depravatum est, scilicet altera nominis parte, quae nescio an ex* -reix, -rix, *gen.* -rigis *pendeat, certe cum lingua Graeca non cohaeret, id quod F. W. Rettberg l. c. II, p.* 234, *et A. Hauck l. c. I, p.* 569[3]. *statuerunt, licet verum rationem Wattenbachius iam perspexisset, SS. XI, p. 6, n.* 7) *Bitterauf l. l. p.* 183. *Arn a.* 804. *concordiam inter litigantes composuit, ereptae vero erant ecclesiae illae multo ante, quod cum non animadvertissent decessores mei, aut duos Dobdagrecos statuerunt in eadem regione fuisse aut unum plus quam dimidium saeculum episcopatu functum esse.*

altera quoque charta testatur a. 816. *data*[1], *cuius textum etiam Cozroh confirmat vetustissimi traditionum codicis auctor.*

Nec ad Tassilonis odium postrema Arbeonis fata referenda sunt, qui cum die 15. *Decembris a.* 35. *Tassilonis, i. e.* 782. *p. Chr., ultimum traditioni cuidam pro domo episcopali S. Mariae interfuisset*[2], *vivus successorem habuisse videtur. Atto enim abbas 'dominans atque defendens' res domui S. Mariae Frisingensi concessas eodem* 35. *Tassilonis anno (ad a.* 783. *Ian.) in dominium recepit*[3], *qui ad a.* 811. *episcopus sedi Frisingensi praeerat. Is Arbeone episcopo electo monasterium Scarantiense gubernavit, cumque ipsi locum Indiam (hodie Innichen, BH. Lienz) Tassilo dux Baiuvariorum ex Italia rediens a.* 769. *'propter incredulam generationem Sclavanorum ad tramitem veritatis deducendam' 'hilari vultu'*[4] *tradidisset, ut monasterium ibi construeret, exinde episcopatus Frisingensis plurimas colonias in orientem versus deduxit*[5]. *Etiam monasterio Schlehdorf ad Kochlsee in honorem Dionysii constructo vice episcopi occupati praeerat, quo Scarantiense consilio Arbeonis translatum est*[6], *eique haud parvum splendorem corpus Tertulini vel potius Tertuliani martyris addidit ab Hadriano papa Reginperto* p. 515. **monacho et conditori a.* 772. *concessum*[7]. *Attonis abbatis signum proximo loco post Arbeonis episcopi et ante signa duorum presbyterorum in charta Frisingensi a.* 768. *collocatum est*[8] *et consentaneum erat seniorem abbatem dioecesim gubernandam suscipere, episcopo impedito, qui certe paulo post mortuus est. Arbeonis mors a.* 784. *in Annalibus S. Emmerammi maioribus*[9] *attributa est, sed cum Hildegardis regina*[10] *eundem annum ibi occupans a.* 783. *iam defuncta sit, is praeferendus videtur esse*[11], *qui in Catalogo recenti episcoporum Frisingensium nullius auctoritatis (v. infra p. 172 cod. B* 9 *c* 1*) re vera legitur. Dies vero eidem sacer est IV. Non. Mai.*[12].

1) *Bitterauf l. l. p.* 313. 2) *Ib. p.* 121. 3) *Ib. p.* 124. 4) *'Hilari vultu (cf. Eccli.* 26, 4*) tradidit' dominus servo mulierem in matrimonium; cf. V. Haimhrammi c.* 39. 5) *F. X. Zahnbrecher, 'Die Kolonisationstätigkeit des Hochstifts Freising in den Ostalpenländern' (v. Deutinger, 'Beiträge zur Geschichte, Topographie und Statistik des Erzbistums München und Freising', Monachii* 1907, *tom. X, 'N. Folge' IV, p.* 59*).* 6) *Bitterauf p.* 81. 7) *Bitterauf l. l. p.* 73. 8) *Ib. p.* 56. 9) *SS. I, p.* 92. 10) *Cf. Abel, 'Jahrb. des Fränk. Reichs unter Karl d. Gr.', ed. de Simson I, p.* 459. 11) *S. Herzberg-Fränkel, 'Über das älteste Verbrüderungsbuch von St. Peter in Salzburg' ('N. Arch.' XII, p.* 103*). Verba* Arpio ab. *Libro confraternitatum postea illata sunt (MG. Necrologia II, p.* 26*), sed cf. 'N. Arch.' XII, p.* 68. 12) *MG. Necrologia III, p.* 80. 84. 210 *(Aerbo).*

Doctus ac lingua modestus Arbeo appellatur in versibus 'de ordine comprovincialium pontificum', scilicet provinciae Salisburgensis, saec. IX. compositis, in quibus quinque primi episcopi sedis Frisingensis, Corbiniano scilicet addito, ita celebrantur[1]:

Frigisiensis enim sedis haec aula vocata est,
Corbinianus ovans quam primus rexerat almus.
Inde Dei famulus Ermperhtus nomine sedit.
Tertius hinc Ioseph, praeclarus nempe magister.
Arpeo quartus erat, doctus ac lingua modestus.
Quintus apostolicam tenuit pius Atto cathedram.

X. Status et liturgia ecclesiae Frisingensis.

Corbinianus episcopus Brittanorum ritui addictus re vera abbas fuisse videtur et habitaculum in regione Maiensi constructum seu domus in monte S. Stephani prope Frigisingam sita pro coenobiis seu cellis[2] *accipienda sunt, quae cum clero vel potius monachis suis incolebat. Ecclesia beatae Mariae Frisingensis, quae ante illum iam extabat et in qua primo sepultus erat, antequam in castrum Maiense transferretur, domus episcopalis facta esse non potest ante a.* 739, *quo Bonifatius dioecesim illam instituit, atque episcopo dioecesano instituto clerici iam assistebant. Enumerantur autem in chartis a.* 757, *quo Iosephus episcopus cum 'reliquo agmine clerum' traditioni cuidam intererat, trini presbyteri et diaconi*[3], *a.* 765. *trini diaconi et clerici*[4], *a.* 774. *decem presbyteri et quattuor diaconi*[5]. *Cum cuncto clero Arbeo episcopus ad synodalem diem convenit feria V. ante pascha, qua chrisma conficiebatur, atque etiam laici synodalibus conventibus aderant.*

Cum autem monasterium ecclesiae S. Mariae Arbeone sedente accessisset, praeter rectorem eiusdem etiam monachi occurrunt et primum anno 765. *Hulzilo*[6] *monachus inter testes enumeratur, deinde Situli monachus inter a.* 780—782. *locum inter presbyterum et diaconum quendam occupans*[7], *cumque Corbiniani corpore translato nomen mutatum esset, rector monasterii S. Corbiniani a.* 769. *commemoratur*[8], *qui procul dubio ipse episcopus erat. Monachi ordines ecclesiasticos assecuti cancellarii munere apud episcopum Frisingensem fungebantur Heilrih subdiaconus sive monachus a.* 790/1[9],

1) *SS. XIII, p.* 352; *MG. Poetae II, p.* 638. 2) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 28: ut ad omnem utensiliam cellulae sufficeret ministerio. 3) *Charta a.* 757; *Bitterauf p.* 37. 4) *Bitterauf p.* 52. 5) *Ib. p.* 93. 6) *Ib. p.* 53. 7) *Ib. p.* 120. 8) *Ib. p.* 59. 9) *Ib. p.* 139.

Berno presbyter sive monachus a. 790—794. *atque uterque*
p. 516. *alibi clericus vocatur*[1]. *Etiam *Salomon monachus*[2] *postea clericus*[3] *dicitur, post quinque presbyteros collocatus. Hittone episcopo Corbiniani monasterium gubernante, 'turma aut norma plurima servorum Dei' ad laudes Christi canendas a.* 814/5. *coacta erat*[4], *servique illi Dei a.* 817. *distincte monachi appellantur*[5].

Monasterium 'Hukiperhti' adiunctum ecclesiae S. Andreae in monte castri Frisingensis sitae, quam saec. XII. canonici occupabant, inter a. 765—776. *hereditatem quandam accepit*[6] *atque origo eius ad Hucpertum ducem relata est, sed alii*[7] *rectius de Hugiperht presbytero cogitaverunt, qui sedente Attone episcopo inter a.* 790—794. *episcopatui Frisingensi ecclesias et familias fundosque tradidit*[8], *et certe quinque huius chartae testes in charta Hagustalti*[9] *testis donationis monasterio Hukiperhti factae redeunt.*

Regula Benedicti postquam per Bonifatium in conciliis[10] *sancta est, etiam Baiuvariorum monasteria pervasit, sed ibi auctore praetermisso regula tantum, ad quam abbates monasteriorum viverent, canonibus episcoporum*[11] *opposita est aut regularem tramitem, ut ordo deposcit, cum canonica sententia Arbeo in monasterio Schledorfensi a.* 772.[12] *comparavit neque S. Benedicti regulae distincte meminit, nisi quod abbatem Schlierscensem 'iuxta ordinem regulae S. Benedicti electum ordinavit'*[13] *fratribusque a.* 779. *posuit, consentiens abbatem deinceps ad eandem regulam eligendum esse. Monachos autem domus S. Mariae regulam Benedicti professos esse chartae a.* 825. *et* 843. *datae testantur*[14], *immo domus ipsa iam appellatur S. Mariae et S. Benedicti. Ad ecclesiam maiorem B. Mariae et S. Benedicti senio lapsam, quam Engelschalc*

1) *Heilrih a.* 788/91 *(Bitterauf p.* 134*); Berno a.* 764/7 *(ib. p.* 49*).* 2) *A.* 807*; cf. Bitterauf p.* 230. 3) *A.* 811*; cf. Bitterauf p.* 259. 4) *Ib. p.* 275. 294. 5) *Ib. p.* 328. 6) *Ib. p.* 55. 7) *J. B. Prechtl, 'Beiträge zur Gesch. der Stadt Freising. VI. Das Kanonikatstift St. Andre auf dem Domberge zu Freising', Frigisingae* 1888, *p.* 4*; Hauck l. c. II, p.* 444[3]. 8) *Bitterauf p.* 139. 9) *Ib. p.* 56. 10) *Cf. e. gr. Conc. Germanicum a.* 742 *(MG. Concil. II, p.* 4*; Epist. Bonif. ed. Tangl p.* 101*).* 11) *Concil. Dingolfing. c.* 3, *c. a.* 770, *MG. Concilia II, p.* 94. 12) *Bitterauf p.* 81. 13) *Ib. p.* 113. 14) *Ib. p.* 448. 449. *Canonici iuxta monachos apud ecclesiam S. Mariae Frisingensem a.* 842. *primum occurrunt (Bitterauf p.* 551*) duoque praepositi a.* 845. *utrique turmae praeerant (Bitterauf p.* 565*), atque monachi saec. IX. ex. ultimum commemorantur, praevalente canonica vita; cf. J. Doll, 'Die Anfänge der bayerischen Domkapitel' (v. Deutinger, 'Beiträge zur Geschichte, Topographie und Statistik des Erzbistums München und Freising', Monachii* 1907, *X, 'N. Folge' IV, p.* 29*).*

presbyter denuo structam reparavit, versus spectant, quos S. Riezler e codice latino Monacensi n. 6427, *saec. XII, eruit, ibique monasticum ordinem sub Corbiniano fuisse poeta expressis verbis asseruit*[1]. *Cum vero postea parvam S. Benedicti ecclesiam S. Mariae contiguam in monte Frisingensi sitam iam a Corbiniano constructam esse finxissent, ibi monachorum conventum fuisse Otto episcopus Frisingensis et post eum Conradus Sacrista a.* 1187. *statuit, quae figmenta serio in certamen venire non posse infra demonstrabitur. E parvis vero quae habemus vestigiis concludi licet Arbeonem nostrum S. Benedicto, quem 'virum fidelissimum' vocavit*[2], *non alienum fuisse neque a Scottis stetisse, qui provinciam Baiuvariorum olim occupaverant, sed ecclesiae Frisingensis ritus multo magis ad Gallicanum tunc accessisse videtur, id quod schedae nuper detectae manifestaverunt.*

Liturgiam ecclesiae Frisingensis in lucem modo vocavit G. Morin[3], *reperto libro Benedictionum ecclesiae S. Mariae sanctique Corbiniani, atque e duobus textibus, qui *codici* p. 517. *insunt, prolixior saec. IX, ad officium ecclesiae Frisingensis praeparatus, cum vetustissimo Missali, quod Gothicum vocamus, quodque Augustoduni*[4] *ortum est, convenit, nisi quod additamenta nonnulla accesserunt, in quibus ritus Romani ratio habita est. Benedictiones illae, quas Frisingenses faciebant, erant Gallorum, easque ecclesia Romana et Zacharias papa cum Bonifatio*[5] *non approbabant. Inter sanctorum festa adest Symphoriani Augustodunensis neque vero Corbiniani aut Germani, quem patronum eius fuisse volunt, atque hoc Benedictionarium Frisingense cum Eustasio abbate Luxoviensi eodem modo atque Martyrologium Hieronymianum cohaerere G. Morin coniecit. Neque vero cum eodem statuam librum benedictionalem ecclesiae Frisingensis ante Missale Gothicum collocandum esse, quia Leudegarii a.* 679. *aut sq. occisi missa ibi non deprehenditur, nam argumentum ex silentio vix magni aestimandum est, neque benedictiones regis quae illi insunt ad stirpem Merovingicam referam, id quod*

1) *Quo tempore versus compositi sint, non constat; cf. S. Riezler, 'Abhandl. der Münchener Akademie der Wissensch.' III. cl., XVIII, I, p.* 273 *sq.* 2) *Arbeo, Vita Corbiniani c.* 12. 3) *G. Morin, 'Un recueil gallican inédit de Benedictiones episcopales en usage à Freising aux VII*^e^ *— IX*^e^ *siècles' ('Revue Bénédictine'* 1912, *XXIX, p.* 168 *sqq.). Quod Mabillonius, Vetera Analecta, Lutetiae Parisiorum* 1685, *p.* 454, *ordinem antiquum ecclesiae Frisingensis repperisse sibi olim visus erat, ipse postea hanc Benedicti ecclesiam pro Casinensi habuit; cf. Mabillon, Ann. ord. S. Benedicti, Lutetiae Paris.* 1704, *II, p.* 144. 4) *Cf. SS. rer. Merov. V, p.* 255 *sq.* 5) *MG. Ep. III, p.* 371; *ed. Tangl l. l. p.* 198.

G. Morin statuere videtur, sed ad Carolingicam. Rex, cuius manus oleo sanctificato ungendae erant, cum exercitu suo intercedente beato Martino uberi benedictione dignus erat, in solio regni firma stabilitate conectendus, eique contra acies inimicorum lorica exoptatur, 'utque gentes illae teneant fidem proceri sui vel gens ista habeat pacem'. Genti igitur isti, scilicet Baiuvariorum, unus e proceribus, i. e. comes aut praefectus, tunc praefuisse videtur, qualis ei a Karolo M. praefectus est deiecto Tassilone duce a. 788. *Martinus etiam ab Alcuino appellatur Karoli 'intercessor'* [1], *'qui semper honoratus fuit in regno et a regibus Francorum', atque reges Francorum constat non unctos esse ante Pippinum* [2]. *Praesidium huius familiae, scilicet Frisingensis, 'contra gentium feritatem', fortasse contra Avaros, imploratur et inprimis Mariae suffragium in eius assumptione 'super hanc familiam tuam' invocatur. Etiam 'Benedictio in natale abbatis[sae]' ad 'hunc gregem sanctae Mariae' spectat, quae verba ad celeberrimum S. Mariae monasterium Augustodunense referenda esse voluit G. Morin, at in Libro benedictionali Frisingensi ecclesia S. Mariae vix alia esse potest atque ecclesia maior Frisingensis atque vestigia congregationis virginum cum illa coniunctae adhuc supersunt, ita ut etiam C. Meichelbeck* [3] *divinaverit moniales olim Frisingae convixisse. Ad motus hostiles vota quoque pro abbatissa spectare videntur, cui tranquillitas temporum exoptetur.*

XI. *Virgilius episcopus Salisburgensis.*

Scottorum traditiones ecclesia Salisburgensis servasse videtur, quam episcopo suo destitutam Virgilio ex Hibernia insula advenienti Pippinus princeps seu Odilo dux concesserat [4]. *Virgilius vir sagacissimus profundae doctrinae, indagator Scripturae sacrae, immo litteris mathematicis et physicis doctus, post Odilonis rebellionem a.* 743. *oppressam Pippinum Carisiaci adierat, qui eum duos fere annos secum retinuisse fertur* [5], *antequam Odiloni commendatus in Baiuvariam venit,*

1) *Ep. a.* 801/2; *MG. Ep. IV, p.* 403, 38. 2) *Cf. G. Waitz, 'VG.' I, p.* 174; *III, p.* 68. 98. 3) *Meichelbeck, Hist. Frising. I, p.* 114; *J. Sighart, 'Der Dom zu Freising', Landshut* 1852, *p.* 23; *Dahn, 'Die Könige der Germanen' IX, p.* 560. *Cf. chartas Frisingenses a.* 806. 830. 847 *(Bitterauf p.* 208. 510. 578*).* 4) *Cf. F. W. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschl.' II, p.* 233; *A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 569 [3], *n.* 1. 5) *Auctor Conversionis Bagoariorum et Carantanorum, SS. XI, p.* 6, *Pippinum ipsum ei episcopatum concessisse tradidit, atque Lege Baiuwariorum I,* 10, *eo fere tempore composita sanctum*

et paulo post, scilicet ante a. 748, *dioecesim Salisburgensem accepit invito Bonifatio, qui ipsam instituerat. Fergil aut Feirgil nomen eius in Annalibus Hiberniae scriptum est tituloque honorifico geometres ibi vocatur, qui abbatis munere monasterii Aghaboe in Queens county (Upper Ossory) functus erat*[1]. **Ritum patrium non dimittens, etiam in Baiuvaria* p. 518. *ordinem episcopalem respuebat, atque abbas monasterii S. Hrodberti Salisburgensis constitutus iura dioecesana exercebat presbyteratu contentus more Scottorum*[2], *episcopalia vero per episcopum vagantem eiusdem originis administranda curavit, scilicet Dobdagrecum, eundem procul dubio atque Tuti Grecum, quem dioecesi Frisingensi ecclesias nonnullas eripuisse et monasterio Chiemseensi addidisse supra monui*[3]. *Ex hoc eius administrandi genere ritus Scottorum satis superque intellegitur, quem si in Baiuvaria non peregisse credendus est*[4], *tamen ea quae antiquitus introducta erant servabat instituta Bonifatio rituique Romano aliena.*

At Bonifatius in ea quae inter utrumque mox exorta est dissensione rebus gravioribus praetermissis ad res exteriores levioris momenti animum convertisse videtur, atque utraque pars ad sedem apostolicam appellavit peccati cuiusdam puerilis causa. Sacerdos quidam in eadem Baiuvariorum provincia linguae Latinae non adeo peritus infantes baptizans formulam miserabiliter tractaverat hocce modo: 'Baptizo te in nomine patria et filia et Spiritus sancti', cumque Bonifatius Virgilio et Sidonio 'religiosis viris' seu presbyteris mandasset, ut infantes denuo baptizarentur, Zacharias papa his assentiens per solam manus impositionem baptizatos purgari iussit[5]. *Idem Bonifatio ius praedicandi per Baiuvariam a.* 744. *confirmans, falsum sacerdotem, quem hic in ea regione repperisset, negaverat a se episcopum ordinatum esse, quo ille se excusare temptaverat*[6]. *Virgilius Odilonis ducis sibi faventis auctoritate nisus Bonifatii studiis restiterat eique facultatem suam examinanti responderat, se quoque a papa esse absolutum, i. e. missum*[7], *ut defuncti ex quattuor episcopis*

erat, ut episcopus a rege constitueretur, scilicet stirpis Merowingicae; cf. H. Brunner, 'Deutsche Rechtsgesch.' I, p. 457².

1) *H. Zimmer, 'N. Arch.' XVII, p.* 211. 2) *Beda, Hist. eccl. III,* 4. 3) *Supra p.* 125. 4) *Contra F. W. Rettberg II, p.* 234, *haec opinatum, disputavit A. Hauck l. c. p.* 569, *n.* 3. 5) *Ep. Zachariae ad Bonifatium, ed. Tangl, p.* 141. 6) *Ib. p.* 107. 7) *Ep. Zachariae ad Bonifatium, ed. Tangl p.* 178, 25; *Germ. 'abgefertigt'. M. Tangl, 'Die Briefe des h. Bonifatius' p.* 172. absolutus *vertit 'losgesprochen', sententiam finalem per copulam 'und' adnectens.*

dioecesim obtineret, quos Bonifatius a. 739. *ordinaverat. Etsi papa hoc verum esse tunc omnino negavit, tamen Virgilii fides vix in dubium vocanda est, atque monuerunt papam a.* 743. *ab Odilonis ducis rebellantis parte stetisse*[1]. *Quae cum ita sint, abbas Scottorum dioecesim Salisburgensem accepisse non credendus est nisi consentiente papa.*

Virgilium examinatum Bonifatius deprehenderat etiam a catholica doctrina alienum, affirmantem scilicet alium mundum et alios homines sub terra esse, 'seu', malim 'ceu', solem et lunam, scilicet alium solem et aliam lunam. Papa autem Bonifatium concilium hac de causa habere iussit, quo ille ex ecclesia pelleretur et sacerdotii honore privaretur, immo Romam presbyterum evocavit canonicis sanctionibus condemnandum, si reus inventus esset. Porro doctrina illa non adeo perversa et iniqua erat, qualis papae et Bonifatio tunc videbatur, qui adversarium omnino sede privare nitebatur, immo Virgilius suo aevo longe anteisse videtur, nam vel illustrissima quae praecesserant ingenia et Isidori et Bedae inter fabulas relegaverant antipodas, qui quasi sub terris positi adversa pedibus nostris calcarent vestigia[2].

Virgilius abbas cum Odilone duce litem de rebus cellae Maximiliani habebat, quas hic monasterio S. Hrodberti per vim ereptas Urso capellano suo in beneficium dederat[3], *cumque illae divisae essent atque utraque pars ecclesiam in suo fundo aedificasset, Ursus suam per episcopum vagantem con-*
p. 519. *secrandam curavit Liůti nomine, qui Liudinus in Libro *confraternitatum appellatur*[4]. *Virgilius abbas Tassiloni duci a.* 748—750. *adstitit villam confirmanti ecclesiae Frisingensi ab Odilone traditam*[5].

Denique pertinax ille abbas et presbyter ordinem episcopalem suscipere dignabatur atque a comprovincialibus praesulibus episcopus ordinatus est[6], *sed quod id die* 17. *Kal. Iul. anno* 767. *p. Chr. et duobus fere annis post adeptam dioecesim contigisse ab auctore saeculo post c. a.* 871. *scribente tradi-*

1) *Ann. Mett. ed. de Simson p.* 34. 2) *Isidori Etym. IX,* 2. *XI,* 3, 24, 133. *XIV,* 5, 17; *Beda, De ratione temporum c.* 33. *Cf. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p.* 236; *S. Riezler, 'Gesch. Baierns'* (1878) *I, p.* 150; *H. Krabbo, 'Bischof Virgil von Salzburg und seine kosmologischen Ideen' ('Mitth. d. Inst. f. Österr. Geschichtsforsch.' XXIV, p.* 1 *sqq.); H. Vander Linden, 'Virgile de Salzbourg et les théories cosmographiques au VIII*[e] *siècle' ('Bulletins de l'Acad. royale de Belgique, Classe des lettres'* 1914, *p.* 163—187*).* 3) *Notitia Arnonis, ed. W. Hauthaler, 'Salzburger Urkundenbuch' I, p.* 16; *Breves Notitiae VIII, ib. p.* 28. 4) *Cf. 'N. Arch.' XII, p.* 69. 5) *Bitterauf l. l. p.* 29. 6) *Conversio Bagoariorum et Carantanorum, SS. XI, p.* 6.

tum est, calculus ille inter se minime cohaeret neque cum reliquis documentis convenit. Nam nemo est qui non videat intervallum illud biennio multo prolixius fuisse, sique a. 767. *constaret, fere viginti anni numerandi essent. At a.* 767. *dies ordinationis, scilicet* 15. *Iunii, qui solus ex fastis ecclesiae Salisburgensis pendere videtur et certe maiore fide digna est anno, in feriam II. incidebat, cumque episcopi illo aevo die dominico*[1] *ordinati sint, non video, quomodo annus ille defendendus sit, quem praeterea Annales Salisburgenses saec. XI. exhibent*[2]*, adventum Virgilii in Baiuvariam re vera biennio aut triennio ante collocantes. Ad Hibernicam*[3] *vero traditionem, ex qua de condicione Virgilii memoria digna supra iam deprompsi*[4]*, Virgilius tricesimo anno dignitatis episcopalis defunctus est, cumque eum a.* 784. *mortuum esse et ibi et alibi*[5] *traditum sit, ad annum* 755. *ordinatio episcopalis removetur, eoque dies* 15. *Iunii re vera dominicus erat*[6]. *Hic igitur calculus alterum multo praestare videtur neque tam fidenter quam Hauckius*[7] *eum reprobare audeam, sique Virgilius a.* 755. *die* 15. *Iunii ordinationem suscepit, a pristino voto destitit, ubi primum acerrimus eius adversarius Bonifatius oculos clausit.*

Et Arbeo et Virgilius inter episcopos et abbates Baiuvariorum erant, qui exemplo pacti Attiniacensis[8] *c. a.* 770. *inter se convenerunt*[9]*, ut, decedente sodali, unusquisque*

1) *Episcopi die dominico ordinati sunt Nicetius Lugdunensis a.* 553, *die* 19. *Ianuarii (SS. rer. Merov. III, p.* 686*), Desiderius Cadurcus a.* 630, *die* 8. *Aprilis, scilicet ipso paschali (ib. IV, p.* 549*), Eligius Noviomagensis et Audoinus Rotomagensis a.* 641, *die* 13. *Maii dominica ante litanias (ib. IV, p.* 638, 696*), Willibrordus archiepiscopus Fresonum die* 21. *Novembris a.* 695 *(SS. rer. Meroving. VII, p.* 122, *n.* 3*), dum presbyteros et diaconos vespero sabbatorum ordinari voluit sedes apostolica; MG. Leges III, p.* 453; *Ep. III, p.* 268; *ed. Tangl p.* 32. 2) *SS. I, p.* 89, *a.* 764*:* Virgilius Salzburgensem suscepit, *a.* 767*:* Virgilius consecratur episcopus. 3) *'N. Arch.' XVII, p.* 211. 4) *Supra p.* 131. 5) *Annus* 784. *Ann. Iuravenses maiores, SS. I, p.* 87*:* Transitus Virgilii episcopi *et Ann. Salisburg., ib. p.* 89; *a.* 785. *Ann. S. Emmerammi Ratisponenses maiores, SS. I, p.* 92, *qui etiam Oportuni abbatis mortem huic anno male attribuunt; cf. S. Herzberg-Fränkel, 'N. Arch.' XII, p.* 106. 6) *Etiam Fr. Fasching, 'Zur Bischofsweihe des hl. Virgilius von Salzburg' ('Jahresbericht der k. k. Staats-Oberrealschule in Marburg'* 1894, *p.* 1 *sqq.) auctoritatem Conversionis perparvi existimans die dominico nititur, quo episcopi ordinabantur, sed documenti Hibernici nescius atque V. Virgilii nimiam fidem habens ad a.* 760. *pervenit, quo item dies* 15. *Iunii in dominicum incidit. E contrario G. Strakosch-Grassmann l. l. p.* 399, *Conversioni iusto plus tribuens, calculum eius eo probabiliorem facere studebat, quod a.* 767. *in* 747. *immutaret, etsi eo anno dies* 15. *Iunii dominicus non erat.* 7) *A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p.* 428[3]. 8) *MG. Concilia II, p.* 72. 9) *Ib. p.* 96 *sq.*

superstitum pro defuncto in domo sua, id est episcopali, vel in coenobio missas psalteriaque cantanda curaret. Unus abbatum illorum Adalpertus nomine, procul dubio Tegernseensis, 'apostolico apostolorumque imitatione colendo domno patri Virgilione episcopo' monachi sui obitum diemque nuntiavit litterasque celeriter cursum suum peragere voluit per sodales[1]. *Cum Arbeone Virgilius a.* 770, *mense Septembri in castro Frisingensi convenit, cumque etiam reliqui episcopi Baiuvariorum fere omnes una cum duce traditioni cuidam Frisingensi ecclesiae S. Mariae subscripsissent, comes de Hundt* p. 520. *(p.* 222*) optime coniecisse *videtur, synodum tunc ibi celebratam esse praesidente Tassilone. Praecipuus testis Virgilius Arbeoni a.* 772. *Frigisingae aderat praesente eodem duce et in castro Wels ('Oberösterreich') a.* 776. *traditionem pro domo S. Mariae firmavit*[2].

Virgilius die 27. *Novembris quo colitur a.* 784. *defunctus in universum sedi Salisburgensi fere* 40 *annos praeerat teste poeta illo, qui titulum ecclesiae Salisburgensis composuit hunc*[3]*:*

Hic pater et pastor humilis doctusque sacerdos
Corpore Virgilius pausat, quem Hibernica tellus[4]
Disponente Deo partes direxit in istas;
Quique regebat ovans praesentis culmina sedis
Ferme quaterdenos caris cum fratribus annos *et q. s.*

Multas ecclesias erexit eoque sedente Carantani ex sede Iuvavensi ad fidem christianam ita conversi sunt[5], *sicut Scottorum monachi quondam Baiuvarios converterant.*

Virgilii episcopi nomen in Libro confraternitatum inter episcopos vel abbates vivos erasum est, in cuius locum Arn diaconus postea substituebatur, idemque m. al. inter episcopos vel abbates defunctos rettulit[6]. *Unde recte concluserunt*[7], *librum et dispositione et executione admirabilem Virgilio vivo eodemque auctore exortum esse, et sane huius viri ingeniosissimi vestigia abbatum Hyensium nomina ferre videntur dum Bonifatii nomen nullo verbo ibi recolitur.*

1) *MG. Epist. IV, p.* 497. 2) *Bitterauf p.* 99. 3) *MG. Poetae II, p.* 639. 4) *Ita etiam inscriptio ecclesiae Salisburgensis inter Alcuini carmina, MG. Poetae I, p.* 340*:*

Protulit in lucem quem mater Hibernia primum.

5) *O. Kaemmel, 'Die Anfänge deutschen Lebens in Oesterreich', Lipsiae* 1879, *p.* 198 *sqq.* 6) *MG. Necrologia II, p.* 7. 18. 7) *S. Herzberg-Fränkel, 'Über das älteste Verbrüderungsbuch von St. Peter in Salzburg', 'N. Arch.' XII, p.* 63*; A. Ebner, 'Die klösterlichen Gebets-Verbrüderungen bis zum Ausgange des Karolingischen Zeitalters', Ratisponae* 1890, *p.* 39.

XII. Elementa mala bonaque Vitae Corbiniani ab Arbeone compositae.

A Virgilio iussus Arbeo Corbiniani originem vitaeque virtutes et miracula ad tumulum facta descripsit eidemque viro doctissimo librum expoliendum tradidit, ut rusticitatis linguae pulvis tergeretur eoque magis audientes aedificarentur, sicut auctor ipse in prooemio verbis contortis exposuit. Vita autem quam composuit, quod ad historicam fidem pertinet, non omnibus numeris approbanda est, sed duae partes diversae auctoritatis omnino dicernendae sunt, scilicet ea quae ad Baiuvariam historiamque ducum illius provinciae spectat, certe permagni aestimanda, a rebus Gallicanis et Italicis, quae in priore libri parte occurrunt, gravesque scrupulos attentis fontium scrutatoribus[1] *ea iam commoverunt, quae in his regionibus gesta esse feruntur. Vera igitur cum falsis mixta auctor oculis lectorum proposuit, quae haud facile inter se distinguenda sunt, utque fortia suspicionis argumenta collegisse mihi videor, ita in tantis difficultatibus haud pauca decidi non posse consentaneum est.*

*Difficultates iam a loci nomine incipiunt, ubi puer postumus a patre Waltekiso et e Corbiniana matre ortus esse dicitur. Castrus vicus in regione Militonensi situs, urbs paene relicta, una cum ecclesia S. Germani in ipsa urbe condita, sed destructa, ante cuius fores parvam cellam Corbinianus sibi construxisset (c. 2), una cum ministris *veluti* p. 521. *Anserico cellarii praefecto officio ecclesiastico vacans et opera manuum victum cotidianum quaerens (c. 7), aliis Arpajon esse videbatur (arr. Corbeil, dép. Seine-et-Oise) vicus, qui ante saeculum XVII. Châtres appellabatur, haud procul a Melodunensi castro (hodie Melun) situs, ibique ecclesia Saint-Germain-lès-Châtres olim extabat, usque ad revolutionis tempora ad monasterium S. Germani Parisiacum ord. S. Benedicti pertinens*[2]*, sed ecclesia illa extra murorum Castrensium ambitum sita erat atque Castrus vicus ipsius pagi Castrensis*

1) *Büdinger vitam Corbiniani depingens ('Allgem. deutsche Biographie', Lipsiae* 1876, *IV, p.* 472*sq.) et conversationem eius Gallicanam sustulit et prius iter Romanum, alterum vero episcopali eius dignitate confirmatum esse existimavit, instituta Scottorum parum attendens.*

2) *Anno* 1710. *Iohannes Franciscus episcopus Frisingensis de loco natali Corbiniani litteras dedit ad pastorem ecclesiae Saint-Germain-lès-Châtres Bertrand Robine de Callemont; cf. Fr. X. Sulzbeck, 'Leben des h. Korbinian ersten Bischofs zu Freising', Ratisponae* 1843. *Ipsius loci Castrensis ecclesia potius S. Clementi sacra est. Cf. Mabillon, AA. SS. ord. S. Benedicti Saec. III,* 1, *p.* 501, *n.*

caput erat ad civitatem Parisiorum pertinentis, unde regioni Melodunensi haud facile attribui poterat[1]. Qua de causa alii[2] Chartrettes (cant. Châtelet, arr. Melun, dép. Seine-et-Marne) anteposuisse videntur nomen, quod nullo modo e nomine Latino Castrus formari poterat, immo collegae Melodunensi, Adolpho Hugues viro doctissimo, quem hac de re consului, vicus Chartrettes e nomine Latino Carnotulis[3] pendere videtur, ecclesiaeque illius patronum esse respondit S. Cornelium. Corbinianus si illis diebus in regione Melodunensi ortus esset, ad orthodoxam Francorum gentem pertinuisset neque ad despectos sacerdotes, qui Bonifatii studiis per Baiuvariam resistebant. Attamen situs Castri vici, narrante Arbeone (c. 4), summis montibus et irriguis convallibus silvarumque saltibus circumdati, regioni castri Maiensis in Alpibus siti magis convenire videtur quam Melodunensi[4] et ipsa nominis notio satis generalis, qualis nomini Castro inest, ad inventionem quandam magis spectare videtur, quam ad certum locum. Sane e posteris auctoribus, quibus fides nulla habenda est, Conradus Sacrista[5] Corbinianum ex ipso vico 'Maisc' oriundum esse asseruit, in quam opinionem etiam Meichelbeck[6] primo animum inclinasse videtur. Certe Waltekisi Corbiniani patris nomen in Ordine communi virorum defunctorum Libri Confraternitatum ecclesiae Salisburgensis haud uno loco redit scriptum Waldkis[7]. Corbi nomen in inscriptionibus Latinis legitur in Norico repertis[8], dumque patris nomen ad originem Germanicam spectat, ipsius Corbiniani nomen ad originem Celticam referendum videtur esse et habemus Pilitrudis testimonium[9] eum fuisse episcopum Brittanorum origine ortum. Quod cum difficilius cum patria Melodunensi conciliandum sit, bonus Arbeo in posteriore vitae parte ea oblitus videtur esse, quae in priore contendisset. Simili vero consilio Haimhrammum Francis attribuit, contendens eum Pictavis et natum et epi-

1) A. Longnon, 'Altas hist. de la France. Texte expl.' I, p. 112. Eadem de causa etiam de vico Châtres (arr. Melun, dép. Seine-et-Marne) cogitari nequit; cf. 'N. Arch.' XXXIX, p. 552. 2) Büdinger l. c. et S. Riezler. 3) Cf. Quesvers et Stein, 'Inscriptions de l'ancien diocèse de Sens', Parisiis 1897, tom. I, p. 220; A. Longnon, 'Pouillés de la province de Sens', Parisiis 1904, p. 88. 4) Ita S. Riezler, 'Abhandlungen der k. bayer. Akademie der Wiss.' (1888) III. cl., XVIII, I, p. 248, n. 1. 5) SS. XXIV, p. 319; v. infra. 6) Hist. Frising. I, p. XVI. 7) MG. Necrologia II, p. 31. 34. 37. 8) C. I. L. I, p. 271, n. 1466; III, n. 6497, p. 1836, n. 11743; d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière', Parisiis 1890, p. 498; A. Holder, 'Alt-Celtischer Sprachschatz' (1896), I, col. 1118. Nomen pro Romano habuit Büdinger l. c. 9) Arbeo, V. Corbiniani c. 26.

scopum institutum esse[1], qui inter episcopos Pictavos non enumeratur, similique consilio Pirmino episcopo vaganti episcopatus Melcis castelli (hodie Meaux) ab eius biographo attributus videtur esse, quem peregrinum fuisse constat[2].

**Corbinianus utrumque nomen et patris et matris dein-* p. 522.
ceps ferebat, exemplum praebens haud ita commune. Waltekisi enim nomine Arbeone teste primo appellabatur, donec Corbiniana mater unigeniti amore capta suum ei indidisset nomen, quod infantulus ipse sibi assumpsisset, contempto priore. Unigenitum autem quem Arbeo Vita ineunte (c. 2) vocavit, ei 'carnalem fratrem' infra (c. 33) attribuit, fratremque eius Ermbertum fuisse primum dioeceseos Frisingensis episcopum e Vitae c. 30. concludi licet, ubi 'suum' pro 'eius' accipiens fratrem ad Corbinianum etiam interpolator B rettulit. Utraque vitae pars hoc quoque loco difficillime inter se concilianda est. Corbinianus enim patre defuncto natus ac unigenitus matris carnalem fratrem habuisse non poterat, nisi qui ex priore patris matrimonio natus esset, ideoque maiorem natu, monente Meichelbeckio (p. 25), neque vero eiusmodi opinio in fratre quattuordecim annis post Corbiniani mortem episcopo instituto totque annis post defuncto ita facile admittenda est. Sin autem e duabus traditionibus sibi oppositis altera reicienda est, posteriori vitae parti maiorem fidem habeam iam ea de causa, quod Ermbertus ille Arbeonis nostri nutritor fuerat (c. 30), atque in priore parte fratris memoria adeo oblitterata est, ut Corbiniani longa itinera, antequam in Baiuvaria consedisset, multis describens Arbeo nullo verbo eius meminerit.

Longa autem Corbiniani itinera talia, qualia Arbeo descripsit, multis difficultatibus laborant, nam quas attulit causae resque ibi gestae in dubium vocandae sunt neque ordo temporum convenit. Quis umquam cellula sua relicta Romam profectus est, ut strepitum mundi effugeret? Gregorius autem papa, quo sedente Corbinianus prius iter Roma-

1) *Supra p.* 9. 2) *Melcis castellum una cum pago Melciano (A. Longnon, 'Atlas hist. de la France. Texte expl.' I, p.* 112*) ad eundem locum spectat, scilicet ad Meaux, quod cum ignorasset G. Morin, 'Revue Bénédictine'* 1912, *XXIX, p.* 262 *sqq., demonstrare nitebatur, locum esse Melsbroeck in Brabantia situm, nomen traditum in 'Meltis' immutans, sed demonstrare neglexit, 'episcopatum' ibidem fuisse, cuius biographus Pirminii meminit. Invectiones in Hauckium nostrum parum politae, qui in quaestione dubia rectam viam iniisse mihi videtur ('Kirchengeschichte Deutschlands' I, p.* 347[3]*), auctoris ipsius causa aegre fero, quia in ipsum recidunt. Interim quidem paenitentiam egit ('Revue Bénédictine'* 1914, *XXXI, p.* 178 *sqq.), sed de coniecturis suis nihil remisit (cf. 'N. Arch.' XXXIX, p.* 550 *sqq.).*

num suscepisset (c. 7), ut res adversas suas deploraret, scilicet affluentes et homines et divitias, quas non quaesisset, die 19. Maii a. 715. demum consecratus est neque iter illud alteri ad Pippinum maiorem domus a. 714. iam defunctum praecessisse potest, quod in c. 10. subsequitur. Neque immutandis nominibus aut principis Francorum aut papae aut transponendis rebus, quod qui nuper in hanc vitam inquisivit proposuit[1]*, dubia removentur, atque de altero papa vix cogitandum est, cum Gregorium cum conversione Baiuvariorum arte coniunctum esse viderimus. Nihil igitur restat nisi totum iter Romanum cum Büdingero expungere, atque ea quae Gregorius ea occasione gessisse fertur consiliumque, quod Corbinianus tunc persecutus esset, ratione carere egregius A. Hauck*[2] *recte monuisse mihi videtur.*

Gregorius scilicet papa Corbiniano singulari solitudinis amatori sacerdotalem honorem et virgam pastoralis regiminis contulit, immo eum ad summum pontificalem honorem per singulos gradus deduxit atque ipso pallio ornavit (c. 9) nec his contentus potestatem addidit praedicationis officium exercendi, ubicumque per universum orbem potuisset. Tanto privilegio impetrato Corbiniani doctrina per universam Galliam moribus et virorum et feminarum revirescentibus paulatim crescere coepit, qui tranquillitatem et paupertatem quaesiturus cellulam suam reliquisset, ut Romae praediis beati Petri emptis cum sodalibus suis consisteret, totque honores ecclesiasticos primo ictu a sede apostolica assecutus erat, quot ne Bonifatius quidem a duobus papis compluribus itineribus Romam factis post summos fidei triumphos reportaverat omnes, nec pro ipso praeter pium fervorem, honestatem vultus, formam pusillam, membris tamen nobilitatis originem demonstrantibus, quicquam afferri poterat (c. 8) ad tantam liberalitatem fundandam.

Quantus autem honor solo pallio simplici cellulae S. Germani conditori a papa tribuebatur[3]*! Primum Caesario episcopo Arelatensi a. 513. Symmachus papa illud concesserat*[4]*, quo per omnes Gallicanas ecclesias uteretur, atque*
p. 523. *episcopi Arelatenses ut *agentes vices apostolicas eodem ornatu deinceps distinguebantur. Prisca autem consuetudine honor pallii nisi exigentibus causarum meritis et fortiter postulanti dari non debebat*[5]*. Pallium pro benedictionis cumulo habe-*

1) *Riezler* p. 232. 2) '*Kirchengesch. Deutschlands*' *I*, 381[3]. 3) *C. B. comes de Hacke*, '*Die Palliumverleihungen bis* 1143', *Gottingae* 1898, *p.* 62 *sqq.* 4) *MG. Ep. III, p.* 40; *cf. SS. rer. Merov. III, p.* 438. 5) *Gregorii ep. ad Brunichildem a.* 597: *MG. Ep. II, p.* 6; *Jaffé, Reg. n.* 1491[2].

batur a Gregorio II.[1], eodem, qui Corbiniano illud concessisse dicitur, atque sacri pallii munere ornatus Bonifatius Gregorio III. teste inter archiepiscopos numerabatur[2], unde in V. Bonifatii (c. 6, p. 35) archiepiscopatus pallium appellatur, et non solum proprias paroecias procurare debebat, sed etiam ceteros episcopos ad synodales conventus convocare et visitare poterat[3]. Corbinianus si una cum pallio praedicationis officium per universum orbem a Gregorio papa accepisset, multo maiorem potestatem meritus esset Bonifatio, cuius potestas primo per Germaniae gentes, ex anno demum 744. per omnem Galliarum provinciam patuerat: tanti autem nominis cellulae illius conditorem fuisse mea quidem opinione statuere non licet, cuius cultus Baiuvariorum fines vix excessisse videatur.

Iter illud Romanum exemplo Bonifatii confictum esse primus Büdinger l. c. coniecerat nec a veritate aberrasse mihi videtur, nam non solum honores domum reportati in hanc sententiam trahunt, sed etiam ex sermonis similitudine argumenta colligenda sunt, quibus opinio illa confirmetur. Uterque et Bonifatius et Corbinianus 'oratione' facta in 'Petri' ecclesia eiusdem Gregorii II. papae 'pedibus' aut 'plantis' advolutus est itemque papa utrique, cum 'ab eo' 'inradiantibus' verae lucis radiis homines conversi essent seu ut 'ab eo irradiarentur', 'gradum' episcopalem imponere voluit et 'pastorale' regimen tribuere, atque uterque cum papae 'contradicere' non auderet, 'consensit':

V. Bonifatii c. 6.	V. Corbiniani c. 9.
Sed quia contradicere huic tanto pontifici apostolico sedi praelato non auderet, consentit etiam et oboedivit.	tantum patrem ne contradicendo contristaret vel divine voluntati resistere videbatur, coactus consensit.

Episcopalis igitur dignitas non solum utrique et Bonifatio et Corbiniano invito ab eodem papa collata erat, sed etiam Arbeo ipsius Bonifatii Vita usus videtur esse, qua re etiam quo Willibaldus hanc scripserit tempus ad Vitae Corbiniani originem aliquo modo definiendum erit.

Neque melioris notae alterum iter Romanum mihi videtur esse, quod iterum supervenientibus tumultibus divitiisque inquietatus amator solitudinis suscepisset, ut sub patrocinio beati Petri in monasterium reciperetur, illudque conversatio

1) Ep. Gregorii II, a. 725; MG. Ep. III, p. 701. 2) Ep. Gregorii III. c. a. 732. ad Bonifatium, ed. Tangl, p. 49. 3) Bonifatius ad Cudberhtum a. 747, ed. Tangl, p. 162sqq.

septennis (c. 14) in cellula Germani praecesserat, cum quattuordecim annos ante prius iter Romanum ibidem transegisset, mira quadam congruentia aequalitateque, quam Büdingerus cum intervallo bis septem annorum Iacobi patriarchae pro uxoribus suis servientis (Gen. 29) comparavit. Corbinianus igitur episcopus ordinatus atque etiam pallio decoratus iura episcopalia minime exercuerat, ne dicam pallii praerogativam episcopos visitandi, sed more Scottorum vitam coenobialem degerat atque Romam profectus a papa iterum gratiam petivit (c. 20) in coenobium seu cellulam se recipiendi, licet talem modo reliquisset. Ipsius causa Gregorius papa synodum convocavit, in qua una voce sententia lata est, Corbinianum reverti oportere neque munus a papa iniunctum ei dimittendum esse. Neque vero in cellulam S. Germani revertit, sed in Baiuvaria constitit.

Raro sane monente probo Meichelbeckio[1] *contigit, ut synodus pro ventilanda episcopi cuiusdam causa missionem* p. 524. *suam petentis a papa congregata esset, et rarius *fortasse, ut cellulae Gallicanae conditor tranquillitatis causa Romam aufugeret ad alteram ibi cellulam acquirendam, neque de synodo illa Romana praeterea quicquam notum est, quam solius Arbeonis testimonio nisi in conciliorum corpora admiserunt*[2]. *Adventum Corbiniani ad sedem apostolicam describens Arbeo iterum cum V. Bonifatii*[3] *quodammodo convenire videtur, scilicet episcopum ad Romana 'moenia' profectum 'oratione' ad Petri sepulchrum facta Gregorii papae vestigiis se stravisse huncque eum surgere et iuxta se 'sedere' iussisse, sed personae utriusque episcopi admodum inter se differunt, cumque Bonifatius quam maxima plebis multitudine conversa honores ecclesiasticos gradatim ob merita sua adeptus esset, quos deponere non cogitabat, Corbinianus cellula sua secretiorem locum desiderans honores suos apud papam deprecari visus erat, quos in priore itinere absque merito tam abundanter assecutus erat, ut vix quicquam adhuc addi potuisset. Uterque 'benedictionem' a papa accepit, licet uterque tam diversa ratione iniuncto sibi praedicandi officio studuisset.*

1) *Meichelbeck, Hist. Frising. I, p.* 12. 2) *Hanc synodum Romanam a.* 724. *A. Hefele, 'Conciliengeschichte', Friburgi* 1877, *III, p.* 362[2], *attribuit, cui ne levis quidem suspicio incidisse videtur, sed P. Ewald Jafféi Regesta I, p.* 251[2], *renovans eam pro spuria habuit, bonoque iudicio usus A. Brackmann, Germania pontificia, Berolini* 1911, *Vol. I, p.* 331, *itinera Corbiniani Romana una cum synodo et pallio ficta esse statuit ad itinera privilegiaque Bonifatiana.* 3) *V. Bonifatii auctore Willibaldo c.* 6.

Secretiorem viam quietis amator ex territorio Melodunensi Romam usque ingressus erat per Alemanniam, Germaniam, Valeriam (c. 15), quo nomine Raetiam sive Baiuvariam Arbeo distinxit; recto enim calle Baiuvariorum fines vix tangere poterat, in quibus eum episcopum constitisse certum est. Cum Grimoaldus dux peregrinum comparticipem filiorum suorum se facturum esse promisisset, honorem humilitate sua ille aspernatus est, quem si accepisset, hodie fortasse inter duces Baiuvariorum numeraretur. Munera autem oblata non contempsit, licet propter divitias cellulam suam modo reliquisset.

Bina equorum furta Corbinianus in Italia passus erat bisque vindicta divina mox secuta est et bis duceni solidi praeter equos ei pro multa restituebantur (c. 21 sq.). Princeps Langobardorum in castro Tridentino constitutus (c. 16) sive comes tribunus aut tribunus (c. 22), cuius iussu caballus admissarius Corbiniano clam ereptus erat, Husingus appellatur nomine fortasse apud Frisingenses[1] *vulgatiore quam apud Langobardos. Accedunt bina piscium miracula et ipsa in Italia patrata (c. 17 sq.), quae bina VI. feriis ieiuniorum escam coquinae abundanter ministrabant. Ex his iterum mira aequalitate sese subsequentibus prius monente S. Riezler cum simili Vitae Cuthberti*[2] *fere convenit, cui iter facienti puer piscem attulerat ereptum aquilae in ripa sedenti.*

Italia relicta Corbinianus in castro Maiensi a custodibus Baiuvariorum retentus est, donec legati a Grimoaldo duce reversi mandatum rettulissent, ut vel coactus ad palatium deduceretur (c. 23), sed quam ob causam apud Baiuvarios mox restiterit, quos deinceps non deseruit, ex Arbeonis verbis intellegi nequit. Alterum iter Italicum ut ratione caret, ita apostolatui Corbiniani Baiuvarico parum lucis afferre videtur atque synodus Romana una cum miraculis dubiae fidei totam posterioris itineris narrationem in eandem suspicionem vocat, quam prius nobis attulit.

Bina ex iis quae dixi miraculis, scilicet quomodo piscatores Anserico ministro 'reclausiae' (c. 19), i. e. cellulae S. Germani, piscem eripere conati iussu Corbiniani flagellis caesi essent, deinde quomodo admissarius iussu Husingi ablatus veretro nudato equam solam superstitem relictam sequeretur (c. 22), quem miserabiliter deformatum Ansericus

1) *Husinc in chartis traditionum ecclesiae S. Mariae Frisingensis testis inter laicos post comitem citatur a.* 806/7. 817. 828 *(ed. Bitterauf l. l. I, p.* 216. 324. 490*).* 2) *Beda, V. Cuthberti, AA. SS. Mart. III, p.* 103.

p. 32. *oculis conspexisset, in lamina argentea sepulchri 'illius', scilicet Anserici in ecclesia beati Stephani Frisingensi conditi (c. 18), sculpta erant, hoc vero miraculum parum pudicum Arbeo e lamina, quam bis citavit, abstrahi, i. e. tolli[1], iusserat, verecundiae stimulis permotus. Arbeonis sermo tam obscurus est, ut 'illius' etiam ad Corbinianum referri possit, ad quem monumentum pertinuisse et Nagel[2] et S. Riezler statuerunt, isque existimavit tam pretiosum sepulchrum ministro cuidam vix exstructum esse. Interea laminae sepulchri illius (c. 19) nullum aliud sepulchrum praecedit nisi Anserici (c. 18), atque Arbeo ipse gloriatur se corpus eiusdem Anserici in ecclesia S. Stephani sepelivisse; Corbiniani vero sepulchrum in eo qui superest textu non commemoravit neque ad illud transiisse potest nisi in fine deperdito. Ut ecclesia maior S. Mariae sepulchro Corbiniani honorabatur, ita ecclesia S. Stephani in monte vicino sita sepulchro ministri eius, ibique etiam domus sive monasterium constructum erat, ubi Corbinianus potissimum conversatus videtur esse. Si lamina illa alio auctore manu artificis composita videtur esse atque Arbeone, qui Anserici seu cuiuslibet personae corpus cum ceteris sepulturae tradidit, de 'principibus regionum'[3] fortasse cogitandum est, cumque etiam S. Riezler (p. 232) monente res in picturis illis argenteis traditae non accipiendae sint nisi cum grano salis, pro parva earum auctoritate intervallum haud mediocre a Corbiniani aevo ad laminae originem statuendum est. Nec maioris auctoritatis primum quod de eodem Anserico rettulerat miraculum (c. 3) est de musto spinam eiciente.

Miracula illa quo minorem fidem mereantur, eo magis lamina illa artificii causa memoria digna est, tam vetustis temporibus inter gentem tam rudem sculpta. Quamquam artificis nomen ignoramus, tamen compertum habemus[4], iam Iosepho episcopo Frisingensi artificem malleatorem, cui nomen Romanum erat Aletus, i. e. Alethius, adstitisse, traditum ei a. 759, ut in 'cammiedibus'[5], i. e., nisi fallor, caminatis, episcopi serviret, isque Cawoni donatori postea ea condicione commodatus erat, ut ex eius servitio rediens in dicionem ecclesiae S. Mariae Frisingensis redigeretur. Hic seu discipulus eius laminam sepulchri Anserici composuisse potest

1) Ita verbum intellegendum esse neque sensu recentiore pro 'zeichnen', sicut S. Riezler p. 230. statuit, primus perspexit P. Geyer. 2) Nagel, 'Deutsche Kunstwerke aus dem 8. Jahrh.' ('Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit. Neue Folge', Norimbergae 1876, XXIII, col. 232). 3) Cf. V. Haimhrammi c. 35 (p. 80, 12). 4) Cf. J. Sighart, 'Der Dom zu Freising, Landshut 1852', p. 9. 5) Bitterauf l. l. p. 42.

similiterque Ratisbonenses artifices suos habebant, qui Haimhrammi sepulchrum sculpturae varietatibus, auro argentoque ornaverant[1].

Alterum sepulchrum in villa Pupinhusir, hodie Wippenhausen prope Frigisingas, monstrabatur, quo Adalpertum et ipsum Corbiniani ministrum conditum esse credebant, nonnullique Arbeone asserente tunc supererant, qui eum familiariter cum patrono vixisse novissent 'ex nomine', non ex persona (c. 13*). Cum vero quadraginta anni post Corbiniani mortem interim praeterissent, ea quae tunc de Adalperto sepulchroque eius inter rusticos villae illius narrabantur credi vix possunt nisi examinata, cumque vix quisquam suspensus per triduum advixerit, sicut Adalpertus orationibus Corbiniani, latronis illius res gestae, qui conversus habitu mutato sub Corbiniani magisterio post multa annorum spatia finem vivendi fecisset, in dubium vocandae sunt ordinemque temporum parum convenire supra exposui.*

Ipsius magistri imago talis qualem Arbeo descripsit a consuetudine veterum Brittanorum, Columbani discipulorumque eius, haud mediocriter differebat principumque vestigia Corbinianus magis imitatus videtur esse, sicut fere particeps ducum Baiuvariorum factus erat. Equo vehebatur[2] *ex S. Stephani monte in ecclesiam S. Mariae Frisingensem ad vespertinas laudes celebrandas progressus equosque tam speciosos possidebat, *ut a principe ei invideretur (c.* 16*), neque* p. 526.
vestitus eius a principum multo discrepuisse potest, cum Pippinus maior domus pretiosissimum indumentum suum ei dono dedisset (c. 5*). Etsi divitias non amavit (c.* 26*), munera tamen multa aut non modica a principibus aliisque oblata accepit. Iracundiae et violentiae adeo deditus erat, ut mulierem rusticam magicis maleficiis deditam propriis manibus caederet pedeque tripodem in Grimoaldi ducis palatio sterneret (c.* 26*). Quamvis velox ad irascendum esset (c.* 8*), tamen ad ignoscendum non piger piscatoribus cum Anserico congressis duos tremisses post flagella dari iussit (c.* 19*), sicut furi tres argenteos donaverat (c.* 4*). Attamen Arbeo nec Corbinianum viderat nec eius mores expertus erat, sed crudelitas quaedam naturae scriptori ipsi inerat*[3]*, qui imaginem patroni depingens hic illic suam ipsius prae oculis habuisse videtur.*

Consilium vero solam veritatem enarrandi Arbeo neque in V. Haimhrammi neque in V. Corbiniani probavisse videtur,

1) *Cf. V. Haimhrammi c.* 35. 2) *V. Corbiniani c.* 29: ex equo prosiliens; *cf. c.* 30. – 3) *Supra p.* 7.

cumque utrique episcopo falsam originem attribuerit, ut ordinationem Britannicam velaret, in Corbiniano se ipsum redarguit, despectam originem fortuito detegens (c. 26), cumque hoc loco veritatem dixisse inter omnes constat[1]. *Eodem consilio bina itinera Romana dictata sunt, quibus Corbiniano similis atque Bonifatio auctoritas ecclesiastica vindicatur, quique episcopum Baiuvariorum 'per universum orbem' praedicandi facultatem a papa accepisse et 'per universam Galliam' doctrina sua innotuisse (c. 9) aut 'per orbem' (c. 25) affirmare ausus est, eum plura affirmasse, quam quae in se recipere potuisset, mihi quidem persuasum est.*

Certe ea maiore fide digna sunt, quae ad res in Baiuvaria gestas spectant, eaque quae de Pilidrudis fatis Arbeo rettulit a Continuatore Fredegarii (c. 12) partim confirmantur. De insidiis eiusdem mulieris (c. 30) procul dubio per Ermbertum episcopum, Corbiniani fratrem, certior factus erat, quo nutritore usus erat, cum prima sua stipendia apud ecclesiam S. Mariae Frisingensem faceret. Post eius mortem autem circiter viginti anni interim praeterierant, ita ut fratris eius vitam describens vera cum falsis miserabiliter mixta facile proferre posset, etiamsi veritati magis studuisset quam studuerat. Magata puella illa, quae occasione translationis Corbiniani c. a. 725. de concubitu sancti viri se iactaverat, paralysi contracta etiamtum vivebat (c. 36): Quae, *inquit,* in sua permansit claudicatione usque in praesentem diem, *sed inter paenitentes perfectam tunc gerere putabatur vitam et sane quadraginta annis provectior interim facta erat, ita ut lasciviae suae eam facile paenitere potuisset. Hanc quidem auctor ipse mendacii arguit. Miraculum, quod puer in ecclesia Valentini Maiensi constitutus Arbeo passus erat (c. 40), idem episcopus factus descripsit, ita de sua persona concludens:* nostrisque, *inquit,* temporibus, dum non propriis meritis, sed divine largitatis munere huius episcopatui praeesse fecisset.

Atque episcopus factus Arbeo alteram Corbiniani translationem eo quem descripsit modo haesitans ipse perfecerat neque solum ad memoriam patroni eiusque miracula celebranda Vitam composuit, sed monente S. Riezler imprimis eo consilio, ut translatio illa aliquo modo excusaretur, qua satis violenter in defuncti voluntatem actum erat. Ea autem quae sibi proposuerat rationibus quibus poterat persecutus est at-

1) *Cf. S. Riezler l. l. p.* 235.

que amici ei assistebant, veluti Sindperti coepiscopi, scilicet Ratisbonensis, revelatione adiutus est (c. 41*), ut corpus e castro Maiensi transferretur. Sonus validior tonitru, qui eruto sarcophago subito eruperat, cum tanto timore ministros Frisingenses affecisset, ut humi prostrati velut exanimes facti essent (c.* 43*), Arbeoni consensum patroni designare videbatur, ut corpus ad pristinum locum reduceretur, atque tortuosus ut erat natura sonum illum cum bucina comparavit iussu divino perstrepente, cum populus Israeliticus ad movenda castra *vocaretur (Num.* 10, 2*), neque opinionem suam in* p. 527. *dubium vocare permisit:* itaque, *inquit,* haec, ut praediximus, fieri, fidelium quis dubitet? *Etiam fontem montis S. Stephani per* 40 *annos aridum relictum testem proferebat ad voluntatem patroni probandam.*

Miracula Arbeo enarravit 'ingentia eximia erga tumulum' et primo ea, quae ad tumulum Maiensem facta erant, in c. 39. 40, *deinde quae in ipso itinere contigerant parum mirabilia. Manus aridae restituebantur, ubi primum vectibus feretri impositae sunt (c.* 45*), et daemoniacus ab immundis spiritibus purgabatur (c.* 46*). Hunc Arbeo episcopus cum plebe sua occurrens humi repentem subter corpus patroni mitti iussit, ut sanitatem recuperaret, qui ulterius in morbum minime incidisse probabatur, unde annos nonnullos post translationem a.* 765. *factam praeterisse conici licet. Ex portu Aeni amnis, ubi Arbeo cum suis se adiunxit, agmen in campum quendam progressum est, qui cruce signatus deinceps tot miraculis abundabat:* quot stilus scribendi non sustinet modum, *nocteque transacta (c.* 46*) pergentes eos a castro Frisingensi haud longe abfuisse oportet. Deficientibus vero codicibus et adventus et sepulturae descriptio periit. Cum ultima verba ita ediderit S. Riezler:* Deinde vero nos deambulantibus monasterium, *monasterium hoc pro ecclesia maiore (nobis 'münster') habere poterat, sed lectionem falsam anteposuit, nam cum Pertzio nostro* in crastinum *pro* monasterium *legendum est. At corpus Corbiniani re vera in ecclesia S. Mariae conditum est neque haud ita multa verba cum calce libri periisse in alteram recensionem B inquisiturus infra exponam.*

Origo Vitae Corbiniani ipsius translationis anno attribui nequit, sed intervallum quoddam annorum intercesserat, cumque translatio ex anno 769. *in annum* 765. *nunc promovenda sit, anni hunc insequentes in deliberationem cadunt. Alterum terminum e charta quadam Frisingensi erui hunc. Die XIII. Kal. Febr. anno XXII. Tassilonis ducis, scilicet a.* 769.

p. Chr.[1], *non* 770, *quem annum comes Hundt statuerat, cum possessio quaedam et ecclesia eodem die ab Arbeone episcopo dedicata ecclesiae S. Mariae Frisingensi iterum firmaretur, Heripald notarius iussu eiusdem episcopi chartam conscribens a testibus ad consuetam comminationem his verbis transiit:* Sed ad superioris redeamus ordinem[2]. *Quae formula ut a chartarum sermone discrepat neque in persimili eiusdem notarii charta*[3] *a.* 776. *legitur, ita fere eadem in V. Corbiniani c.* 28. *ex. occurrit:* Sed ad historiae narrationis redeamus ordine, *ibique apte collocata Arbeonem ad a.* 765. *digressum ad patroni aevum revocat*[4]. *Heripaldo igitur Vitam Corbiniani a.* 769. *mense Ianuario notam fuisse manifestum est, ideoque ante hunc terminum origo eius collocanda est*[5]. *Quanti momenti Arbeonis sermo hagiographicus ad chartas Frisingenses perscribendas fuerit latius persequi non vacat, sed* chrono *pro tempore sicut ille*[6] *et idem notarius adhibuit et Sundarherius diaconus, qui inter annos* 765. *et* 791. *chartas Frisingenses scripsit, isque in eadem charta a.* 774.[7] *locum e V. Corbiniani c.* 41. *depromptum iteravit*[8]. *Idem etiam alibi diligentem sermonis episcopi sui imitatorem se praestitit, vir a locupleti familia oriundus, qui hereditatem suam ecclesiae S. Mariae et S. Corbiniani a.* 791. *tradidit*[9].

p. 528. *XIII. *Sermo Arbeonis.*

Arbeo praeter Scripturam sacram auctores quosdam ecclesiasticos legerat, cumque de Corbiniani rebus gestis vix quicquam ante eum scriptum esset, res tam miras tamque inauditas de eodem enarravit, ut saepe interrogans[10]*: 'Sed quid mirum?' vim patroni mirabilem exemplis cum aliis tum sacris allatis confirmare deberet, veluti Heliae et populi Israelitici. Unum Corbiniani miraculum praeterea nulli nisi sanctis vetustissimis Paulo Antonioque successisse iactabat*[11]*, sed loco corvi, quem escam ministrasse apud Hieronymum in V. Pauli*[12] *legerat, ipse aquilam adhibuit. Cum miraculis*

1) *Cf. Bitterauf I, p. LVII.* 2) *Ed. Bitterauf I, p.* 58. 3) *Ib. p.* 96. 4) *Etiam in V. Haimhrammi c.* 31 *(p.* 73, 9*) Arbeo similia scripsit:* Sed — redeam ad ordine. 5) *Comparanti mihi cum Vita Corbiniani (c.* 34. 41*) Vitam Hucberti (c.* 12. 18*) similitudines nonnullae et rerum et verborum occurrebant, quae si non casu contigerint, Arbeonis librum paulo post originem expilatum esse probent. Cf. SS. rer. Merov. VI, p.* 474. 6) *V. Corbiniani c.* 26*:* cottidianis insistere chronis. 7) *Ed. Bitterauf p.* 93. 8) *Locum in editione mea c.* 41. *adnotavi.* 9) *Ed. Bitterauf I, p.* 145. 10) *V. Corbiniani c.* 4. 12. 43. 11) *Ib. c.* 17. 12) *AA. SS. Ian. I, p.* 606, *n.* 12.

quam maxime studuerit, uberem messem e Gregorii M. Dialogis[1] *colligere poterat, ad quos inprimis sermonem suum formasse videtur, hic illic flores nonnullos decerpens*[2], *cumque miraculum quoddam Scholasticae sororis S. Benedicti in Dialogis II,* 33, *legisset, ipso sexu fragili*[3] *mulieris nititur ad figmenta sua confirmanda verbaque eiusdem miraculi nonnulla ei etiam libro exeunte in mentem venerunt*[4]. *Ad regulam Benedicti, quam eius aevo in dioecesim Frisingensem inductam esse supra exposui*[5], *consuetudinem vitae monachorum descripsisse videtur, sed licet 'sanctae conversationis regulae' (c.* 6*) et 'huius vitae normae' (c.* 7*) meminerit, tamen auctorem non nominavit.*

In universum Arbeo ex sese aptus suam viam inibat neque expilabat ea quae alii excogitaverant, cumque ingenio ad narrandum fertili florentique fingendi facultate praeditus esset, vivido animo fabulas suas stupendas, miraculis superstitionibusque conditas exposuit neque res saevitia sordeque plenas abhorrebat. Ipse se Baiuvariorum genti attribuit recens conversae[6], *qui ex ipsa regione Maiensi exortus videtur esse, atque innumeri sermonis eius naevi in chartis ecclesiae Frisingensis redeunt, cuius episcopus Ermbertus nutritor eius fuerat. Toti autem barbariei eiusdem fundamentum rhetoricum substratum est, quo docemur summis in his Alpibus scholarum antiquarum speciem quandam usque in VIII. saeculum viguisse. Et primo verba ut pictores varietatem colorum tam artificiose disponebat, ut inter se cohaerentia vix cum magna prudentia colligi possint, atque miram hanc verborum collocationem viri rei metricae periti*[7] *ad cursus rhetorici leges rettulerunt. Sane liber contorto illo sermone conscriptus ut a clericis semidoctis eiusdem aevi procul dubio pro opere praecipuae artis habebatur, ita a rusticis Romane loquentibus pagi Venustici intellegi vix poterat. Pronomen relativum Arbeo secundo loco posuit*[8], *praepositiones postposuit*[9] *aut verbo interposito a substantivo abstraxit*[10]; *immo compositum interponens vocabulum aliud in partes suas divisit artificio*[11], *quod 'scinderatio fonorum' a Virgilio Marone*

1) *Cf. supra p.* 7. 2) *Cf. c.* 3. 5. 7. 13. 17. 20. 24. 39. *Locos similes indagavit W. Levison sodalis.* 3) *V. Corbiniani c.* 12. 4) *Ib. c.* 43. 5) *Supra p.* 128. 6) *V. Corbiniani c.* 15. 7) *Cf. W. Meyer, 'Göttinger gelehrte Anzeigen'* 1893, *p.* 26. 8) *V. Corbiniani c.* 8*:* sensus quibus zelis accensis in deificum fervebatur opus; *c.* 21*:* gesta que per viarum fuerunt spatia. 9) *Prol.:* tumulum erga, *c.* 41*:* haec contra. 10) *V. Corbiniani c.* 6*:* ultra amittere consuetudinem. 11) *Ib. c.* 4*:* per — non — emissent; *c.* 26*:* satis pollicebátur factionem; *cf. V. Haimhrammi c.* 18 *(p.* 52, 19*):* alti Deo throni. *De huius artis*

grammatico appellatur. Haud pauci loci in adnotatis ad sensum in ordinem redigendi erant, ut textus intellegi posset. Vocabulum ordinarium 'equus' evitans more poetarum medii aevi 'Iberus' vel 'Hiberus' eleganter scripsit[1], *sed alibi vulgatioribus elocutionibus 'ammissarius' et 'iumentus' vel 'iumenta' usus est*[2]. *Nomen Valeriae provinciae Romanae sensu alieno adhibuit*[3] *et 'Altemania'*[4] *pro 'Alamannia' perversa etymologia scripsit, sicut vetustus Galli biographus. E Graeco pendet praeter 'chronus', cuius supra iam memini, nomen 'satrapes' (c. 15. 42), quod etiam in charta ab ipso Arbeone* p. 529. *a. 763. *scripta occurrit. Aliquot vocabula veluti* exequium *(c. 13),* fulsio *(c. 12),* inlecebrus *(saepe) nisi per Glossaria vetera explicari nequeunt.*

Etsi Arbeonis sermo pro lingua rustica castri Maiensis haberi nequit, tamen in eius libro menda nonnulla reperiuntur, quae ad hanc originem referenda esse videntur. Collegium enim ita declinavit: nom. collegio *(c. 15), dat.* collegioni *(c. 20), vocabuloque tertiae declinationi adacto genus femininum attribuit. Cum Italis igitur Arbeo* collegio *loquebatur, non* collegium, *et pronuntiationem ipsius aliquo modo Italicam adaequasse ex formis* traduediam *pro* tragoediam *(c. 15) aut* Trigentinus *pro* Tridentinus *(c. 16. 41) concludendum est (Ital. 'giorno' pro 'diurnus'). Certe castrum Maiense in pueritia eius Langobardorum dicioni subditum erat atque Ermbertus nutritor eius ut ante mortem Corbiniani in Italiam profectus est (c. 33), ita linguae Italicae peritus fuerit necesse est. Vocabulum autem* fasti diei *(c. 18), i. e. ieiunii, nobis 'fasttag', e nostro sermone pendere videtur, et per se patet Arbeoni non solum nomen Germanicum fuisse, sed etiam eum clericum et episcopum ecclesiae Frisingensis factum cottidiano usu in nostra lingua exercitatum fuisse. Homo autem bilin-*

origine haec philosophatur Virgilius Maro (Epitomae c. 13, *ed. J. Huemer,* 1886*)*: Primus Aeneas aput nos fona scindere consuetus erat. Quod cum ab eo diligentissime percunctarer, cur hoc faceret: 'O fili', inquit, 'ob tres causas fona finduntur: prima est, ut sagacitatem discentium nostrorum in inquirendis atque inveniendis his, quaeque obscura sunt, adprobemus. Secunda est propter decorem aedificationemque eloquentiae. Tertia, ne mystica quaeque, et quae solis gnaris pandi debent, passim ab infimis ac stultis facile repperiantur, ne secundum antiquum sues gemmas calcent: etenim illi didicerint hanc sectam, non solum magistris nihil agent pietatis, nihil honoris reverentiaeve inpendent, verum etiam porcorum more ornatores suos laniabunt'. Scinduntur etiam praepositiones Terrentio dicente: 'quidque faciemus abs te?', hoc est dicere: 'absque te quid faciemus?'.

1) *V. Corbiniani c.* 11. 16. 21. 22. 2) *Ib. c.* 22. 3) *Ib. c.* 15. 4) *Cf. SS. rer. Merov. IV, p.* 465.

*guis, ut fieri solet, fortasse in utraque lingua deficiebat neque vocabula Latina accurate didicerat, sed similia cum similibus commutabat (*cautella *pro 'caterva',* examens *pro 'exanimis',* inhians *pro 'iniens',* maceries *pro 'macies',* proficiens *pro 'proficiscens'), alia falso componebat vel cum praepositionibus contraria notione adhibitis (*de- *pro 'ad-',* prae- *pro 'per-', 'pro-') vel aliter (*ibimet *exemplo 'sibimet'), alia misere deformabat, metathesi aut falsa etymologia usus (*alena *pro 'anhela',* ridigus *pro 'rigidus',* sublectilia *pro 'supellectiles'). Pronomen reflexivum* sibi *aut* sibimet *pro demonstrativo 'ei' adhibuit (c.* 7. 29*). Vocabula rariora aut notione aliena adhibita aut deformata plurima olim collegi*[1].

**Litterae eodem fere modo inter se permutatae sunt, quo* p. 531.
apud alios auctores eiusdem saeculi, et quamquam in Arbeonis sermonem sane memorabilem accuratius inquisitum non est, tamen artis grammaticae periti iam animadverterunt[2] *eum litterae* a *nimium indulsisse et in declinatione et in coniugatione neque vero contrarium usum satis observaverunt, nam etiam* e *pro* a *in prima et declinatione et coniugatione saepissime occurrit. Transierunt igitur prima declinatio in tertiam et secunda tertiaque in primam, sed etiam secunda et quarta inter se confunduntur. Nomina masculina cum alia tum in* -or *desinentia Arbeo aeque ac alii auctores pro femininis accepit et femininum neutrumque genus in masculinum vertit. Coniugationis autem ordinem consuetum eo potissimum turbavit, quod praesentia e radice perfecti derivabat, perfecta e praesentis. Inter activum et passivum parum distinxit et non solum deponentia pro verbis activis accepit, ut scriptores aevi Merowingici solebant, sed etiam sexcenties vice versa activa pro deponentibus more, qui Gregorii Turonensis aevo inceperat*[3]*, sed tam longe lateque non patebat nisi apud auctores saec. VIII, e. gr. Libri hist. Fr.*[4]

**Arbeonem rusticitatis suae sibi conscium fuisse ipse in* p. 535.
Prologo confiteri videtur, sed tam cothurnato sermone ibi locutus est, ut fere suspicari liceat, eum pompam verborum suorum dignam esse existimasse multo magis admiratione quam emendatione. Ipsa autem sua elegantia facile ruere poterat auctor non apprime in litteris versatus. Cum enim sermonem suum ad leges cursus disposuerit, verba cohaerentia ad interpositorum casus facile flectere poterat:

1) *Cf. SS. R. Meroving. VI, p.* 529 *sqq.* 2) *E. Wölfflin, 'Archiv f. lat. Lexikographie und Grammatik', Lipsiae* 1888, *V, p.* 312. 3) *Bonnet, 'Le Latin de Grégoire de Tours' p.* 411; *cf. p.* 400. 4) *Scr. rer. Merov. II, p.* 218.

c. 40. contemplabantur puerum saxo cuidam coherenti *(= cohaerentem),*

aut vice versa:

c. 23. sue inpedimenti *(= inpedimentum)* viae considerans divine virtutis vacuam *(= vacuum)* non fuisse,

c. 34. tanti amissionis *(= amissione)* patris.

Praepositionem ad nomen proxime positum rettulit:

c. 24. a viro Dei propinabantur sacramenta *(= a viri D. propinabant sacramentis),*

c. 35. cum summis imperio curis *(= c. summarum i. curarum);*

p. 536. **immo vocabulum separatum praetermisit:*

c. 23. a totius principe [gentis *desideratur; cf. c.* 33*:* ad totius principem genti] Crimoaldo,

et e contrario verba idem significantia iteravit:

c. 33. ne ab ipso patrimonium ab eo auferret.

Vis autem diversarum declinationum apud auctorem ita evanuerat, ut et adiectivum et pronomen eadem littera flecteret qua substantivum, cui applicatum est, nulla grammaticae ratione habita:

c. 9. divinis largitoris,
c. 17. pontifici c. summi *dat.,*
c. 20. imposite honore *abl.,*
c. 26. dilecti — cani *dat.,*
c. 27. domui proprii,
c. 28. cuius nostri assertioni,
c. 30. insidiis — a suae composite coniuge [1],
c. 32. summe honoris culmine,
c. 20. quaedam cellulae *dat.,*
c. 36. quadam puella *nom.,*

neque inter diversa adiectiva distingueret:

c. 41. praecipiti et inprovidi,

casusque ita curavit, ut unum servaret:

c. 21 (2). 30. 31. viri *(=* viro 1, *c.* 21*)* Dei, *c.* 30. mutationis *(= mutatione)* loci,

vel neglectis praepositionibus:

c. 39. In cuius tertiae post sepulture noctis medie *(= In tertia nocte media post eius sepulturam).*

Accusativum et ablativum Arbeo eodem fere modo inter se permutavit quo auctores aevi Merowingici, veluti acc. pro

1) *Substantivum exemplo adiectivi flectitur in charta Frisingensi a.* 774. *a Sundarherio scripta (Bitterauf I, p.* 92*):* care praenotate coniuge *gen.*

abl. abs. scripsit, sed praeterea etiam accusativum posuit pro dativo (c. 22. 41*) et pro nominativo:*

c. 12. feminas queunt, *c.* 38. litteras pervenerunt,

et e contrario dativum pro accusativo accepit, e. gr. post sequi *(c.* 22. 23. 24. 30. 31. 36*), immo genetivum pro dativo et ablativo. Praepositiones* ad *et* in *haud raro praetermisit, quibus praetermissis motionem ablativo, quietem accusativo distinxit:*

c. 30. Maiense castro *(= in M. castrum)* se contulit *[at c.* 14*:* Ad pristinum se contulit musileum*]*,

c. 31. Gallis *(= in Gallias)* secuta,

c. 37. cum venisset partibus *(= in partes)*,

c. 38. ecclesiam *(= in ecclesia)* Valentini humo tradiderunt,

c. 43. ecclesiam *(= in ecclesia)* qui fuerant,

immo directam viam dativo indicavit:

c. 4. suae cellulae *(= in suam cellulam)* venire,

c. 33. Italiae *(= in Italiam)* direxit fratrem,

c. 41. divino me contuli consilio *(= ad divinum consilium)*.

Praepositionem a *abundantem ablativo instrumenti adiunxit:*

c. 26. a verbis viri Dei hoc evenisse asserens,

c. 28. baculo, a quo sustentatur.

More auctorum saec. VIII. Arbeo haud raro participium pro verbo finito collocavit (cf. c. 16. 20*), e. gr.*

c. 22. qui eum cognoscere dissimulans et suis sententiam silere praecipiens. Cum,

**et pro infinitivo scripsit coniunctivum:* p. 537.

c. 6. permeditans — perduceret vitam

et pro coniunctivo indicativum in oratione indirecta (c. 20*) et saepe post* ut. *Pro* ne *ponere solebat* ut ne, *dum* ut *plane omittit:*

c. 29. praecipiens, cum — recessissent, — episcopum interemissent.

Eandem sermonis indolem, eadem menda, similem pompam rhetoricam in V. Haimhrammi deprehendimus[1] *tali, qualem nos ad codicem optimum restituimus, sed negari nequit hanc oratione lucidiore et paulo meliore compositam esse, id quod magis aliis rebus quam intervallo paucorum annorum explicari potest, etsi cum comite Hundt*[2] *statueris, V. Haimhrammi ante Corbiniani exortam esse. Cum autem propter fluctuantes flexiones parumque communem*

1) *SS. rer. Merov. IV, p.* 462 *sqq. specimina sermonis collegi, quo V. Haimhrammi conscripta est.* 2) *Cf. 'Jahresbericht des historischen Vereins von Oberbayern'* 1881 2, *XLIV. et XLV, p. XVI.*

dispositionem verborum textus haud facile intellegi possit, in adnotatis interpretationi succurrere studui.

XIV. Vitae Corbiniani retractatae B origo et ratio.

Hitto episcopus Frisingensis Cozroh presbytero post a. 824. negotium imposuit uno volumine colligendi, quidquid singulis chartis traditionum contentum esset[1]*, eiusque diligentia pretiosissima illa ecclesiae Frisingensis documenta ad nos pervenerunt, quibus in hac praefatione ad illustrandam eiusdem historiam passim usi sumus. Archetypa enim chartarum illarum a. 903. incendio perierunt, quo domus S. Mariae sedente Waldone episcopo concremata est. Quae cum a. 902. adhuc integra*[2] *stetisse videatur, damno 'noviter' passo Ludowicus rex a. 903. die 30. Novembris curte quadam concessa subvenit*[3]*, ut ecclesia restauraretur, atque a. 906. die 8. Maii novam chartam episcopo damnum deperditarum conquesto concessit*[4]*, qua et priores renovarentur iusque episcopum inter se eligendi familiae cleroque 'iuxta priorem concessionem' praeberetur. De priore autem concessione bono Ludowico regi Waldo haec rettulerat, ut id quod volucrat assequeretur:*

> qualiter sanctus Corbinianus Frisingensis ecclesiae episcopus apud antecessores nostros suo interventu impetraverat plebi et familiae suae licentiam inter se eligendi episcopos post suae evocationis tempus et huius electionis securitatem scripto regalium praeceptorum firmari rogavit suamque peticionem apud eos obtinere promeruit. Similique modo omnes pastores eiusdem sedis per ordinem penes antecessores nostros eandem electionis securitatem usque in tempus Waltonis dilecti episcopi nostri obtinuerunt.

Cum dioecesis Frisingensis diu post Corbiniani mortem condita esset primumque episcopum dioecesanum Bonifatius demum a. 739. ordinasset, ex quo ordo episcoporum sedis illius numerandus est, Corbinianus episcopus eiusmodi licentiam plebi et familiae 'suae' comparasse vix poterat, neque Suyskeno[5] *Waldo episcopus persuasit, tale praeceptum umquam*

1) *Bitterauf I, p.* 2. 2) *Charta traditionis Williberti diaconi 'ante altare s. Mariae genitricis Dei sanctique Corbiniani confessoris' a.* 902. *data, Meichelbeck, Historia Frisingensis I, p.* 410 *(cf. p.* 150*); Bitterauf I, p.* 779. 3) *Ed. Meichelbeck I, p.* 151*; cf. Mühlbacher, 'Reg.' I, n.* 2015². 4) *Ed. Meichelbeck I, p.* 152*; cf. Mühlbacher l. l. n.* 2032²*; G. Weise, 'Königtum und Bischofswahl im fränkischen und deutschen Reich vor dem Investiturstreit', Berolini* 1912, *p.* 137. *De incendio et renovatione ecclesiae disseruit J. Sighart, 'Der Dom zu Freising. Landshut* 1852'*, p.* 24 *sq.* 5) *AA. SS. Sept. III, p.* 276.

extitisse, cuius certe ante eum nemo meminerat[1]. *Quod autem fundamento *caret, quomodo a regibus insequentibus confirmari* p. 538. *potuisset, non video atque novitatem privilegii verba ipsius regis probare videntur a.* 906. *sancientis, 'ut eiusdem episcopatus plebs et familia ab hodierna die et deinceps securam haberent potestatem inter se eligendi episcopum'. Hanc igitur potestatem antea non habuerant Frisingenses.*

Eadem occasione eodemque consilio etiam Vita Corbiniani retractata videtur esse, ut commodis utilitatique ecclesiae Frisingensis serviret, et auctoris quam maxime intererat per patroni vitam possessiones ecclesiae suae aut vindicare aut certe confirmare. Locum Caininam condigno pretio emendum Corbinianus iam in primo adventu praeparavit (c. 17*), nomina possessorum perquirens, atque in ipsa emptione describenda auctor neque 'partem Alpium' praetermisit (c.* 19*) neque 'testes', 'sicut mos est', neque traditionem per manus Corbiniani et 'cum testibus', qua locus ecclesiae S. Mariae Frisingensi 'perpetuo iure' deinceps serviret. Etiam causam addidit, de qua Grimoaldus princeps iustum pretium pro ecclesia solvisset: 'ut haberet iusto labore adeptum, unde animae suae remedium adquirere potuisset', quo exemplo alii ad idem remedium quaerendum facile incitari poterant, sed venditores parum sane vocavit 'emptores', ita ut suum signum huic additamento ipse impresserit. Corbinianum cultis locis alimoniam pauperibus praeparasse voluit, sicut tam pium patronum decebat. Alterum locum Arbeoni omnino ignotum, qui c.* 20. *ab auctore B interpositum occupat, scilicet Chorze, hodie Kortsch prope Schlanders, Grimoaldus princeps a Fausta vidua, ab illo Corbinianus acquisiverat, nongentis auri solidis solutis, quos ei Pippinus maior domus Francorumque princeps largitus esset 'in eleemosynam', ita ut iam uterque et Grimoaldus et Corbinianus eundem locum ecclesiae S. Mariae Frisingensi tradere potuissent. Summam quam dixi pecuniarum pro illis temporibus ingentem fuisse vel bonus Meichelbeckius*[2] *confessus est. Unde autem memorabile patrimonii ecclesiae Frisingensis incrementum auctor circiter* 150 *annis post res gestas enarrans nosse poterat? Chartas si ei praesto*

1) *Ea quae in laterculo privilegiorum post a.* 1074. *composito (ed. Bitterauf l. l. p.* 20*) de illo praecepto narrata sunt:* S. Corbinianus suo tempore impetravit apud imperatorem cum cirographo licentiam huic familiae perpetualiter episcopum eligere inter se, quod cirographum tempore Waltonis episcopi combustum est, *ad chartam Ludowici procul dubio redeunt. Cf. infra p.* 182. 2) *Meichelbeck, Hist. Frising. I, p.* 16.

fuisse cum S. Riezlero conicias nunc deperditas, eaedem certe nec Arbeoni praesto fuerant nec Cozroh diligenti codicis traditionum auctori, atque credi vix potest ullas Corbiniani vel Grimoaldi chartas ab utroque aut praetermissas esse aut ipsos fugisse. Sola veri similitudo auctori suspecto succurrere nequit, cuius additamenta dubiae fidei esse ex ipso temporum intervallo colligitur, et ne simile quidem veri est, chartas saeculo post in archivis ecclesiae Frisingensis extitisse, quae saeculo IX. ineunte ibi non extabant. Nec decessum Corbiniani describens 'firmitatem sui proprii conquestus in Magies', scilicet bona acquisita confirmanda, auctor B praetermisit (c. 27), negativae Arbeonis (c. 33) elocutioni affirmativam praemittens locumque nominans.

Loca Meies, Cheines et, cuius Arbeo non meminerat, Chorces, anno 931. *in possessionem ecclesiae Frisingensis transierunt, ab Henrico rege*[1] *Wolframno episcopo reddita, tertiusque locus una cum verbis hisce:* praedium a s. Corbiniano quondam emptum *ad solam Vitam B referendus est. Praedium igitur monasterio S. Corbiniani Frisingensi acquirere tunc licuit, quod eo usque ad fiscum regium pertinuerat, utque illi 'iniuste ablatum' esse crederetur, altera Corbiniani Vita effectum est, quam ante a.* 931. *compositam esse oportet. Mais et Kains canonici ecclesiae collegiatae S. Andreae Frisingensis postea possidebant loca*[2], *quorum alterum Ellen-* p. 539. *hardus episcopus medio saec. XI. *eis dono dederat*[3]. *'Mages', i. e. Mais, Oudalricus de Elsindorf c. a.* 1100. *cum aliis quas habebat possessionibus monasterio Benedictoburano contulit*[4].

Quae auctoritas propriis auctoris B additamentis accedat, ex uno miraculo iam intellegi licet, quod de Corbiniano apud Breones constituto addidit (c. 10*), scilicet ursum sagmario comeso sarcinam eius Romam usque portasse. Idem miraculum Maximinus episcopus Trevericus item Romam migraturus expertus esse dicitur, id quod iam Meichelbeckium non fugerat, illumque Martinus comitabatur, sicut Corbinianum Ansericus; pro sagmario vero asellus rapina ursi facta est, isque etiam onera Roma rettulit usque in locum qui dicitur Ursarii villa. Ex hoc loci nomine ursus procul dubio exortus est fabulosus, cumque origo fabulae a Vita Maxi-*

1) *MG. Dipl. I, p.* 64. 2) *J. Freiberger, V. S. Corbiniani ('Finauer, Bibl. zum Gebrauch der baierischen Staats-Kirchen- und Gelehrten-Geschichte' I, p.* 93*).* 3) *Cf. confirmationem Ottonis ep. Frising. a.* 1157. *apud Meichelbeck l. c. I, p.* 336. 4) *SS. IX, p.* 235. *Cf. Mon. Boica VII, p.* 461.

mini ducenda sit, auctor V. Corbiniani B sicut Martini Vertavensis[1] *expilatoribus eius attribuendus est textusque vetustiori Vitae Maximini propius accedit quam a Lupo retractatae. Ursus autem ille oboedientissimus insignibus urbis Frisingensis postea additus est nec deinceps a Frisingensibus suis recessit*[2], *qui Vitae retractatae nimiam fidem habentes interpolationem secernere nequirent. Etiam eos quos Arbeo adhibuerat fontes auctor iterum inspexit non solum Scripturam sacram (B c.* 18*), sed etiam Gregorii Dialogorum librum II. de Benedicto (B c.* 7*).*

Comparanti textum B cum Arbeonis libro mox patefiet, quomodo interpolator mirabilia ad gloriam patroni sui auxerit. Pluvia et procella per 30 *dies noctesque perdurans demonstravit, Corbinianum in ecclesia S. Mariae Frisingensi requiescere nolle, sed in castro Maiensi (c.* 27*). Sanguis calidus iam e naribus corporis transferendi manavit (c.* 29*), cuius demum in corpore translato Arbeo meminerat, ideoque* iterum *altero loco (c.* 31*) auctori B addendum erat; sanguisque ille, quem vasi conditum in proximis castris infodissent (c.* 29*), reportantibus corpus tam vivo colore apparuit, quasi eodem die effluxisset (c.* 38*). Mirabili cereorum incensioni post sepulturam odor optimus additus est (c.* 31*), corpusque cum elevaretur tam pulchrum et optimi coloris apparebat (c.* 35*) quam leniter dormientis. Cum minus veritati narrationis studuerit quam effectui, ad motus animi excitandos vocabula*[3] *cumulabat talia, qualia sunt* magnus, ingens, nimius, valde, graviter, multipliciter, *aut superlativis*[4] *honorem patroni sui augere nitebatur eodemque studio inseruit* tristis *(c.* 14*), pro* nonnulli *scripsit* multi[5]. *Supplevit nonnulla, quae facile subaudienda erant, velut salitas piscis reliquias (c.* 14*), aliaque eo solo consilio immutasse aut addidisse videtur, ut suam propriam auctoritatem servaret, scilicet numerum equarum Husingi 'fere XL et II' (c.* 16*), non 'plus minus XLIII', vocabulum 'ministeriales' (ib.), quo auctor sui aevi instituta in Corbiniani transtulit, 'dilectum eius cubi-*

1) *Cf. SS. rer. Merov. III, p.* 568. 2) *Corbinianum una cum urso onusto multae picturae repraesentant; cf. Ch. Cahier, 'Caractéristiques des saints dans l'art populaire', Parisiis* 1867, *tom. II, p.* 592. 3) Magnus *B c.* 4. 28. 32 *(bis);* cum magno affectu *B c.* 17*;* magnisque praecibus atque blanditiis *B c.* 21*;* cum summa humilitate *B c.* 16*;* cum ingenti pavore *B c.* 34*;* nimius *B c.* 7*;* valde *B c.* 4. 11. 28*;* graviter *B c.* 18*;* multipliciter *B c.* 8. 4) Sagacissimus, devotissime *de Corbiniano B c.* 1; humillime *de rege Langobardorum B c.* 11*;* iniquissimae *de Pilidrude B c.* 24, *itemque* maligna mulier *et* pessimae mulieris *B c.* 25, *et cet.* 5) *B c.* 4. 5.

cularium' (c. 18) nuntium ad Grimoaldum missum, non 'quendam ex suis' (A c. 24), 'principis' nomen substitutum 'ducissae' (B c. 24 bis, c. 25).

Inferior auctoris et aetas et fides ex iis quoque intellegi possunt, quae praetermisit, nam hominum aut rerum cognitionem Arbeonis aevo convenientem sustulit, veluti homines, qui Adalpertum novissent ex nomine, eius et Anserici sepulchra una cum lamina, quae tunc forte non amplius existebat, fontem montis S. Stephani per 40 annos exsiccatum, verba prima persona adhibita 'nutritorem meum' (c. 24 = A c. 30). p. 510. *Aevum suum *accuratius distinxit, 'multos annos' vitam duxisse scribens (c. 28 = A c. 36) Magatam puellam lascivam concubitu sancti viri se iactantem, quam Arbeo praesentem viderat, huncque non ignoravit 'postea' 'multos annos' episcopatui praefuisse (c. 32 = A c. 40).*

Praetermisso Arbeonis decessore Iosepho ad translationem Valentini et Corbiniani transiens Pataviam civitatem nominavit, quam auctor vetustior tantum significaverat, moxque primam personam servavit, iam bene recordatus, quanta auctoritas auctori aequali accederet, immo eo manifestius Arbeonis personam induit, haec post coepi *addens:* ego Heres licet indignus ipsius Frigisingensis sedis episcopus *(c. 33 = A c. 41), quasi is ipse sollemni chartarum elocutione pergeret, atque etiam deinceps prima persona usus est. Neque vero chartam quandam adhibuit, sed Vitae Corbiniani primigeniae verba et iteravit et interpolavit atque mendacia sua mox ipse prodidit, pergens his verbis:* cum coepiscopis meis — tractare coeperam, *ubi 'fratres nostros' Arbeo citaverat sacerdotes, i. e. clericos dioecesis Frisingensis, neque episcopos. Quem cum male intellexisset interpolator, Sindpertum coepiscopum, quem clericis ille 'insuper' addiderat, praetermittere coactus erat et mox (c. 34) Arbeonis iter ad principem praetermisit et capite exeunte comparationem cum populo Israelitico. Ea quae de occursu suo Arbeo prima persona enarraverat in tertiam redegit et pro episcopo agmini occurrente turmam clericorum et laicorum collocavit (c. 35 = A c. 44). Etiam miraculum subsequens (c. 36) immutavit, idem medelae genus substituens, quo Arbeo proximum patratum esse scripserat, itaque bina miracula in recensione B (c. 36. 37) similiter evadunt.*

Ultimorum verborum libri Arbeonis (c. 47), in quibus codex 1 *mutilus desinit, ne vestigium quidem in insequenti c. 38. recensionis B apparet, quod potius ad interpolationem B propriam c. 29. rediens de sanguine Corbiniani infosso*

plura mirabilia continet ecclesiamque eo loco constructam adiungit. Cum igitur iam expendendum sit, num cum ultimo recensionis B capite 39. initium c. 47. libri Arbeonis comparandum sit, cuius finis periit, comparato utroque textu:

A c. 47.	*B c.* 39.
Deinde vero, nos deambulantibus, in crastinum	Inde autem moto sancto corpore beati Corbiniani, omnis coetus pontificum et aecclesiasticorum turba inmensa una cum summo eorum principe Tassilone obviam occurrentes,

vocabula Deinde *et* Inde *inter se fere conveniunt neque vero statione interposita (c.* 38*) verba 'in crastinum' servari poterant; inter occurrentes autem Tassilo iisdem verbis 'cum summo eorum principe' distinctus est, quibus Arbeo ducem Baiuvariorum distinxit*[1] *neque vero interpolator, ita ut ea ex exemplari A deprompta esse verisimile sit. Quod si verum est, plenum Arbeonis textum auctori B praesto fuisse statuere licet neque plura e codice nostro* 1 *excidisse videntur quam adventus et sepultura in ecclesia S. Mariae Frisingensi una cum miraculorum significatione, pauci scilicet versus. Exemplar quod B adhibuerat neque cum codice A* 1 *hiabat in c.* 4. *neque cum A* 2 *in c.* 16, *sed erat tertius codex hodie deperditus, qui similior quidem A* 2 *quam A* 1*:*

B c. 3. admonitione *cum A* 2 *(*monitione *recte A* 1*)*,
B c. 14. proclamabant; *cf.* proclamitant *A* 2; conclamitant *falso A* 1,
B c. 16. agnoscere *cum A* 2; cognoscere *A* 1,
B c. 24. Quod *falso cum A* 2; Quam *recte A* 1,

non solum illum superavit:

B c. 8. sub *recte cum A* 1; sed *A* 2,

**sed etiam huic anteponendus veram grammaticam h. l. servasse videtur:* p. 541.

B c. 3. domi revertebantur, *A c.* 4. domum reverterentur; *sed cf. A c.* 27. domui confugebant *(B c.* 22. domi cucurrerunt*), A c.* 29. domi reversus *(B c.* 24. domi revertens*), A c.* 37. domui reversus est *(= B c.* 30*)*,

quo textus A ad recensionem B emendandus erat.

1) *Arbeo c.* 30. 35. 42*:* summus princeps.

Lectorem auctor B in c. 17. ad mandata Grimoaldi in c. 9. commemorata verbis hisce delegavit: sicut longe superius diximus. *Obscurius dicta, quae minus facile intellegenda erant, aut immutavit aut suppressit, ita ut eum in rebus dubiis haud raro frustra consulueris, sed ea quoque praetermisit quae stare nequibant aut famam patroni laedere poterant, veluti c.* 1. unigenitus, *c.* 4. pretiosissimum indumentum *Pippini Corbiniano dono datum, c.* 21. Brittanorum origine ortum, *immo sola neglegentia negationem in c. 8. omisit. Vocabula Arbeonis parum communia illo interprete vulgatioribus cesserunt, nam pro* Hiberus *scripsit* equus *aut* cavallus, *pro* Valeria Norica *(c. 8), pro* Innetini *autem* aliis circumquaque *(c. 15). Legibus grammaticae haud apprime imbutus non paucas formas barbaras Arbeonis iteravit, alias non recte correxit*[1], *immo nova menda commisit, veluti* iugibus *pro iugis (c. 35),* pendebatur *pro 'pendebat' (c. 7),* deberetur *pro 'deberet' (c. 24),* dicere *cum* ut *construxit (c. 12) atque* ut *et* cum *tam constanter cum indicativo coniunxit, ut vel coniunctivos Arbeonis sustulerit. Eadem igitur de eius litterarum studiis dicenda sunt, quae de auctore Passionis Quirini Tegernseensis*[2].

Auctor Vitae B, qua usus Wolframnus episcopus Frisingensis patrimonium ecclesiae suae a. 931. admodum amplificare poterat, cum ipsius Heredis sive Arbeonis personam sollemni more induerit (c. 33), proprium nomen latere maluit, quod in codicibus nullis legitur, nulloque verbo indicavit, se solum retractasse ea quae decessor litteris mandavisset, sed vitam virtutesque patroni se 'stilo brevissimo' explicavisse contendit, quasi primus ad hanc materiam aggressus esset, causamque scribendi fuisse voluit 'aedificationem audientium' (c. 1). Neque vero cultui tantum ecclesiae Frisingensis auctor studebat, sed eum vidimus ecclesiae S. Mariae sitae 'in castro Frigisingense super fluvium Isaram' (c. 19) parasse titulos possessionis pretiosissimos praedii Maiensis, Caininae, proprietatis Chorzes, bonaque in Maiensi castro ecclesiae S. Mariae tradita in c. 27. clarius Arbeone distinxit, quae per principem Langobardorum eidem ecclesiae firmarentur, utque in episcopio *(c. 22) pro verbis* domui proprii *(V. Corbiniani A c. 27) scribens domum episcopalem Frisingensem certius definiverat, eodem studio ad deliberationem de Corbiniani corpore transferendo transiens sedem episcopalem distinxit,*

1) *Cf. c.* 8*:* poposcebat *pro 'poscebat';* deposcebatur *A.* 2) *SS. rer. Merov. III, p.* 10.

quo idem reducendum esset (c. 33*):* ad suam sedem, ubi episcopus erat. *Si igitur patria condicioque auctoris ex ipsius libro colligendae sunt, veri simile videtur esse, eum fuisse Frisingensem, scilicet e clero ecclesiae episcopalis S. Mariae.*

De Vita quadam Corbiniani satis mirabilia enarravit Bernardus Pez[1]*, iter suum litterarium per Baiuvariam describens, scilicet perlustrata bibliotheca canonicorum Frisingensium, se ex amicis didicisse, non paucos historici argumenti codices vetustiores eiusdem bibliothecae penes Franciscum principem et episcopum Frisingensem asservari et: 'Inter hos', inquit, 'quidam sit, qui vitam s. Corbiniani auctore HRotroco contineat'. Codicem, qui librum tam incertae famae continuisset, B. Pez ipse non viderat, id quod ex coniunctivo 'sit' intellegi licet, neque rem pro certo affirmavit, sed 'quod si verum est', pergens, epitaphium huius Hrotroci ex codice pervetusto bibliothecae Tegernseensis, *hodie Monacensi latino* p. 542. *n.* 19410 *(Teg.* 1410*), saec. IX, p.* 66, *exscriptum exhibere voluit hoc:*

Hic iacet opertus cespite telluris in aula
Corpore sepultus, inclitus arte,
Lector venerabilis, scriptor famosus,
Litterarum sophysta nomine Hrotrohc.
Hic pie vivens, feliciter migravit ad Christum.
Huc venientes fratres, versos quicunque legentes hos,
Vestris, rogito, praecibus animam adiuvate suam.

Hrotrohc illum sophistam coenobitam Tegernseensis monasterii fuisse ex his versibus B. Pez collegit, atque epitaphium codici postea additum est, fortasse manu saeculi X. cum aliis, inter quae illud ultimum locum occupat. In eodem monasterio Tegernseensi, ad quod illud epitaphium pertinet, etiam vetustus neque vero optimus recensionis B codex extabat (nobis B 3*a). Duabus coniecturis secum coniunctis, auctorem B Sigmundus Riezler coniecit fuisse Hrotrohc illum Tegernseensem. Neque vero nomen suum prodidisse credam auctorem, qui pro ipso Herede sive Arbeone haberi voluerat, neque sedi episcopali adeo deditum in monasterio Tegernseensi requiram. Si praeterea de tertia Corbiniani Vita vix cogitandum est, cuius omnino nulla vestigia supersint, nihil aliud restat nisi verba Pezii satis imbecilla ad errorem quendam referre. Sane Carolus Meichelbeck, quocum B. Pez in eodem itinere congressus est, in Historia Frisingensi celeberrima,*

1) *B. Pez, Thesaurus anecdotorum novissimus, Augustae Vindelicorum* 1721, *tom. I, p. XXVII, c. XLVI.*

quam a. 1722. Frigisingam vocatus composuit, Vitam B quam edidit 'Ariboni' attribuit neque Hrotroci auctoris ullo verbo meminit neque Vitae eius, quae si penes episcopum fuisset, cum vix fugere potuisset opus suum eidem episcopo dedicantem.

XV. Codices editioque Vitae Corbiniani auctore Arbeone (A).

Primigenius Arbeonis textus in bibliothecis latebat, donec a G. H. Pertz Londinii constituto a. 1844. *detectus est*[1], *atque per tot saecula recensio B pro vero vetusti auctoris libro habebatur. Cum vero ad solum codicem Londiniensem textum accurate recenseri vix liceret, codices hagiographicos bibliothecae Caroliruhensis perlustrans felici casu in alterum textus pretiosissimi exemplar incidi, initio fineque destitutum, cuius subsidio non solum lectiones prioris codicis confirmarentur, sed etiam haud pauca eius menda tollenda essent. Tertium exemplar auctori recensionis B praesto fuerat, qua quae in A scripta erant alia confirmarentur, alia explicarentur, ideoque sola additamenta huius recensionis propria publici iuris faciundo, sicut olim animo proposueram, multorum votis non satisfecissem. Quamvis genuinus Arbeonis textus pro fundamento habendus esset, tamen etiam haec recensio B integra ad omnes quotquot nancisci poteram codices edenda erat, neque vero quicquam in hac editione repetere visum est nisi finem in A deperditum.*

Primo genuini Arbeonis libri (A) codices binos describere libet.

1) *Codex Londiniensis Musei Britannici inter Additamenta n.* 11 880, *saec. IX*[2], *qui etiam optimum Vitae Sulpicii episcopi Biturigi textum exhibet*[3], *fol.* 186'—214'. *V. Corbiniani A continet in primis c.* 47. *verbis desinentem, neque pagina consumpta est, sed reliquam additis neumis verba haec occupant:* Memento, queso, Domine, quod sicut lutum feceris me *cet. Sermonem barbarum, quem hic codex accurate servavit, librarius saec. XI. neque XIII. ad grammaticae leges correxit, erasa lectione primigenia, ita ut singulae litterae nisi aegre iam discerni non possent. Corrector autem codice alterius recensionis B usus est simili libris nostris B* 9*:*

p. 543. **c.* 4. vir Dei praecipiens, ut ex humo surgere debuisset] *pr. m. om.*, vir Dei ex humo surgere iussit *m. al.*

1) *'Archiv' IX, p.* 487. 496. 2) *Cf. 'Catalogue of ancient manuscripts in the British Museum', Londinii* 1884, *II, p.* 62 *sqq.; SS. rer. Merov. VII, p.* 606 *sq.* 3) *SS. rer. Merov. IV, p.* 368.

superscr. 1; eum vir Dei de humo surgere *(ita B* 1*a.* 9; resurgere *rell.)* iussit *B;*
c. 20. iniunctam] officium *m. al.* 1 *cum B;*
c. 36. utque in praesentem diem] usque dum vixit *m. al.* 1 *cum B;*
c. 37. Preonensium] Veronensium *m. al.* 1 *cum B* 9;
c. 40. sollemnia] sollemnitate *m. al.* 1 *cum B.*

Nonnulla menda primarius liberarius iam sustulerat.

G. H. Pertz b. m. exemplar, quod per amanuensem scribendum curaverat, ipse accuratissime recognovit, sed vel eius peritiam codice iterum collato haud paucis locis emendare poterat Carolus Hampe[1] *v. c. a.* 1895/96, *qui verba erasa insigni et acie et acumine optime restituit, sicut invento codice* 2 *postea probatum est.*

2) *Codex Caroliruhensis inter Augienses n. XXXII, formae magnae, saec. IX. in. exaratus*[2], *quippe qui in catalogo librorum sub Ruadhelmo abbate (a.* 838—842*) scriptorum enumeretur*[3], *Passionale in universum ad Calendarium dispositum exhibet, sed posterior anni pars, dies scilicet* 2. *Iulii ad* 23. *Decembris (fol.* 1—36*), ante alteram collocata haecque bipartita est, scilicet dies* 9. *Dec. ad* 28. *Ianuarii fol.* 46—74, *et* 7. *Dec. ad* 15. *Mai. fol.* 74—140. *occupant. Vita Corbiniani fol.* 124—128'. *ad tertiam partem pertinet neque vero initium inest neque finis, incipiens c.* 4. ad fenestram, *desinens c.* 37. cum corpore, *atque etiam folio singulari deperdito textus a verbis c.* 22: singularem, cui sequebatur *ad verba c.* 28: cellulae sufficeret *hiat, ita ut fere tertia textus pars perierit. Initium iam is non deprehenderat, qui saec. XV. ea quae codice continentur interiori lateri tegumenti anterioris intulit, nam indolem textus mutili non perspiciens V. Corbiniani praetermisit neque folium singulare tunc aderat, cuius in numerandis paginis ratio facta non sit, at quaternio post fol.* 128. *excisus, folia scilicet* 142—149. *olim numerata, affuisse videntur, cum in laterculo saec. XV. eo loco epistula*

1) *Cf. 'N. Arch.' XXII, p.* 226. 2) *Cf. A. Holder, 'Die Handschriften der Hof- und Landesbibliothek in Karlsruhe V. Die Reichenauer Handschriften I', Lipsiae* 1906, *p.* 118 *sqq.; A. Dufourcq, 'Le passionaire occidental au VIIe siècle ('Mélanges d'archéologie et d'histoire' XXVI;* 1906, *p.* 27 *sqq.); Kuenstle, 'Römische Quartalschrift' XXII,* 1908, *p.* 17 *sqq.; SS. rer. Merov. VII,* 574. 3) *G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui, p.* 19; *P. Lehmann, 'Mittelalterliche Bibliothekskataloge Deutschlands und der Schweiz' I,* 1918, *p.* 254: Liber unus praegrandis, in quo continentur passiones et vitae martyrum confessorumque nonnullorum, in quo inprimis ponitur passio SS. martyrum Processi et Martiniani.

Chromatii et Heliodori una cum responso Hieronymi et Evangelium de nativitate b. Mariae allata sint, hodie deperdita, quae Vitam Corbiniani etiam in codice 1 *subsequuntur. Codicem scriptum monachus aetate provectior, qui primam codicis paginam exaravit, litteris fugitivis ad ipsum exemplar emendavit, lectiones ad grammaticae leges immutatas pristinae barbariei reddens, ita ut nonnumquam eius lectiones neque manus prioris cum rudi textu* 1 *conveniant, immo locos depravatos notavit coniecturisque nonnullos sanare conatus est. Posteriores librarios absque auctoritate sermonem corrigentes non curavi, ubi textus in* 1 *integer erat. Codex non solum lectiones primigenias exhibet, quas corrector codicis* 1 *radendo laeserat, sed etiam vocabula, immo enuntiata in eodem exemplari praetermissa supplet, ita ut ad textum reçensendum omnino necessarius sit.*

Codicem ipse contuli collatumque recognovi.

Librarius 1 o *pro* b *et* a *pro* u *scripsit, unde exemplar, quod adhibuit, litteris scripturae cursivae similibus scriptum esse existimem:*

c. 4. veram — imbrem] 2 *et infra* 1. 2; veram — morem 1;
c. 16. gustus] 2 *(pr. m.)*; gustas 1,

aliaque sola neglegentia peccavit.

p. 544. **Librarius* 2 *in compendiis explicandis lapsus est:*

c. 7. cumulum] 1; cum vel *(i. e.* cumuł*)* 2;
c. 8. secundum] sec̄ 1 *(pr. m.)*; secum 2.

In exemplari igitur non solum codicis 2, *sed etiam communis* 1. 2 *compendia per suspensionem scripta erant, quae monachus Augiensis saec. IX. haud recte interpretatus est. Uterque autem codex iisdem mendis inquinatus est his:*

c. 20. calle] celle *pr. m.* 1. 2;
c. 29. vultu mutato] vultum utato *pr. m.* 1. 2.

In universum recta lectio per utrumque librum confirmatur atque etiam ratio scribendi primigenia auctoris plerumque in utroque deprehenditur, neque inter se dissentiunt nisi in rebus levioribus. In 1 *saepe* e *pro* ae *legitur, dum* 2 ae *pro* e *et* oe *scribit, praepositiones assimilatas exhibet,* ti *servat, dissentiente altero codice. Fluctuanti mihi animo melius visum est in huiusmodi quisquiliis codicem* 1 *ut praestantiorem subsequi neque discrepantiam orthographicam alterius libri ad res tantillas spectantem adnotatis semper intuli.*

Genuini Arbeonis libri, qui tamdiu latuerat, editionem principem Sigmundus Riezler, *'Arbeos Vita Corbiniani in der ursprünglichen Fassung, Abhandlungen d. k. bayer. Akad. d. Wiss. III. Cl. XVIII. Bd. I. Abth.', Monachii* 1888,

p. 245—272, *paravit, historiae patriae amore ductus, duoque codicis* 1 *apographa habuit composita alterum a Müller-Strübing professore sumptibus privatis, alterum a G. H. Pertzio in usum Monumentorum Germaniae, cumque reliquis subsidiis destitutus illud summa diligentia perfectum esse crediderit, ei maiorem fidem attribuit, etsi auctorem veteris scripturae parum peritum fuisse iam constat. Ita factum est, ut multi loci novi textus intellegi nequirent, quorum medelam ex editione Monumentorum Germaniae expectabat M. Petschenig*[1]. *Si vera et falsa nunc rectius diiudicare omissaque supplere nobis successit, praeter codicem* 1 *a C. Hampe accuratius collatum alterum exemplar* 2 *tunc nondum detectum nobis praesto erat. Riezler praemissa disquisitione doctissima utramque recensionem A et B inter se comparans primus distinxit, ea quae Arbeonis fuerant, quaeque interpolator aut addiderat aut immutaverat, utque haec pro nihilo ducenda esse recte perspexit, ita suspiciones, quae in Arbeonis phantasmata surgere possunt, non eodem successu removisse mihi videtur. At perpetuam laudem eo meritus est, quod vetustissimum librum ab auctore Baiuvarico compositum in priscam formam restituit et ab interpolationibus posteris purgavit, ita ut de auctore illo iam rectius iudicari posset. Prologum ad Virgilium scriptum iteravit E. Dümmler, MG. Epistolarum tom. IV, p.* 498, *Berolini* 1895, *codicem* 1 *conferente R. Priebsch.*

XVI. Codices editionesque Vitae Corbiniani retractatae (B).

Quo minus Arbeonis obsoleta verba priscusque sermo rhetoricae artis speciem quandam obtendens, quamvis miserabiliter mendis grammaticis depravatus, intellegi poterant, eo avidius recensio B legebatur sermone per medium aevum vulgato composita neque parva litterarum scientia auctoris abhorrebat, monachis Baiuvaricis illius aevi vix aliena. Itaque factum est, ut permulta recensionis B exemplaria hodie supersint, dum editio genuini textus A duobus tantum nititur. Plerique autem codices B recentioris aevi, scilicet saec. XIV. et XV, ad eandem classem (9) *pertinent hic illic ex A interpolatam, cumque ad unum eorum liber primum editus esset,*

1) *M. Petschenig censuram huius editionis egit in 'Berliner philologische Wochenschrift'* 1889, *IX, col.* 212 *sqq. E. Wölfflin, 'Archiv f. lat. Lexikographie und Grammatik', Lipsiae* 1888, *V, p.* 312 *sq., brevem commentarium rerum grammaticarum suppleverat, quas S. Riezler Conrado Hofmann tractandas reliquerat, qui num officium praestiterit ignoro.*

olim disceptabatur, utrum locus interpolatus c. 23. de fonte montis S. Stephani exsiccato et post 40 *annos reducto Arbeoni* p. 546. *an *interpolatori attribuendus esset*[1]*; eruto autem genuino textu de vera eius condicione haesitari nequit. Porro huius classis codicem saec. XII. repperi haud spernendae auctoritatis, qui plures locos cum A convenientes exhibet quam propinqui eius recentiores. In universum bini tantum codices ad saeculum X. vel XI. redeunt, cumque nullus ita praestet, ut eum potissimum ducem sequi liceret, uberior apparatus adhibendus erat.*

1) *Codex Sangallensis n.* 551, *saec. X, formae octavae, p.* 227—310, *duobus foliis post p.* 281. *excisis, hiat a verbis c.* 18*:* | tionum frequentia *ad verba c.* 21*:* crucis Christi. *Insignibus lectionibus praestat neque vero priscam grammaticam semper accurate servavit.*

1a) *Codex Lincensis bibliothecae lycii publici Cc V,* 7, *saec. XII/XIII, olim monasterii Subensis*[2]*, scriptus a Romano monacho, adnotante manu paulo posteriore fol.* 192′. *in calce vetusti textus:* Laus tibi sit, Christe, per quem liber explic̄ iste *et:* Istum librum scripsit Romanus sancto Lantperto in Suben. Si quis abstulerit, anathema sit, *fol.* 159—170′. *Vitam Corbiniani B exhibet, in qua saepe scripta sunt* ę *pro* e *(e. gr.* ęducti, ęius, ęum, ęnim, ęrat, ęsse, ęuntibus, luminę, nominę, studiosę*), constanter* nichil.

Idem codex Inventionem et Miracula Virgilii episcopi Salisburgensis fol. 190—192. *continet antiquiora iis, quae W. Wattenbach, SS. XI, p.* 88 *sqq. edidit, qui codicem p.* 86. *commemoravit neque vero inspexisse videtur, cumque ipsius Virgilii iussu Arbeo Corbiniani Vitam conscripserit, initium recensionis ineditae hic proferre visum est. Incipit autem a sepulchro et imagine Virgilii in ecclesia S. Hrodberti inventis absque temporum indiciis, dum in textu interpolato a.* 1181, *dies* 16. *Februarii causaque aedificandi traduntur, versusque picturae superscriptus paulo aliter ibi legitur atque in editione.*

Incipit de miraculis sancti Virgilii Salisburgensis episcopi.

Quadam die[a] in muro, qui in proximo diruendus erat, elapsi lapides introspectandi aditum praebuerunt transeuntibus. Cuius ergo procavitatis paruerunt indicia et picture

a) *post* die 2 *litt. ras.* (eo?) *c.*

1) *Meichelbeck, Hist. Frising. tom. I,* 1, *p.* 67; *Suyskenus, AA. SS. Sept. III, p.* 262. 2) *Cf. 'Arch.' X, p.* 613.

vetustioris colorata visa sunt illic scémata[a]. Porro fratribus maioris ecclesie huius rei novitate[b] alacriter perquirentibus et aperturas eiusdem muri latius patefacientibus, inventa est beati Virgilii octavi episcopi a beato Růdberto tumba et depicta imago, eius denique picture non fallax superscriptio:

Virgilius pulcro construxit scemate templum,

et praeterea dies obitus eius V. Kal. Decembris. Nov. 27. Idem vero dignus Deo pontifex Virgilius, ut in annalibus nostris reperire potuimus, primus eiusdem basilicae legitur extitisse fundator et beati Růdberti ac sedis episcopalis in eum locum, in quo nunc est, pius translator.

Ad tantae igitur admirationis auditum plurimis confluentibus, non pauci supervenientium a doloribus membrorum suorum sunt alleviati.

Miracula inventionem corporis subsequentia in hoc codice ita descripta sunt, ut testem oculatum facile intellegas, si ea cum editione W. Wattenbach l. c. p. 90, 16 — 91, 8, *comparaveris, c. gr.:* Item quedam mulier de Pongů, quae de lecto prae contractione membrorum recedere non poterat, ad praedicti sancti tumulum portata sana recessit. Haec quae scripsimus oculis nostris vidimus et universa civitas. Quedam puelle[b] de Matse curvam habens *et q. s. Textus in haec verba desinit:* Auditum *enim sine mora secus tumulum recepit, p. 546. *non pertinens ultra c.* 6. *editionis Wattenbachianae p.* 91.

1*b) Codex Monacensis*[1] *n.* 12642 *(Ranshofen* 42*), saec. XIV, olim monasterii S. Pancratii in Ranshofen ordinis Augustini canonicorum regularium, adnotante m. s. XIV (fol.* 267*), fol.* 227—235 *(praescr.:* Incipit vita sancti Corbiniani*), capitum distinctione caret, sicut praecedentes, atque cum* 1*a his locis convenit:*

c. 10. quandam] quando 1*a.b;*
c. 19. proprio] precio 1*a. b (deest* 1*);*
c. 39. omnique] cum omnique 1*a. b.*

Inspexit W. Levison v. c.

2*) Codex Cremifanensis n.* 7, *saec. XII, formae minoris, ipsi monasterio m. s. XV. fol.* 1. *ita vindicatus:* Iste liber est sancti Agapiti in Chremsmunster[2], *fol.* 137—166', *textum exhibet correctum et manibus aequalibus, quarum una*

a) cémata *c.* b) *sic c.*

1) *Cf. 'N. Arch.' XIII, p.* 581; *SS. rer. Merov. VII, p.* 618 *sq.*
2) *Cf. Huno Schmid, Catalogus codicum mss. monasterii Cremifanensis,* 1877, *I, p.* 106 *sqq.*

atramento nigriore usa fol. 140. *exaravit postea interpositum, et m. saec. XIII, quae codicem similem* 8 *adhibuisse videtur (cf. c.* 23. *ex.). In calce hi versus leguntur prima manu additi:*

Laus tua cottidie nostro non cessat ab ore.
Exoptet precibus de Christo Corbinianus,
Ut solidet vitam cum multo robore vestram,
Expellat totum fletus gemitusque colorem,
Auferat adversum, si quod vos commovet usquam.

3) *Codex Monacensis lat. n.* 19162 *(Teg.* 1162*), fol.* 119—151, *saec. X. eleganter scriptus, et laterculum capitum et praescriptiones minio distinctas exhibet, textusque ad grammaticae leges correctus est et a librario vetustiore et sparsim m. saec. XV.*

Librum a. 1883. *L. de Heinemann b. m. ad verbum exscripsit exscriptumque recognovit G. Waitz b. m.*

4) *Codex Einsidlensis n.* 261, *saec. XI, p.* 81—132, *praescriptiones capitum continet nonnumquam in breve coactas, sed laterculus deest. Sermo auctoris non adeo accurate transcriptus est, veluti librarius modos passim ad grammaticae leges correxit.*

5) *Codex Lipsiensis bibliothecae urbanae n.* 195 *(Rep. II, fol.* 58*), saec. XI, olim 'sancti Mauricii in Altach inferiori', fol.* 164—174′, *a capite* 1. *incipit, quod laterculus capitum subsequitur, sed praescriptiones capitum non adsunt, etsi capita numeris distincta sunt. Praecedit Passio Acaunensium martyrum duplex et recensio B (fol.* 115—117′*) et X (fol.* 124′—127*) una cum duobus Gregorii Tur. capitibus duobusque sermonibus.*

5*a) Codex Monacensis latinus n.* 22243 *(Windb.* 43*), saec. XII, legendarii Windbergensis tomus IV*[1], *fol.* 107′—119′, *Vitam Corbiniani B una cum laterculo capitum eodem modo dispositam continet quo codex praecedens, licet ex eo non exscriptus sit:*

c. 24. offerebat obtutibus] 5*a cum rell.*; obt. off. 5,

atque etiam Passionis Acaunensium martyrum textus duplex[2] *B* 4 *(fol.* 65—67′*) et X* 3*c (fol.* 74—77*) cum additamentis adsunt.*

6) *Codex Monacensis latinus n.* [1087] 4628 *(Ben.* 128*), saec. XI, 'olim monasterii Benedictenpeiren', adnotante manu saec. XV (fol.* 2*), fol.* 10′—32, *hiat, folio* 10. *lacerato altero-*

1) *Cf. Anal. Bolland. XVII, p.* 115; *SS. rer. Merov. VII, p.* 533. 623. 2) *SS. rer. Merov. III, p.* 23. 28.

que post illud exciso, a verbis c. 1. ęcclesiam in eodem Castro *ad verba c.* 3. et quasi exani|, *sed librarius saec. XV (P. Antonius Funda?) pro textu mutilato* * *Vitae primordium (praescr.:* Prologus in vitam s. Corbiniani, *inc.:* Cum cupimus — miracula, *praescr.:* Vita s. Corb', *inc.:* Venerandus igitur D. f.*) ad c.* 3. exanimem *supplevit, tribus foliis* 11—13. *interpositis, et codicem* 9*b similem adhibuisse videtur:* p. 547.

c. 3. eis nox] nox eis *cum* 9*b*.

Praescriptiones capitum in marginibus suppletae sunt a librariis aequalibus, sed laterculus capitum non adest.

7*) Codex Monacensis latinus n.* 9516 *(Ob.-Alt.* 16*), saec. XI/XII, fol.* 71—86, *praescriptiones capitum absque laterculo exhibet illaeque eodem atramento quo textus scriptae neque distinctae sunt nisi initio a miniatore, qui eas usque ad c.* 11. *lineis signavit, numeris litterisque primariis additis, dum deinceps et numeri et litterae primariae desunt, quae inde a c.* 36. *redeunt. Caput* 3. *non inscriptum est et praescriptionem capitis* 5. *miniator non distinxit, qui medio in capite* 7. *verba textus* (quomodo — exposuit) *pro praescriptione accepit. Librarius ipse haud pauca suo arbitrio immutavit.*

7*a) Codex Admontensis n.* 248, *saec. XII, monasterii scilicet S. Blasio dicati, monente manu saec. XV (fol.* 2*):* Iste liber pertinet ad sanctum Blasium. Si quis abstulerit, anathema sit, *fol.* 119′—137′ *(praescr.:* De sancto Corbiniano*), absque laterculo capitum incipit neque praescriptiones capitum adsunt nisi nonnullae (e. gr.* 2. 4. 6. 7. *et q. s.), manu alia in margine suppletae, atque capita non omnia distincta sunt neque semper iis locis, quibus in aliis codicibus. Caput* 26. *a verbis c.* 27*:* Qui a ministris *incipit et in margine praescriptio eadem addita est:* Qualiter traditus est sepulture Frisingia, *quae etiam in* 7. *deprehenditur* (Qualiterque — Frigisinga). *Finis c.* 3. *a verbis:* Quia ergo filii *desideratur. Cum codice* 7 *hic liber eodem loco hiat:*

c. 8. infundebat [Ibique — doctrinam *om.* 7. 7*a*]. Ibique, *mendumque idem commisit h. l.:*

c. 20. maior domus *(*dn̄s 7. 7*a).*

Initium finemque et locos nonnullos inspexi.

8*) Codex Vindobonensis n.* 416 *(Univ.* 818*), saec. XII, formae minoris. quem doctor Ioannes Faber episcopus Viennensis et coadiutor Novae civitatis sumptibus propriis emit donoque a.* 1540. *dedit Collegio apud S. Nicolaum, ut studiosis usui esset ad statuta et praescripta sua, post V. Seve-*

rini auctore Eugippio[1] *(fol. 1—17) fol. 17—26. V. Corbiniani exhibet neque vero praescriptiones nisi capitum 2. et 6, sicut capitum numeri desunt et laterculus. Locos aliquot praetermissos librarius in inferiore margine supplevit. Textus et manu aequali correctus est et manu saec. XIV.*

8*) *Codex Campililiensis (Lilienfeld) n.* 60, *pars III, saec. XIII*[2], *fol.* 213′—218′ *(praescr.:* Eodem die Corbiniani episcopi*), textum conscrit continuum, in capita non divisum. Lectiones cum* 8 *convenientes exscripsi has:*

c. 1. utiliter] viriliter[3] 8. 8*;

c. 23. defuerat] deficeret 8. 8* *et m. al.* 2.

Ipse inspexi.

8**) *Codex Claustroneoburgensis (Klosterneuburg) n.* 706[4], *formae magnae, saec. XII, fol.* 132—145, *item in c.* 1. *pro* utiliter *exhibet* viriliter *cum* 8. 8*.

p. 548. **Cum legibus domesticis interdictum esset, ne codices extra patriam mitterentur, Hermannus Pfeiffer vir doctissimus, bibliothecae praefectus, materiam mihi petenti suppeditavit, qua instructus librum in ordinem debitum redigere poteram.*

In codicibus 8*a. b idem locus c.* 7. *omissus est atque in* 8: Et — exposuit] *om.* 8. 8*a. b.*

8*a) Codex Sancrucensis (Heiligenkreuz) n.*13, *saec.XII. ex.*[5], *fol.* 206—211 *(praescr.:* Eodem die Corbiniani episcopi et confessoris*), capitum distinctione caret, sed praescriptio capitis* 5. *adest, a reliquo textu non differens. Ea quae praeterea litteris primariis distincta sunt cum vulgata capitum divisione non conveniunt. Doxologia libro exeunte non integra est, praetermissis verbis:* qui cum Deo Patre — Amen.

Initium finemque contuli.

8*b) Codex Lincensis bibliothecae lycii publici Cc VII,* 7, *membranaceus formae magnae saec. XII. ex., monente librario vetusto (p.* 1*), olim* Liber sancte Marie virginis in Pŏmgartenberge, *praeter Vitas Remigii (IX) auctore Hincmaro ad c.* 29 *(=* 5*) et Severini 'episcopi'*[6] *(XI) XII. loco V. Cor-*

1) *R*ᵛ *apud Mommsen p. XVIII. Cf. 'Archiv' X, p.* 573. 2) *Cf. A. Poncelet, De magno legendario Austriaco, Anal. Bolland. XVII, p.* 29. *Magni legendarii Austriaci exemplar Mellicense M* 7, *alias* 677 *aut H* 55, *saec. XV, fol.* 38—46, *idem descripsit l. c. p.* 34; *cf. p.* 79. 3) *Hanc lectionem ex* 8*a non exscripsi, ex quo librum* 8* *pendere statuit A. Poncelet l. c. p.* 36. 4) *Cf. 'Notizenblatt, Beilage zum Archiv f. Kunde österreichischer Geschichtsquellen', Vindobonae* 1852, *p.* 105. 5) *Cf. A. Poncelet, Anal. Bolland. XVII, p.* 27 *sq.* 6) *Eugippii Vita Severini recogn. Th. Mommsen p. XVIII.*

biniani[1] *continet p.* 239—254, *ordine continuo scriptam, capitibus non distinctis, sed textus quaternione XVII. deperdito mutilus a verbis c.* 7: (po)tuisset. His minime peticioni *incipit.*

Initium finemque contuli.

Sequitur magna illa classis 9 *locis recensionis A aucta, ad quam plerique codices B, inprimis recentiores pertinent.*

9) *Codex Monacensis latinus n.* 5513 (*Diessen* 13), *saec. XII, adnotante manu recenti (fol.* 2), *olim 'Monasterii b. M(ariae) v. in Diessen', fol.* 186′—196′, *praetermisso initio c.* 1. *a verbis:* Venerandus Dei famulus Corbinianus ortus fuerat *incipit, in capita non divisus, desinitque in verbis c.* 38: clementia ad honorem, *folio deperdito, dum folia insequentia, quae Vita Margaritae*[2] *occupat, antiquitus ad hunc librum non pertinent. Librarius parum attentus enuntiata interdum praetermisit, quae in marginibus suppleta sunt, atque non adeo eruditus scripsit* facuus *pro 'vacuus' (c.* 11).

9*a*) *Codex Monacensis latinus n.* 13101 (*Ratisb. civ.* 101), *saec. XII, antea monasterii Pruveningensis, in cuius catalogo librorum a.* 1347. *scripto idem volumen allatum est*[3], *fol.* 89—107, *prologi loco initium capitis* 1 *exhibet, quod in* 9 *et* 9*b desideratur, deinde laterculus capitum interpolatus et immutatus sequitur, tum textus similiter atque in* 9 *incipit:* Venerandus igitur Dei famulus. *Capita ad laterculum amplificatum numerata sunt* 46, *sed praescriptiones desiderantur. Verba non recte collocata litteris adnotatis saepe transposita sunt. Fol.* 107—110. *Translatio Alexandri et Iustini occupat.*

9*b*) *Codex Monacensis latinus n.* 7604 (*Indersd.* 204), *chartaceus saec. XIV, fol.* 130—140′, *initio praetermisso Vitam Corbiniani parti aestivali legendarii m. s. XV. postea additam continet, quae eodem modo incipit atque* 9, *neque laterculus capitum adest. Praescriptiones capitum absque numeris in marginibus suppletae sunt similes laterculo interpolato, quem codex* 9*a continet, e. gr.*

(XXVII). De mortuo filio (Gri)moaldi et eo (per)-
empto et de Ny(no) occiso et Piledr(ude) miseriis,

sed inde a c. 29 (*infra c.* 27) *textus saepius incisus ab eodem recedit:*

1) *Vitas Remigii, Severini, Corbiniani etiam codex Zwettlensis n.* 49, *saec. XIII (cf. 'Arch.' X, p.* 608; *Mommsen l. c. p. XVIII) continet, quem examinare nequivi, cum litteris meis responsum non esset.* 2) *Bibl. hagiogr. lat. n.* 5305. 3) *Cf. SS. rer. Merov. VI, p.* 7, *n.* 3.

(XXXI. Ubi) sepulturam accepit *(p. 627, 8)*.

p. 549. *(XXXII. De p)luvia et tempesta(te post m)ortem eius per XXX dies (et no)ctes continuate *(p. 627, 14)*,

et proximo titulo iterum consentiente insequentes haud leviter discrepant, e. gr.:

(XXXVII). De lumine et od(ore sancto) tercia nocte in (ecclesia) post sepulturam *(p. 629, 25)*.

(XXXVIIII. Ub)i Arbeo episcopus (Fri)singensis cogitavit (cor)pus reducere *(p. 630, 21)*.

Folio post fol. 133. *exciso, verba c.* 9*:* iussa complentes *ad c.* 12*:* secundum psalmistae | *perierunt.*

9b[1]) *Codex Monacensis n.* 7611 *(Indersd.* 211*), chartaceus saec. XIV, legendarii cuiusdam pars hiemalis p.* 90—98 *(praescr.:* Incipit vita sancti Corbiniani, *inc.:* Venerandus igitur Dei famulus C.*), textum exhibet in* 40 *capita divisum, quae similiter inscripta sunt atque in* 9*b. Capita* 8. *et* 9, *c.* 28. *a* Cumque *(p.* 628, 4*) ad c.* 31. tradiderunt *(p.* 629, 25*) aliaque desiderantur.*

Ipse inspexi.

9*c) Codex Monacensis n.* 5927 *(Ebersb.* 127*), saec. XV, monente librario posteriore fol.* 1*:* Residentiae Societatis Iesu Eberspergae 1596, *fol.* 143—164′ *(praescr.:* Incipit vita sancti Corbiniani per capitula*), similiter atque liber praecedens incipit:* I. Capitulum. Venerandus igitur Dei famulus, *subscr.:* Explicit legenda S. Corbiniani etc. *Etsi capita distincta sunt, tamen praescriptiones desunt. Ea quae ad c.* 38. *de capella S. Corbiniani prope villam Hötting schedula inserta adnotata sunt digna existimavi quae commemorentur.*

Contuli ea quae in c. 9—12 *a codice* 9*b absunt et finem (c.* 38 *sq.).*

9*d) Codex Vindobonensis n.* 1026 *(Univ.* 262*), saec. XIV, collegio ducali Vindobonensi dono datus est a doctore Nicolao de Dinkelspuhl, professore clarissimo Vindobonensi, fol.* 146′—167′*; praescr.:* Prologus in vitam beati Corbiniani episcopi et confessoris, *inc.:* Cum cupimus ad edificacionem — u. enarrare miracula, *sequitur laterculus* 46 *capitum, quem contuli, deinde praescr.:* Incipit vita sancti Corbiniani episcopi, *inc.:* Venerandus igitur D. famulus C. *Capita non inscripta in textu enumerantur* 47. *Librarius cum codice* 9*c verba c.* 10. mitte super eum *ita transposuit:* super eum mitte *et cum* 9*b.b*[1] *in c.* 27. *pro* tanta mox *scripsit* mox tanta. *Vitam Corbiniani officium*

eiusdem excipit, additis neumis, praescr.: Hystoria s. Corbiniani episcopi ecclesie Frisingensis, *inc.:* Adest beatissimi Corbiniani diei electa festivitas.

9e[1]) *Codex Monacensis capituli metropolitani inter Heckenstalleri*[1] *Frisingensia n.* 2 *(*2423*), chartaceus saec. XV, p.* 9—62, *praescr.:* Prologus in vitam beati Corbiniani episcopi et confessoris, *inc.:* Cum cupimus, *sicut praecedens, eundemque locum quem in hoc laterculus capitum occupat, quem contuli. Praescriptiones capitum non adsunt.*

Catalogus episcoporum Frisingensium, qui p. 63—83. *occupat, m. saec. XV/XVI. ad a.* 1480. *perductus et postea ad a.* 1509. *continuatus est. Cum auctor calculo absurdo usus a.* 755. *Corbinianum obiisse statuerit, vix* 30 *annos pro* 40. *ad Arbeonis translationem numerare poterat, sed annum emortualem Arbeonis recte computasse videtur, et fortasse memoria digna sunt, quae de sepulchris episcoporum adnotavit, unde initium exscripsi:*

Cathalogus episcoporum ecclesie Frisingensis.

Sanctus Corbinianus fundator et primus huius Frisingensis ecclesie episcopus, postquam huic sedi annis ultra viginti salubriter prefuisset, sexto Ydus Septemb. anno Domini 755° foeliciter cum multo lucro animarum migravit ad Christum. Cuius meritis et orationibus nos opitulari supplices exoramus.

*Erimbertus, frater sancti Corbiniani, secundus huius p. 550.
sedis episcopus, anno Domini 755° eligitur et sedit annos[a] duos et mensibus duobus. Obiit in die circumcisionis Domini anno Domini 758° et sua kathedrali ecclesia Frisingensi sepultus.

Iosephus episcopus tercius sedit annos quasi tres. Obiit anno Domini 760° sepultusque in ecclesia collegiata sancti Zenonis episcopi Veronensis in Ysna, quam ipse antistes edificavit, fundavit, consecravit et largiter dotavit. Ad quam et translatus et positus est anno Domini 1473° per dominum Christannum Storch predicte Ysnacensis ecclesie decanum. De quo sunt isti versus:

Moribus insignis Ioseph successerat illis
Sponsus bis vidue tercius ecclesie.

a) annis *pr. m. c.*

1) *Codex eiusdem bibliothecae inter Heckenstallerianos n.* 259. *ex editione Mabilloniana saec. XVIII. exscriptus est.*

Aribo episcopus quartus. Hic venerabilis antistes cum consilio coepiscoporum suorum, id est abbatum, beato Zenone in urbem Tridentinam deportato ac postea sancto Valentino a venerando Tassilone Bavarorum duce in Pataviam, quam fundaverat, perducto, de Mayese, ubi similiter quieverunt, corpus beati Corbiniani episcopi predecessoris sui etc. post tricesimum annum obitus sui ad hanc Frisingensem ecclesiam, ubi in presenti requiescit, summo cum honore congruo reduxit etc. Ac demum cum eidem ecclesie per annos XXII salubriter prefuisset et profuisset, quarto Nos May. anno Domini 783. migravit ad Dominum et in sua kathedrali ecclesia Frising. est sepultus.

9e²) *Codex Monacensis n.* 23893 *(ZZ* 893*), chartaceus, scriptus a.* 1499, *ad Corbinianum spectat, cuius reliquiae fol.* 1′. *manu posteriore his versibus celebrantur:*

Corbinianus cor binum gerens, crementa ferens gemine charitatis:
Terre mandata servans pignora beata, stat Frisingia laureata,

atque vita ipsa fol. 2—14′. *c tribus partibus constat, quae sese ita subsequuntur: prologus (praescr.:* Prologus in vitam beati Corbiniani episcopi et confessoris, *inc.:* Dum cupimus ad edificacionem — enarrare miracula*), deinde laterculus:* Incipit tabula registri, *cum praecedente libro conveniens (c.* 2. sp. proi. de v., *om.* est*), tum textus ita desinens litteris miniatis:*

Laus Deo, pax vivis requiesque defunctis. Amen. Anno salutis etc. 99,

quibus verbis manu posteriore haec addita sunt:

presens legenda est Marci Holtzn' presbiteri capellani divi Christophori Landesute.

Capita numerata sunt 47, *sicut in* 9*d*, *sed praescriptiones non adsunt.*

Textus codicum 9*f*¹·² *librarium subiit parum accuratum, qui sermonem passim immutavit, immo tota enuntiata interpolavit:*

c. 1. *ex.* erogabat] Que opera pietatis auctor non passus est latere bonitatis, sed palam innotuit cunctis, quante apud Deum (eum 9*f*²) hic vir futurus esset dignitatis *add.* 9*f*¹·²,

aliaque moralia aut biblica praetermisit, e. gr. c. 3. Sed quid mirum — recessit. *In codicibus* 9*f*¹·² *additamentum c.* 23. *eodem modo depravatum est atque in* 9*b:*

adducto] *rell. cum A;* reducto $9b. f^{1.2}$, *iique cum* $9b^1$ *in c.* 39. *omittunt:* dignanter.

$9f^1$) *Codex Confluentinus bibliothecae gymnasii n.* 5, *in archivo publico depositus, saec. XIV. scriptus a Godefrido de Andernacho presbytero, capellano altaris s. Mauricii in ecclesia Monasteriensi in Meynevelth (hodie Münstermaifeld prope Mayen, Reg.-Bez. Coblenz), fol.* 125—131, *praescr.:* Incipit vita sancti Corbiniani episcopi et confessoris, *inc.:* Dum cupimus — enarrare gesta. Venerandus ergo Dei famulus *et q. s., subscr.:* Explicit vita sancti Corbiniani episcopi. *Laterculus capitum et *praescriptiones* p. 551. *non adsunt, textus autem litteris primariis pictis in capita divisus est iis fere locis quibus in 9b et* $9b^1$.

Et W. Levison v. c. et ego inspeximus.

$9f^{1a}$) *Codex Londiniensis Musei Britannici inter Harleianos n.* 2801, *saec. XIII. in., legendarii Arnsteinensis volumen II, fol.* 165′—170, *ut assolet*[1], *libris* $9f^{1.2}$ *similis est.*

Locum c. 4. *(v. infra) inspexit J. A. Herbert v. c., cum* $9f^1$ *convenientem.*

$9f^2$) *Codex Bruxellensis*[2] *n.* 98—100 *(Catalogi novi n.* 3132, *vol. II), saec. XIII, fol.* 181′—186′, *inc.:* Dum cupimus, *textum exhibet eo neglegentius tractatum quam in praecedentibus libris, e. gr.*

c. 4. ex.: et ut	$9f^{1.1a}$.	$9f^2$.
ibi sub sanctae conversationis regula liceret ei vitam ducere.	et ut i. s. s. c. r. permitteretur sibi v. d.	et ut i. s. s. c. r. permitteretur sibi v. duceretur, *insequentibus verbis:* ut ad sanctorum apostolorum patrocinia posset secretius pervenire, *quae supra desunt.*

Contulit W. Arndt b. m., sed oleum et operam perdidit.

$9g$) *Codex Vindobonensis n.* 3662, *antea Lun. fol.* 186, *chartaceus saec. XV, fol.* 124′—133′. D. S. Corbiniano, *inc.:* Venerandus igitur Dei famulus, *sunt* 47 *capita*[3].

Librum non vidi.

1) *Ionae Vitae SS. p.* 71. 99; *SS. rer. Merov. VII, p.* 537 *sq.* 2) *Cf. 'N. Arch.' II, p.* 242; *Catalogum codd. hagiogr. Bruxell. ed. Bollandiani I, p.* 44; *SS. rer. Merov. VII, p.* 562. 3) *Cf. 'Archiv' X, p.* 495, *ubi n.* 3663. *adnotatus est.*

10) *Codex Monacensis latinus n.* 17145 *(Scheftlarn* 145*), saec. XII, fol.* 1—24, *(praescr.:* Incipit vita sancti Corbiniani episcopi*), textum exhibet in capita non divisum, sed a librario parum accurato scriptum, qui sermonem suo arbitrio immutavit (e. gr. c.* 19. venditores *pro* emptores*) verbaque frequenter transposuit. Lectiones nonnullae cum codicibus* 6. 8. *conveniunt:*

c. 11. vir sanctus] vir Dei 1. 6. 8. 10*;* vir Dei sanctissimus *A;*

c. 19. emerat] emit 8. 10*;*

ib. iugiter emanabat] e. i. 6. 10.

Initium finemque contuli.

11) *Codex Monasteriensis n.* 214, *volumen IV, antea n.* 23, *formae maioris, saec. XV, legendarii magni Bodecensis tomus VIII. acta mensis Septembris continens, iussu Arnoldi de Holte prioris monasterii Maynulfi scriptus est a Conrado de Hersfeldia presbytero et Anthonio de Lippia diacono*[1], *fol.* 65'—72, *praescr.:* Prologus in vitam sancti Corbiniani episcopi, cuius festum colitur sexto Ydus Septembris, *inc.:* Dum cupimus — enarrare miracula. Explicit prologus. Incipit vita eiusdem. Venerandus Dei famulus Corbinianus *et q. s. Capita neque praescriptionibus neque numeris distincta sunt, sed sola nota* ℭ *caeruleo aut rubro colore picta. Librarius sermonem admodum retractavit, ut difficile dictu sit, cuius generis exemplar secutus sit, sed quam maxime cum* 8. 8*. *convenisse videtur:*

c. 23. lassaverunt] lassabantur 11 *cum* 8. 8*a***;*

ib. defuerat] deficeret 11 *cum* 8. 8*a** *et m. al.* 2,

ita ut ad casum quendam referam lectionem 10 *similem:*

c. 19. in proprietatem] in potestatem 10; in proprietatem atque potestatem vendicans 11,

aut 9*f*[1.2]*:*

c. 27. sed tanta mox pluvia secuta est atque procella triginta diebus et noctibus, ut nec una hora num-
p. 552. quam cessavit, ubi aperte monstrabatur] sed t. *m. pluviarum inundatio triginta continuis diebus ac noct. secuta est, ut nec saltem aliqua hora cessaret, per quod aperte m. 9*f*[1.2]; Statim tanta pluvie inundacio subsecuta *(ita* 6*)* est, ut per trig. dies et noctes ne unam quidem horam ab ymbribus continuis cessaret. Unde ap. datur intelligi 11.

Et W. Levison v. c. et ego librum inspeximus.

1) *H. Moretus, Analecta Bollandiana XXVII, p.* 318.

12) *Codex Monacensis n.* 5512 *(Diess.* 12*), saec. XIII/XIV, olim 'Monasterii B. Mariae virginis in Diessen', praenotante manu saec. XVIII, fol.* 35—36 *(praescr.:* De sancto Corbiniano*), a verbis c.* 27. *incipit his:* Beatus Corbinianus presul Frisingensis tempus obitus sui non ignarus, *atque praetermissis et c.* 33. *a verbis:* atque missarum celebrationes, *et c.* 34. *a verbis:* Cumque ad predictam, *in verbis c.* 35 *(inc.:* Qui cum magna supplicatione*) desinit hisce:* sequi potuissent.

Ipse inspexi.

In catalogo monasterii S. Michaelis Bambergensis (= Michelsberg) saec. XII. scripto codex Vitae Corbiniani adnotatus est n. 150[1].

Auctoritatem generis multiplicis codicum recensionis B ex fonte quem habemus A aestimare licet, hocque subsidio instructi codices singulos aut classes in eum ordinem redegimus, quo ad textum recensendum se subsequantur. Splendidissimas lectiones per ipsum Arbeonem approbatas in codicibus 1. 1*a deprehendimus has:*

c. 3. examens] 1. 1*a cum A;* amens *rell.;*
c. 8. patrimonio] 1. 1*a cum A;* patrocinio *rell.;*
c. 16. cui — sequebatur] 1 *(pr. m.).* 1*a cum A;* quam (quod 9. 9*a. b)* — s. *rell.*,

immo singuli codices 1 *et* 1*a soli cum A conveniunt his locis:*

c. 15. Erat namque] 1 *cum A;* Erat autem *rell.;*
c. 4. venerant] 1*a cum A;* venirent *rell.*,

neque 1*a eodem hiatu laborat quo* 1 *(c.* 21*), sed uterque idem vocabulum omisit:*

c. 7. vir Dei] *rell.;* Dei *om.* 1. 1*a.*

Neque vero liber 1 *in rebus grammaticis ubique approbandus est et haud raro veram lectionem deprehendimus in libris* 2. 3. 4. 5. 6. *Codex* 1*a etiam cum* 2 *veram lectionem servavit:*

c. 17. deduci] 1*a.* 2 *(pr. m.) cum A;* deducere *rell.;*
c. 25. prodebantur] 1*a.* 2 *cum A;* prodebant, prodibant, prodiebant *rell.*,

quocum etiam textum eodem modo depravavit:

c. 19. ut haberet] adhiberet 2*;* ut adhiberet 1*a;*
c. 21. Domumque] Dumque 1*a.* 2 *(pr. m.).*

At 2 *solus in c.* 9. *deponens* conaverat *cum A tradidit, de*

1) *G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui p.* 193*; cf. H. Breßlau, 'N. Arch.' XXI, p.* 166*, n.* 99.

reliquo locum perturbans. Etiam codex 3 *praecedentibus haud multo inferior:*

c. 8. monimine] 1. 4. 9*a cum A;* mo(li *m. al.*)mine 3; munimine *et similiter* 1*a.* 2. 8. 9. 9*b.* 10,

specimina nonnulla melioris condicionis exhibet:

c. 5. unicuique se congruens] 1 *et eras.* se 1*a.* 3 *cum A;* se *om. rell.*

Codices 4. 5. 6 *una cum eodem formam fortasse vetustam continent hanc:*

c. 38. sanitatuum 3 *(pr. m.).* 4 *(pr. m.).* 5. 5*a.* 6,

e quibus 4 *magis reliquis sermonem ad grammaticam immutavit, neque vero formas eodem modo correxit atque* 5. 5*a:*

c. 20. Fuitque — Fausta cum duabus filiabus, bonam habentes *(ita meliores;* habens 4. 7. 8. 9*a. b. b*[1]*. d. f*[1. 2]. 10; habentibus 5. 5*a)* substantiam,

p. 553. **sed alibi cum melioribus genuinum Arbeonis sermonem confirmavit:*

c. 8. concedisset] 2 *(pr. m.). (3 pr. m.?).* 4. 9 *cum A;* concessisset *rell.*

Codices 5. 6 *saepius quam* 4 *formas barbaras servaverunt, e. gr.*

c. 9. pollicebat] 3. 5. 6; pollicebatur 4 *cum rell.*,

et codex 6 *vel tale quid servavit, quale est:*

c. 3. alligens] 2. 3. 6. 9. 9*a cum A;* alligans *rell.*

Is locis nonnullis cum 2 *convenit:*

c. 4. pervenerat] *pr. m.* 2. 6; perveniret *vel* pervenerit *rell.;*

c. 19. adeptum] ademptum 2. 6 *(pr. m.)*,

simileque exemplar fortasse corrector codicis 3 *habebat:*

c. 12. His] ita *add.* 3 *(m. al.).* 6;

ib. iterantium] iter agentium 3 *(m. al.).* 6.

Lectiones aliquot etiam libris 6. 7 *communes sunt:*

c. 16. confiteretur] profiteretur 6. 7;

c. 21. verba] verbum 6. 7,

et libris 6. 7. 8*:*

c. 19. beati] *om.* 4; sancti 6. 7. 8.

Codices 7. 8 *certe ad idem exemplar redeunt:*

c. 19. Timone] Nimone 7. 8;

c. 21. inlicito] *om.* 7. 8,

e quibus 7 *uno loco mirabiliter congruit cum* 2*:*

c. 19. fluvium] fluminum 2. 7,

8 *vero cum melioribus veram lectionem servavit h. l.:*

c. 15. genuis] 3 *(pr. m.).* 8 *cum A;* genibus *rell.;*

c. 16. in(r)risit] 1. 1*a.* 2. 8 *cum A;* subrisit 10; arrisit *rell.*

quin immo solus:

c. 6. divini muneris largitoris *(ita* 8 *cum A)* consentiens.

Singularis autem naturae classis 9 *est propter additamenta ex recensione A deprompta, cumque eruto codice melioris notae saec. XII. etiam lectiones splendidae in ea deprehenderentur, de indole eiusdem dubitari poterat, utrum interpolatori an primo recensionis B auctori attribuenda esset. Solus codex* 9 *et haec verba addit cum A convenientia:*

c. 3. Et quia] rationabilis *add.* 9 *cum A;*
c. 7. depositus] denotatus *add.* 9 *cum A,*

et c. 7. *et* 13. *locos spectantes ad sepulchra Adalberti in Pupinhusir et Anserici in ecclesia Stephani, quibus Arbeonem testem oculatum se praestitisse supra p.* 142. *exposui. Ad exemplar autem commune codicum et* 9 *et* 9*a. b haec additamenta vel lectiones ex A deprompta redeunt:*

c. 18. decora] nomine Pilidrud *add.* 9. 9*a. b cum A;*
c. 23. *ex. locus ad intervallum* 40 *annorum spectans, quos fons montis S. Stephani post Corbiniani mortem aruisset;*
c. 25. insidias] suae coniugis *add.* 9. 9*a. b;* a sue conposite coniuge *A;*
c. 28. atque inquisivit, quid] *rell.;* Cumque illam *(*illa 9*b)* socia *(*sistrix *A)* inquireret, quid *(*quit 9*b)* 9. 9*a. b cum A;*
c. 34. *ex. comparatio cum populo Israelitico;*
c. 37. subponebatur] submissus fuisset 9. 9*a. b cum A.*

Exemplar illud commune librorum 9 *non solum plura habebat quam codices vetustiores, sed etiam uno loco hiabat:*

c. 21. episcopum *[*nihil aliud dignum episcopum esse, nisi *add. rell., om.* 9. 9*a. b, pro quibus verbis* ideoque *interpolaverunt* 9*a. b]* mortis *[*esse *add.* 9*a. b]* reum,

**utque librarium h. l. ab uno* episcopum *ad alterum aber-* p. 554.
rasse manifestum est, ita verba in 9. 9*a. b praetermissa etiam per Arbeonem confirmantur*[1]. *Auctor archetypi* 9 *in c.* 22. *pro* namque *(ita etiam A) scripsit* tamen, *nec eidem fides ulla habenda est sermonem barbarum cum* 4 *et* 7 *ita expolienti:*

c. 9. Cuius l. — f. succreverat] Cuius cum l. — f. succrevisset 4. 9. 9*a. b;*

1) *Arbeo c.* 26*:* aliud nil quam mortis reum.

c. 9. Eoque relicto — — incedens] Illo autem r. (Ille autem eo r. 9) — — incedit 4. 9. *9a. b;*

c. 18. solatiante] consolante 4. 7. 8. 9. *9a;* consulente *9b.*

Licet exemplar codicum 9 *propter vitia quibus laborabat pro archetypo haberi nequeat, ita ut additamenta illa interpolatori attribuenda sint, tamen librarius exemplari melioris notae usus est atque lectiones codicum* 1 *et* 1*a aut rectae aut falsae et in* 9 *et in singulis libris* 9*a.b deprehenduntur:*

c. 1. mundialem] mundalem 1 *(pr. m.).* 9*b;*

c. 3. surgere] 1*a.* 9 *cum A;* resurgere *rell.;*

c. 6. fraudaretur] frauderetur 1*a.* 9*b (non* 9. 9*a);*

ib. oboeditionem] obedientiam 1*a.* 9 *(pr. m.);*

ib. potuisset] et *add.* 1. 1*a.* 9 *et e coni. Petschenig;*

c. 7. minime potuit (potuisset 9*a;* valeret 6)] 1. 6. 9. 9*a. b cum A;* pot. m. *rell.*,

c. 13. relevantes] revelantes *pr. m.* 1. 9.

Etiam cum 6 *hi libri concordant:*

c. 4. perflagrarat] perflagrabat 6. 9;

c. 37. perstrepebat] perstrebat 6. 9. *(pr. m.).* 9*b,*

illique interpolatio solius codicis 9 *(c.* 6. coepit*) m. al. illata est. Textus in libris* 9*a. b, qui ex eodem exemplari pendent, magis quam in* 9 *interpolatus et depravatus est:*

c. 7. illo [actum *add.* 9*a. b*] fuisset;

c. 30. Breonensium plebis] 9 *cum rell.;* Veronensium plebis (pl. *om.* 9*b)* 9*a. b,*

illique etiam cum 4 *conveniunt:*

c. 39. ad totius [spem *add.* 4. 9*a. b. b*[1]*. c. d. e*[2]*. f*[1.2]] christianae plebis,

et capita eodem loco (cf. c. 13. 27 *med.) atque codex* 7 *distinguunt, quocum inprimis* 9*b necessitudine quadam coniunctus est:*

c. 16. veretro] feretro 7. 9*b;*

ib. inde] *om.* 7. 9*b (non* 9. 9*a).*

Codices 9*b. b*[1]*. c. d. e*[1.2] *in* c. 39. *pro* omni *exhibent* summo *neque vero* 9*f*[1.2].

Itaque textus recensiónis B ita fere constituendus erat, ut comparatis libris inter se ea lectio eligeretur, quae veró Arbeonis sermoni proxima accederet, et licet plerumque codices vetustiores praestarent, tamen veram lectionem etiam alii nonnumquam servaverunt. Cum autem auctor B ipse grammaticae leges violasset, Arbeone non lapso, e. gr. indicativum pro coniunctivo fere collocans, iis locis vel similibus suffragio auctoris primarii assentiri non licebat:

c. 3. ut — revertebantur] 1. 1*a;* ut — reverterentur *rell. cum A;*

c. 21. invidii et odii fomitem] *pr. m.* 2. 3 *et* 6*;* invidiae et odii f. *rell.;* invidiae f. *A.*

Codices vetustiores iique meliores B aeque ac recensio A textum indivisum exhibent neque capitum distinctiones, praescriptiones aut laterculus capitum adsunt in 1. 1*a, dum alia aliave deprehenduntur in singulis libris* 3. 4. 5. 5*a.* 6. 7. 8. 9*a. b. Laterculus capitum in solo codice* 3 *praecedit, in* 5. 5*a post c.* 1. *collocatus est, dum in* 9*a. d. e*[1. 2] *totus immutatus et interpolatus primos versus c.* 1 (enarrare miracula) *subsequitur. Quem quamquam genuinum auctoris fetum agnoscere non debemus, tamen haud multo posteriorem esse e sermone satis mediocri concludi licet (e. gr. c.* 1. in vico, quae, *c.* 33. *pass. pro act.). Capita in codicibus non semper eodem modo *inscripta aut iisdem* p. 555. *locis distincta sunt, utque distinctionem cum laterculo interpolato fere convenientem codicum* 9*a. b praetermittam, etiam codices* 3. 6 *et* 4. 7 *nonnumquam inter se discrepant, nam praescriptio c.* 26. *suo loco non deprehenditur in* 3 *et* 6, *cui hae incisiones postea illatae sunt, et codices* 4 *et* 7 *verba tituli* 25. *ita ordinant, sicut* 5. 5*a in laterculo capitum, eodemque mendo laborant in c.* 23*:*

fodit] *recte* 3. 6*;* fovit *falso* 4. 7.

Cum primo recensionem B edendam esse non existimavissem nisi ad Arbeonis textum supplendum, sola additamenta illi propria cum codicibus collata erant partim a W. Levison sodali meo, partim a me ipso; cum autem consilio mutato totum textum admisissem, omnes codices ipse aut comparavi aut inspexi descriptumque a L. v. Heinemann librum 3 *recognovi. Discrepantiam lectionum variantium attuli e codicibus* 1. 1*a.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 9*a. b neque vero peculiares lectiones singulorum librorum* 9*a et* 9*b aut in laterculo* 9*a et* 9*d adnotavi et deficiente* 9*b ad c.* 9–12. *recensenda adhibui* 9*c. Suppressi in universum ea, quae manibus posterioribus in codicibus correcta erant, eis exceptis lectionibus, quae in aliis redirent prima manu scriptae.*

Laurentius S u r i u s, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae* 1574. *tom. V, p.* 131—143, *exemplari recensionis B ad classem* 9 *pertinente usus est, quippe quod interpolationes ex A depromptas continuerit, et simile fuisse videtur archetypi, ex quo codices retractati* 9*f pendent, cumque lectiones nonnullae cum* 10 *conveniant (c.* 19. mentionem *pro* memoriam, venditores *pro* emptores*), monendum*

est, sermonem ab editore hic illic expolitum esse. 'Praefatiunculam Authoris' (inc.: Dum cupimus*) ab 'Historia' (inc.:* Venerandus igitur Dei famulus*) distinxit.*

Hanc editionem iteravit I. Mabillon, Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti, Lutetiae Parisiorum 1672, *Saec. III,* 1, *p.* 500—517, *Aribonis auctoris nomine addito.*

C. Meichelbeck, Historiae Frisingensis tomi I. pars altera instrumentaria, Augustae Vindelicorum 1724, *p.* 1—20, *codice vetusto Benedictoburano, 'manu, ut videtur, saeculi XI. exarato', usus est, scilicet codice nostro* 6, *alterumque exemplar classis* 9 *habebat (p.* 67*), quod locum c.* 23. *e recensione A interpolatum continebat, scilicet codicem Andecensem, quem Benedictoburano inferiorem esse recte perspexit diligentissimus rerum Frisingensium scriptor.*

Nihilominus Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules', Lutetiae Parisiorum 1741, *tom. III, p.* 652*sq., particulas quas in corpus suum admisit V. Corbiniani non ex hac editione meliore deprompsit sed ex Mabilloniana.*

At Constantinus Suyskenus, AA. SS., Antverpiae 1750, *Septembris tom. III, p.* 281—295, *Meichelbeckio nititur, ad quem etiam eae partes redeunt, quas J. Reschius, Annales ecclesiae Sabionensis, nunc Brixinensis, Augustae Vindelicorum* 1760, *tom. I, p.* 569—594 *(ad c.* 38*) et p.* 673—678. *admisit.*

XVII. Fabulae posteriores.

Vita Corbiniani B neque genuino Arbeonis textu ii nitebantur, qui per medium aevum legendam patroni suis inventis adornaverunt, cumque memoria patroni adeo obumbrata per multa aeva fidelibus sacra fuerit, hos quoque auctores, quamvis historiae scribendae magis obstiterint quam profuerint, examinare libet.

Otto episcopus Frisingensis Chronicam medio saeculo XII. componens decessoris sui celeberrimi gesta silentio praeterire nolebat[1]*, qui tantis miraculis ecclesiam suam primus illustrasset, cumque Theodonem illum vetustum Baiuvariorum ducem, qui Corbinianum in Baiuvariam profectum primus receperat (B c.* 9*), penitus ignoraret, de Theodone cogitavit Tassilonis filio, quem pater*
p. 556. *socium ducatus a.* 777. *sibi adsumpserat, *itaque etiam Pippinum statuere coactus erat regem pro maiore domus*

1) *Ottonis ep. Frising. Chronica V,* 24 *(recogn. A. Hofmeister p.* 250 *sqq.).*

aut principe, quos titulos in V. Corbiniani legerat, textum traditum nimium audacter immutans. Pippino igitur rege violentus ille rerum narrator asseruit (V, 23) clarissimos regni Christi principes floruisse Corbinianum, Bonifatium, Rupertum, atque Corbinianus a Gregorio episcopus ordinatus ad gentes destinatur sicut Bonifatius et a Tassilone eiusque filio susceptus (V, 24) montem Frisingensem accepit, ubi primo ecclesiam in honorem Benedicti construxisset monachorumque conventum collegisset. Ecclesia Benedicti parva illa ecclesia erat B. Mariae contigua teste Vito Arnpeckhio[1]*, sed negari vix oportet monachorum conventum talem, qualis subaudiendus est, scilicet S. Benedicti, cum condicione Corbiniani minime convenire. Etiam donatio montis Frisingensis, cuius Otto solus meminit, in dubium vocanda est; nam villa publica et castrum ducale montem occupabant atque dux etiam multo post Corbinianum pro domino eiusdem habendus est. Ottonis vero aevo civitas Frisingensis una cum munitionibus re vera episcopi erat*[2] *piaque fraude ille huius necessitudinis origines ad primum episcopum rettulit. Montis situm pulcherrimum amoenissimumque, fluvios Isaram et Ambram, silvas cum feris coloribus vividis descripsit neque plurimos honores ac possessiones praeteriit, quibus Corbinianus ecclesiam Frisingensem locupletasset. Cum miraculum V. Corbiniani c. 2. excerpens,* primicias obtulisset *scripserit, in exemplari suo pro* adferebant *lectionem deprehendisse videtur, quae in nostris* 7. 7a (offerebat) *aut* 8 (offerebant) *legitur. Miracula praeterea excerpsit, quae in V. Corbiniani B c.* 10. 12. 7. *descripta sunt.*

Merum Ottonis textum Chronicae libri V, c. 24, codex ***Bruxellensis*** *n.* 3763 *(II,* 1515*), saec. XIII, fol.* 123′—124′, *olim Aureaevallensis*[3], *exhibet, praescr.:* Quedam

1) *Vitus Arnpeckhius, Liber de gestis episc. Frising. (v. Deutinger, 'Beyträge' III, p.* 474*; ed. G. Leidinger, 'Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte, Neue Folge' III, Monachii* 1915, *p.* 850*); cf. Meichelbeck, Historia Frising. I,* 1, *p. XXI,* 343. *Ecclesia S. Benedicti post maiorem sita in tabula apud M. Merian, Topographia Bavariae* 1644, *p.* 15, *conspicitur. Cf. supra p.* 129. 2) *Otto l. c. VII,* 26 *(p.* 352*):* nostrae civitatis munitiones. *At duci pars montis Frisingensis arbitrio facto a.* 1290. *restituta est; cf. J. B. Prechtl, 'Beiträge zur Geschichte der Stadt Freising', Frigisingae* 1877, *I, p.* 51. 3) *Codicem Cantatorii S. Huberti a.* 1893. *per bibliothecam regiam Bruxellensem emptum descripsit Hanquet, 'Étude critique sur la chronique de Saint Hubert',* 1900, *p.* 14—23. *De eodem egit Van den Gheyn, 'Catalogue' VI, p.* 112, *qui etiam in usum nostrum locum ad Corbinianum spectantem officiosissime exscripsit.*

de vita sancti Corbiniani Frisingensis urbis episcopi primi, *inc.:* Anno Domini septingentesimo L°V floruit sanctus Corbinianus primus Frisingensis episcopus. *Hic Waldegiso et q. s. Corbiniani virtutibus librarius martyrium Bonifatii adnexuit ex eodem Ottonis opere V, 25, depromptum, tum ad Lullum transiens ita peroravit:* Cui sanctus Lullus successit, de quo sunt hi versus [1]:

Antistes Lullus, quo non est santior ullus,
Pollens divina, tribuente Deo, medicina,
Occurrit morbis, ut totus praedicat orbis.

Floruerunt hisdem diebus domnus Robertus Ianuāriū [2] presul et Burcardus Herbipolensis episcopus et sanctus Florbertus episcopus Leodiensis.

Conradus sacrista, qui novam traditionum collectionem iussu Ottonis II. episcopi Frisingensis a. 1187. *instituit, Corbiniani res gestas non descripsit, quia 'in libro qui de vita sua inscribitur satis admodum explicantur'* [3], *et habuit auctorem B una cum interprete eius violento Ottone Frisingensi, sed utroque plura comperta habebat, scilicet Corbinianum ex ipso vico Maise oriundum esse, Gregorium III (a.* 731—741*) papam ordinatorem fuisse et Tassilonem sororium, i. e. sororis filium, Pippini, at-*
p. 557. *que ecclesiae *Benedicti Corbinianum scripsit etiam temporalia prôvidisse, scilicet Maise, Chorzes, Caminam(!), quae loca acquisita 'ad istam sedem, quam fundavisset, iure proprietatis contulisset'. Pippinum principem in Italia contra Langobardos pugnantem in locum Langobardorum principis substituit, ad quem Corbinianus moribundus Erimbertum legatum misisset, ut donatio sua ecclesiae S. Mariae confirmaretur, immo Pippini illius chirographum finxit, scilicet confirmationem donationis illius et concessionem regalem eiusdem principis, qua libertatem episcopos eligendi et legitime substituendi familiae Frisingensi dedisset, quam chartam tempore Waltonis episcopi cum reliquis ecclesiae Frisingensis ornamentis ignem consumpsisse dixit. Charta illa unica Corbiniani si Pippini principis nomen tulisset, id quod Conradus contendit, eam vel hanc ob causam falsam fuisse necesse esset, sed eiusmodi libertatem Corbiniani condicioni omnino non respondisse supra exposui* [4].

1) *Sunt versus Wilhelmi Malmesburiensis, De gestis reg. Angl. I,* 85 *(SS. X,* 455*; ed. W. Stubbs I,* 84*); cf. AA. SS. Oct. VII, p.* 1051.
2) *Potius Iuvaviensium.*
3) *Ex Conradi sacristae Libro traditionum Frisingensium; ed. G. Waitz, SS. XXIV, p.* 318.
4) *Supra p.* 152.

Conradi operi in codice Guelferbytano *n.* 205. *inter Helmstadienses* 2° *(= v. Heinemann n.* 238*), saec. XV, quo post F. W. Rettberg*[1] *ipse usus sum, versus antecedunt (fol.* 208'*) ad vitam Corbiniani et inprimis miracula spectantes, qui ad recensionem B, adhibitis fortasse et Ottone et Conrado, redeunt:*

Ante vite eius picturam exhibetur suprascriptio.

Mittit hic presulem . Gregorius [tercius[a]] Corbinianum.
Spina concutitur . sed mustum non violatur.
Presulis reducit fur mulam . furtim sublatam.
Defert piscem aquila . presuli celitus emissum[b].
Demitat hic ursum . post equum[c] peremptum.
Iudicem precatur . ne latro morte puniatur.
Latronem redimit . ab exicio[d] triduanum.
Hic ordinat monachum . a crucis morte redemptum.
Vir virga montem . compellit mittere fontem.
Reficit eternis . episcopus populum verbis.
Sumpto viatico . transfertur anima celo.
Corpus sacratum . ter deno die [tollunt[e]] tumulatum.
Frisingam vehitur . presul inclitus sepeliendus.
Languores sanat . arreptos a demone curat.

Petrus Calo de Clugia (hodie Chioggia) ordinis Praedicatorum († 1348), de multis sanctis referens, quorum Iacobus de Voragine mentionem non fecerat, etiam Corbiniani vitam breviter tractavit[2], *praescr.:* De S. Torbiniano ep., *inc.:* Torbinianus episcopus a papa Gregorio tempore Pippini Grossi factus — — et in ecclesia S. Mariae tumulatus.

Eundem textum in codice Admontensi *nunc n.* 13, *saec. XIV, repperi*[3], *ubi nomen recte scriptum est* Corbinianus.

Petrum Calonem inter auctores suos enumeravit Petrus de Natalibus, *qui inter a.* 1369. *et* 1372.[4] *Catalogum sanctorum et gestorum eorum ex diversis volumini-*

a) *vocabulum metro eliditur;* Iunior *(ita Vitus Arnpeckhius) super praescriptionem additum ad eundem papam referendum est c.* b) *scribas:* missum. c) suum *deesse videtur.* d) *ita in mg.,* cīrcēd *in textu delet. c.* e) *metri causa expungas.*

1) *Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p.* 258. 2) *A. Poncelet, 'Le Légendier de Pierre Calo', Analecta Bollandiana XXIX, p.* 91, *n.* 640. 3) *Cf. 'Archiv' VI, p.* 164; *SS. rer. Merov. VI, p.* 350. 4) *Cf. A. Poncelet, Analecta Bollandiana XXIX, p.* 35.

bus collectum[1] *composuit, cumque opus decessoris ita excerpsisse dicatur, ut eius textus pro illius exemplari adhiberi possit, etiam vitam quam dedit Corbiniani (Lib. VIII, c.* 54*) ex eodem fonte pendere verisimile est. Certe* p. 558. *ea quae enarravit (inc.:* Corbinianus *episcopus Frixigeñ. a papa Gregorio primo factus fuit tempore Pippini Grossi regis*) cum recensione B miraculum ursi continente conveniunt et ad codicem quendam* 9 *redeunt, cum ita desinant:*

terre suffossus post annos XL recens adeo inventus est, ac si ea die fuisset effusus. Corpus vero eius tunc temporis translatum est Fasingam: et una cum dicto sanguine in ecclesia sua sepultum est in marmoreo mausoleo.

Nomina ut locorum misere depravata sunt ita etiam hominum, e. gr. Huinsgus *pro 'Husingus'.*

Vitus Arnpeckhius presbyter et clericus Landshutensis et Frisingensis librum suum de gestis episcoporum Frisingensium[2] *ad obitum Sixti episcopi Frisingensis a.* 1495. *et ad electionem Rudperti, filii electoris Philippi comitis palatini ducisque Baiuvariae, perducens, primo loco de Corbiniani rebus gestis ad 'librum, qui de vita eius inscribitur', disseruit itemque codicem quendam* 9 *recensionis B habuit, quacum caput de sepultura (nobis* 27 *med.)* 31 *(cf. p.* 170, 1*) numeravit, sed finem fere totum ex Conrado Sacrista deprompsit. Ecclesiae Frisingensis origines usque ad Carum imperatorem Romanorum et S. Maximilianum archiepiscopum Laureacensem rettulit, cuius ecclesiae suffraganeae cum aliae fuissent tum 'Frixinia alias Frisinga', ita ut Corbiniani aevo perfectum tantum esset, quod ante* 450 *annos esset inceptum. Locum sepulturae Corbiniani tumulumque beati Valentini, ubi primo oratorium construxisset, Conrado accuratius distinxit, additis verbis 'vulgariter auf Zemberg' (i. e. Zenoberg), qui mons eo magis arrisit eius successori.*

Iohannes Freiberger, decretorum licentiatus, canonicus Frisingensis et ecclesiae S. Petri in Vohburgk pastor († 1541*), Vitam Corbiniani*[3] *similiter atque auctor B*

1) *Editio Argentina a.* 1513. 2) *Ediderunt v. Deutinger, 'Beyträge zur Gesch., Topographie und Statistik des Erzbisthums München u. Freysing', Monachii* 1851, *III, p.* 473 *sqq.; G. Leidinger l. l. p.* 849 *sqq. (cf. p. CXVI sqq.). Arnpeckhius Vitam Corbiniani B etiam in Chronica Baioariorum II,* 12—17, 19—22, 35 *(ib. p.* 56 *sqq.) exscripsit.* 3) *Vitam Corbiniani post editionem principem a.* 1520. *paratam ediderunt (Peter Paul Finauer), 'Bibliothek zum Gebrauch der baierischen Staats-Kirchen- u. Gelehrten-Geschichte',* 1772, *tom. I, p.* 81 *sqq.; v. Deutinger, 'Beyträge*

'stilo simplici brevissimo ac familiari explicare' cupiens, multo plura decessoribus enarrare poterat sibi excogitata, cumque iam Conradus Maise pro patria Corbiniani habuisset, is totam regionem Melitonensem cum villis Mais et Kortsch (Thorses) coniunxit, contendens in castro Zenburgk, i. e. in monte Zenonis, locum eius natalem fuisse, ubi etiam sepulchrum utriusque sancti collocavit et Valentini et Corbiniani, scilicet in capella S. Gertrudis. Tunc igitur nondum de parva Valentini capella in altera Passeris amnis ripa sita cogitaverunt viri locorum illorum periti. Altera capella eaque maior in monte Zenonis sita, quem dominus Ulricus Suppanus a. 1237. tenebat[1], ipsius Zenonis nomen fert in epistula indulgentiae a. 1288. paenitentibus festo S. Zenonis et Corbiniani episcopi data, cumque propter nimiam vetustatem multis locis tunc miserabiliter concussa esset, sita in Curiensi dioecesi, eleemosynas expectabant ad eam reparandam seu ad ornamenta vel luminaria capellae[2]. Ottonem episcopum Frisingensem Freiberger et adhibuit et citavit, sed eo ab illo differt, quod Corbiniano et Bonifatio aequales addidit Virgilium Iuvaviensium archiepiscopum pro Ruperto, immo etiam Valentinum Tridentinum. Residebant eo enarrante Tassilo in castro Schonfeld prope *Ambergam, Theodo filius eius in Abbach p. 559. prope Ratisbonam, quibus primo Grimoaldus, deinde Hugbertus successisset. Fausta comitissa defuncto marito tutelae principis se cum omnibus bonis suis subiecit, isque post eius mortem castrum quod habuerat in monte, 'qui antea vocabatur Todtmons, sed nunc Weyhenstefen dicitur', Corbiniano assignavit, qui capella S. Stephani constructa 12 fratres sub regula S. Benedicti ibi congregasset, ecclesia vero maiore aedificata in honorem Mariae, Valentini, Zenonis conventum eo transtulisset, uno solo capellano in capella S. Stephani relicto. Luitprandus Langobardorum rex non solum Valentini corpus, sed corpora sanctorum, ideoque etiam Corbiniani, ad urbem Tridentinam transferenda et sepelienda curavit, ita ut 'usque hodie' in capella

zur Geschichte, Topographie u. Statistik des Erzb. München u. Freysing', Monachii 1850, I, p. 26 sqq.

1) O. Redlich, Acta Tirolensia I, p. 426. 2) A. Roschmann, 'Glaubwürdige Nachrichten über das Leben und vormahlig berühmte Grabstatt zu Mays in Tyrol des Heiligen Valentini, Bischoffs zu Passau und beeder Rhätien Apostels', 1746, p. 181. Binas capellas et Zenonis et Gertrudis descripserunt K. Atz et A. Schatz, 'Der deutsche Antheil des Bistums Trient', Bauzani 1907, IV, p. 223 sqq.

S. Gertrudis duae sepulturae vacuae conspicerentur, cumque Aribo, cui 20 episcopatus annos auctor fere recte attribuit, septem viris ad principem Baiuvariorum missis ea in patriam reduxisset, scilicet Valentini Pataviam, Corbiniani Frisingam, populus tam Tridentinensis quam Maiensis corporibus amissis graviter maerens ecclesiam in honorem Corbiniani aedificandam curasse dicitur, quae 'hodie' paroecialis esset in vico Mais. Interim vero ecclesia paroecialis in vico Untermais S. Vigilii[1] *patrocinium nacta est, dum altera ecclesia S. Mariae sacra est; in Obermais ecclesia nulla superest praeter capellam S. Valentino consecratam, quae super vicum illum prope Neuberg vel Trautmannsdorf sita patroni sepulchrum condere credita est saec. XVIII*[2].

Ex Iohannis Freibergeri opusculo auctor dissertationis de sancto Valentino *ecclesiae Pataviensis patrono pendet, cuius schedas codex* Monacensis *lat. n.* 3595, *saec. XVI, fol.* 162'—163, *continet. Legenda enim S. Corbiniani, ex qua priorem partem excerpsit, illius auctoris est neque vero in excerpendo ordinem debitum servavit falsoque capellam in monte Zenonis sitam altero loco S. Crucis dixit, quam supra recte S. Gerdrudis dixerat. Verbis:* In alio loco dicitur *ad alterum fontem transiens Valentinum iam scripsit in castro Maiensi in ecclesia S. Zenonis non longe a Tirolis sepultum esse, concordans cum Bartholomeo Tridentino, cuius supra*[3] *memini, corpusque Tridentum translatum a Tassilone duce Baiuvariae Pataviam evectum esse. Quae cum alicuius momenti mihi esse videantur ad intellegendum, quo loco castrum Maiense fuisse usque ad saeculum XVI. crediderint, haec excerpta praefationi nostrae inserenda esse duxi:*

De sancto Valentino ecclesie Pataviensis patrono.

Ex legenda quadam sancti Corbiniani hoc excerpsi.

Freiberger. Cum Pipinus rex Francie, pater Caroli Magni — — verbo salutis peperit. Qui postea Frisingensem ecclesiam edificavit et dotavit. cumque vir Dei Corbinianus diem resolucionis sue appropinquare intellexit, peciit, ut corpusculum eius non impedirent sepeliri cum sancto Valentino. Cumque corpus eius plaustro — — vacue videntur.

ib. Corbinianus vero natus ex Melitonensi, — — dicebatur mons

1) *K. Atz et A. Schatz l. l. p.* 239 *sqq.* 2) *Potius S. Stephanus capellae illius patronus adhuc saec. XVIII. erat teste Meichelbeckio l. c. I,* 1, *p.* 14, *id quod vel Roschmannus concessit l. c. p.* 71; *cf. p.* 76. 124. 138. 170. 3) *Supra p.* 110.

Zenburgg sive[a] mons Zenonis. Aribo[b] autem quartus Frisingensis ecclesie episcopus, qui rexit annis XX, — — parrochialis in Mays. Freiberger.

In alio loco dicitur, quod, cum appropinquasset[1] tempus obitus s. Valentini, se ecclesiasticis sacramentis fecit muniri, deinde in pace obdormivit.

Corpus vero eius in castro Mayensi in ecclesia sancti Zenonis non longe a Tirolis honorifice sepelitur, ubi multis claruit miraculis, et locus sepulture eius tanta venerabatur frequencia populi, quod sanctus Corbinianus Frisingensis episcopus apud s. Valentinum suam elegit sepulturam, et deinde post mortem suam ibidem ad sepeliendum asportatum est, ut habetur in eius legenda.

Deinde per decursum temporis corpus s. Valentini de eodem castro a *Longobardorum gente honorifice in Tridentinam translatum est, demum ab illustro[c] duce Bavarie Tassilone in civitatem Pataviensem cum summo honore effectum[d] est, quod et ibidem magnifice honoratur et colitur, ubi in ecclesia multis claruit et hodie claret miraculis. p. 560.

Denique legenda non solum per studiosissimos gloriae patroni auctores novis incrementis aucta est, sed etiam vulgus nomina locorum suo intellectui aptata cum fatis Corbiniani conexuit. Aufham ecclesiola paroeciae Feldkirch ad viam Salisburgo Monachium ducentem sita locus ille fuisse existimabatur, qui corpus Corbiniani recepisset, cum noctu quieturi (c. 37*) illud reposuissent Frisingam transferendum, ibique episcopus una cum urso serviente in vitro a.* 1404. *pictus erat*[2] *et patronus secundus cultus. Statio autem illa, ubi funus Corbiniani et in aditu castri Maiensis (c.* 29*) et in reditu (c.* 38*) constitisset, ubique propter sanguinem reconditum ecclesia constructa esset, placebat Deltendorf vel Totendorf, i. e. vicus mortui, ibique item vitrum pictum Corbinianum repraesentat, cui ad pedes donator, clericus quidam, supplicaturus procumbit*[3]. *Librarius vero saec. XV. codicis* 9c, *cum meminisset capellam S. Corbiniani locum quondam nominatum esse post villam Hötting prope Oenipontum situm, qui mutato nomine 'in den hard docz sant Antwein' tunc dicebatur, — hodieque locus 'Harter Klamm' in tabulis geographicis adnotatus*

a) sue *c.* b) A. a. q. *bis scr. c.* c) *ita c.* d) *lege* evectum.

1) *De Corbiniani obitu haec scripta sunt in Vita B c.* 27. 2) *Mayer-Westermayer, 'Statistische Beschreibung des Erzbisthums München-Freising'* (1874) *I, p.* 53. 3) *Mayer-Westermayer l. c.* (1880) *II, p.* 27; *Peter Pfatrisch, 'Gesch. der Pfarrei Irschenberg' ('Oberbayerisches Archiv für vaterländische Geschichte', Monachii* 1863, *XXIII, p.* 110).

est prope Hötting, — ibi ecclesiam fuisse voluit sanguine patroni notabilem. Consentaneum est suum quemque locum, quocum quibuslibet studiis coniunctus esset, anteposuisse neque vero talibus similibusque nugis amplius vacare licet.

B. Krusch.

I.

VITA AUCTORE ARBEONE.

DOMINO VIRGILIO[1] SACRAE INDAGATIONIS SCRIPTURAE INSTANTE PRAECIPUO TEMPORE ET SAGACISSIMO HERES[2] EXIGUUS IN DOMINO SALUTEM.

Tot fontis[a] eminentiae tuae pectoris arcem[3] divini muneris, convallia[b. 4] iam sitientia[c], abyssi micantem conperimus claritatem[d], ex cuius rivolis[e] ardorem satiari conati[f] decrevi, sed, inhiante humo, rorantes guttas arenosus[g] obsorbuit[h] rus: inlicite preoccupationis[i] redundatus[k] terrenis, p. 561. prurigo vitiorum pollulans[l], sacrum *locum occupant[m]. Famine[5] fructus, transfluenta[6] exortationis vestrae praecipue doctrinae unde[n], in prohemio pie recuso pater, ut hoc quod iusseras a me queat fieri, quod tanti patris exscriberem originem pariterque vitae denotarem[o] virtutes, ad ultimum pii post obitum muneris largitoris ingentia tumulum erga[7]

I. Prol. 1.

Prol. a) *m. al. corr.* fontibus 1. b) (con *m. al. superscr.*)vallia iā 1; ima convallium *infra p.* 191, 13. *et V. Haimhrammi c.* 2. 27. c) *ita scripsi;* scientia 1. d) tuam *m. al. add.* 1. e) *m. al. corr.* rivuli ardore 1. f) conati *m. al. corr.* conat⁹ 1; *cf.* concubiti *c.* 36. g) *m. al. corr.* arenosum 1. h) *ita* 1. i) preoccupatiis *m. al. corr.* preoccupationib⁹ 1. k) *m. al. corr.* redundans 1. l) *m. al. corr.* pullulans 1. m) *corr.* occupat 1. n) *i. e.* unda; *v. SS. rer. Merov. VI, p.* 532, 50. o) *m. al. corr.* denodarem 1.

1) *Virgilius abbas monasterii Aghaboe ex Hibernia advectus c. a.* 746/7. *episcopatum Salisburgensem suscepit, sed episcopus multo post ordinatus est, fortasse a.* 755 *(v. supra p.* 133*), diemque supremum obiit a.* 784, *die* 27. *Novembris. Insequentia ita construas:* sacrae scripturae indagatione instante *(i. e. praesenti)* tempore praecipuo. 2) *De diversis Arbeonis nominibus supra p.* 121, *n.* 2, *egi.* 3) *Intellegitur 'arca' et Fortunatus 'arca' cum pectore coniunxit, scribens* pectoris arca *Carm. IV,* 11, 4; *VII,* 8, 36. *Arbeo vero 'arcae' ablativum formavit (V. Haimhrammi c.* 40, *supra p.* 90, 9, *v. SS. rer. Merov. VI, p.* 532 *sq.), depravatum supra in 'arcem'.* 4) *Cf. Ps.* 103, 10*:* Qui emittis fontes in convallibus. *Ita construas:* Tot fontibus abyssi *(cf. Gen.* 7, 11*),* convallibus iam sitientibus, p. arca divino munere micantem c. cl. eminentiae tuae, ex cuius r. ardorem conatus *(gen.)* sat. decrevi. 5) *I. e. faminis, sermonis.* 6) *Pro 'transfluente'.* 7) *Verba ita disponas:* ad ultimum post o. pii munere *(cf. infra p.* 193, 8 *et chartam Heredis a.* 773, *Bitterauf p.* 87*)* largitoris ingentia eximia *(cf. p.* 193, 26*)* erga tumulum deaurarem.

deaurarem eximia: quae nec sufficere mę profiteor, nisi orationibus fuero vestris suffultus.

Statim in exordio huius operis in precipicium lapsus ruo per inaudientiam[1] assertionibus[a], nisi per aratrum rationabilis normae vestrae locutionis fuerit delimatum, ut rusticitatis tergat pulverem lingue[b.2] virtutis modulum ad aedificationem audientium, ut Dei discant venerare cultores, quod in suis glorificatus Deus sit sanctis, ut, ubi verbum non sufficit praedicantis, exempla prebeant amoris, quae operatus est vitae auctor in iustis. cf. 2. Thess. 1, 10.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT VITA SANCTI CORBINIANI.

(1[a]). Isdem venerandus vir Dei ex regione Militonense[3] ortus fuit, ex vico qui nuncupatur Castrus, ex patre Waltekiso[4], genitrice Corbiniana; qui dum in utero conceptus fuisset, divina praeveniente[b] genitor eius evocatione languori[c] correptus, ex hac luce migravit. Illius vero post obitum venerandus vir Dei natus est et genitoris sortitus vocabulum ex sacro fontis sumpsit lavacro; isdem unigenitus[5] dum fuisset, viduata mulier tante dilectionis soboli[d] caris[e] in suum conabatur filium[f] vertere vocabulum; in cuius usitato nomine adherebat infantulum[g], ut patrinomiae[6] privaretur vocationi, ut[h] matrinomius[6] existeret Corbinianus. Dum autem aetate prolixior venisset[i], coepit inspiratione existere divinitus et ad religionis summis[k] inicere vitae[7] nisibus et sacras inserere pectori leges, omnia mutabilia vane ambitionis gloriae parvi pendens, coepitque sacra lec-

I. Prol. Cap. 1. 1.

Prol. a) *m. al. corr.* assertionis 1. b) *m. al. corr.* lingua 1.

Cap. 1. a) *capita ipse distinxi.* b) gratia *m. al. superscr.* 1. c) *m. al. corr.* languoris 1. d) *m. al. corr.* sobolis 1. e) *corr.* cari 1. f) *m. al. corr.* filii 1. g) infantulu, *extrema hasta pallescente*, 1. h) et *coni. Petschenig.* i) *ita pr. m.*, vel fuisset *m. al. superscr.* 1. k) *subaudias* manus; *v. p.* 209, 15. 216, 17.

1) *Per inauditas assertiones, inusitatam elocutionis consuetudinem.* 2) *I. e.* ut p. r. linguae t. v. modulus. 3) *Melun (dép. Seine-et-Marne). Nomen vici alii Arpajon (arr. Corbeil, dép. Seine-et-Oise) interpretati sunt, alii Chartrettes (cant. Châtelet, arr. Melun, dép. Seine-et-Marne), sed neuter locus convenit, nomenque Castri satis commune ex ingenio auctoris ortum videtur esse; cf. supra p.* 136 *sq.* 4) Waldkis *nomen in Libro Confraternitatum ecclesiae Salisburgensis occurrit; cf. supra p.* 136. 5) *Nihilominus carnalis Corbiniani frater infra commemoratur c.* 33, *quem Ermbertum primum dioecesis Frisingensis episcopum fuisse voluit B. Vide supra p.* 137. 6) *Vocabula formata sunt, sicut 'binomius' (ita Gloss. Labb.).* 7) *I. e.* ad vitam rel.

tionis indagator existere, psalmodiam diligere, ieiunium amare, vigiliis saepe orando pernoctare, hospitalitatem diligere, ad hocque[a] divino perductus amore, ut seculum a iuventutis relinqueret flore[1], seque[b. 2] suae continentiae coepit solertissimus existere custos.

p. 562. *(2). Dum quadam die ad beati Christi confessoris qui[a] fuerat Germani ecclesiam in prefato conditam venisset Castro, qui[b] paene relicta[3] in urbe apparebat distructa[c], ante foras huius ecclesiae parvum sibi construxit ergastulum[4], tante dilectatus[d] solitudine semet ipsum inmergens, aliud nihil possidens, excepto ministros, qui sibi exteriorem exhiberent necessitatis[e] solatium, quos cotidie monitionis sacre studebat verbis inrigare, ut suae[f] imitatores existerent vitae: coepitque universa ad eum confluere plebs et sacra illius sectare[g] monitas[h], et quicquid, excepto stipendia corporis, oblata susceperat, indigentibus erogare praecipiebat.

(3). Dum quadam[a. 5] vindimiarum[b] advenisset tempus, coeperuntque primitias Dei deferre viro cellulae[6], quibus collectis, ministri vasum[c] non modicum impleverunt cellariae[d]. Dum quadam[e] noctis silentio mustus[f] intumiscere coepisset, tante vim vini fervorem vas sufferre nequiverat, spinam[7] eiecit tam fortiter, ut eius ictu sonitus cellulae aurem viri Dei commovisset. Qui statim gestam rem intellexit, ut erat[g], seque in orationem proiecit; silentium[8] suum ut servaret, ministris indicare distulit, sicque pernoctans orando, usque dum matutinas Deo solvere deberet laudes. His peractis, ex more tintinnabulo[9] ministros convocans, vini suspitionis damnum infertens[h. 10]: ex his cella-

I. Capp. 1—3. 1.

Cap. 1. a) hoc q:: (*ras.* ue) *m. al. corr.* hocq; 1; Ad hoc quoque *B.* b) seq:: (*ras.* ue) *m. al. corr.* seq; 1.

Cap. 2. a) *m. al. corr.* que fuerat, *sed mox haec delevit* 1. b) *m. al. corr.* que 1. c) *m. al. corr.* destr. 1. d) *m. al. corr.* del. 1. e) necesitatis *m. al. corr.* necess. 1. f) sanctae *Pertz.* g) *m. al. corr.* sectari 1. h) monita:, *ras.* s(?) 1.

Cap. 3. a) die *m. al. superscr.* 1; *v. supra l.* 6. b) *m. al. corr.* vindem. 1. c) vas:::, *ras.* enā (?) 1; *cf. p.* 191, 3. d) *m. al. delevit* cell. *et superscr.* et 1. e) *m. al. corr.* quodam 1. f) mustus, *m. al. superscr.* vel tum 1. g) ut erat *m. al. expunxit* 1. h) *ita primo* 1.

1) *Cf. Greg. Dial. I, prol.:* a primaevo iuventutis flore. 2) *Intellegas:* ipseque. *B:* et sanctae c. 3) *I. e. deserta in urbe.* 4) *Ergastulum pro cellula accipitur, quod infra legitur.* 5) *Pro 'quondam'; v. l.* 20. 6) *I. e. 'viro Dei deferre in cellulam', cf. p.* 191, 25. 7) *I. e. dolii epistomium. Cangius h. v.* 8) *Regula Benedicti c.* 42: Omni tempore silentium debent studere monachi, maxime tamen nocturnis horis. 9) *Ib. c.* 38: Si quid tamen opus fuerit, sonitu cuiuscumque signi potius petatur quam voce. 10) *I. e. suspicionem vini damni inferens.*

rio[1] qui praeerat, vocabulo Ansericus, arrepta clave, cellam ingressus, spinam pedes[a] submisse[2] manu collegebatur[b] propria; ad vasum[c] vero cum venisset, res mira et nostris stupenda temporibus! qui tam incolomis repertus est, quod nec gutta cecidisse conprobatur. Ad virum Dei cum detulisset, sub omni custodia silentii fieri decrevit miraculum. Greg. Dial. III, 5.

(4). Quadam vero die fur quidam antiqui hostis inmissione sine retractatione[3] mulam quandam ex propinquo rure furare[a] ausus est, supra quam ascendens propinquo[b] salto se inmergebatur[c] latibulis. Ministri vero viri Dei, vespero adpropinquante, mulam, quam prefati sumus, minimę repperere[d] potuerunt, huc illucque studiosissimę querentes atque discurrentes per latera montium et ima convallium atque silvarum saltos[e], nec non et ea perscrutantes loca, quo prius mula pascere[f] solebat, usque dum, peracto crepusculo, nox ita praevaluisset, ut coacti vacuique[g] *domui[h] reverterentur. Damnum mulae ad virum detulerunt[4] Dei. Ipse autem eos leniter consolatos amisit[5], seque in orationem prosternens et ita in fletu et lamentatione orando pernoctans[i], usque dum constituta hora matutinas Deo solvere debuisset laudes. His peractis, paulisper lectulo se deiecit, ut post tantam adflictionem modicam corpori dormiendi concederet requiem. Angelus autem in ipso matutinalis tempore[k] crepusculo ei per visum apparens, qui furem cum ipsa mula suae cellulae venire praedixerat. Cum a somno vir Dei suscitatus fuisset, nihil dubitationis animo inherens, sed, accepta fide, Deo retulens[l] laudes atque beato Germano, in cuius foribus sibimet ergastulum construxerat[m], in quo iacebat, ab oratione resurgens, ad[n] p. 563.

I. Capp. 3. 4. 1. 2 *(a l.* 29*)*.

Cap. 3. a) *m. al. corr.* pedis 1. b) collegebatꝰ *m. al. corr.* colligebat 1. c) *ita (?) pr. m., m. al. corr.* vas 1.

Cap. 4. a) *m. al. corr.* furari 1. b) *m. al. corr.* propinqui saltus 1. c) *ras.* ur 1. d) *m. al. corr.* repperire 1. e) *m. al. corr.* saltus 1. f) *m. al. corr.* pasci 1. g) coactiva cuique 1, *corr.* h) *ita scripsi (cf. supra p.* 157*)*; domum 1; domi revertebantur *B.* i) per noctans 1. k) *m. al. corr.* temporis 1. l) *m. al. corr.* retulit 1. m) mox de loco *m. al. add.* 1. n) *ab* ad *incipit* 2.

1) *Regula Benedicti c.* 31: Cellararius monasterii elegatur de congregatione sapiens, maturis moribus, sobrius — — sine iussione abbatis nihil faciat. 2) *I. e. spinam pedibus submissam.* 3) *I. e. haesitatione.* 4) *Regula Benedicti c.* 46: Si quis — — in quocumque loco aliquid deliquerit aut fregerit quippiam aut perdiderit vel aliud quid excesserit ubiubi, et non veniens continuo ante abbatem vel congregationem ipse ultro satisfecerit et prodiderit delictum suum *et q. s.* 5) *I. e. dimisit, ut saepe.*

fenestram quam citius cucurrens[a], signo ex more tintinnabuli ministros convocans[b], hisque astantibus[c] praecepit, ut venientem furem cum mula minime ledere deberentur[d]. Sed haec nequaquam ambitionis vana[e] gloriae ministris praedixerat, sed ut eorum mentis insaniam mitigaret, ut ne[f] furore coacti Dei virtutem in suam mutarent insaniam, ut aut rei sanguis[g,1] ab eo non fuissent[h] aut funditus eum per non[i] emissent. Vixque inperantis verba perciperant, et ecce[k]! ostium cellulae, ubi vir sanctus cum discipulis loquebatur, mula ingressa est: supersedentem obtulit furem ridigum[2] atque examentem[l] et dorso illius adherentem, ita ut quasi catenatus existeret et nequaquam, si velleret[m], descendere quivisset[n]. Quem vir Dei deponere ministris praeciperat[o]. Depositus namque et humo proiectus, ridigus terrae instar ligno[p] vel lapide examens et insensatus[3] iacebat, coepitque vir Dei tam increpatione quam monitione[q,4] a sua nequitia
cf. Gen. 45, 26. eum quasi a somno grave[r] suscitare[s]. Qui dum instar dormientis expergefactus, tumorem[t,5] animi vulnera[6] confitendo[u] pavore[v] doloris dixit, se amplius peccare detestans, quamvis inopiae[w] consumeri[x] debuisset, eumque[y] prostrato[z] iacente[a] atque ex animo confitente[b], ut vitam mutare debuisset, vir[c] Dei praecipiens, ut ex humo surgere debuisset:
p. 564. qui tam concitus[d] surrexit, quasi ridigus[e] atque *contractus minime fuisset. Et sic suae miseriae referebat historiam, quomodo in dorso asellae sine somno pernoctaret, tot mon-

I. Cap. 4. 1. 2.

Cap. 4. a) *m. al. corr.* currens 1. 2. b) *m. al. corr.* convocavit 1. c) stantibus 2. d) *m. al. corr.* deberent 1. 2. e) vane ambitionis gloriae *supra p.* 189, *l.* 27. f) nec 2; *cf. p.* 193, *l.* 22. g) *m. al. corr.* sanguinis 1. h) fuisset *m. al. corr.* fudissent 2. i) *m. al. add. ante* peremissent 1; per non emisset *m. al. corr.* non peremissent 2. k) ec̄ 1. l) ex *eras. et m. al. superscr.* vel exanimem 1. m) *ita pr. m., corr.* vell:::et 1; vellet 2. n) *ita* 1. 2; nequivisset *B.* o) preceperat 2. p) *m. al. corr.* ligni vel lapidis 1. q) (quam ad *m. al. in litura scr.*)monitione 1; quam ammonitione 2 *cum B.* r) *m. al. corr.* gravi 1. 2. s) suscitare:, *ras.* t(?) 2. t) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; *corr.* timorem 1, *et sic B.* u) conficiendo 2; *cf. p.* 198, 22. v) *deletis verbis* pavore — detestans, *m. al. superscr.* deposuisset, prae pavore se dixit non amplius peccare *et add.* que 1. w) *extremum* e *eras.* 1. x) *m. al. corr.* consumari 1. y) Cumque 2. z) *m. al. corr.* prostratum 1. a) *m. al. corr.* iacentē *et erasum vocabulum, quod superscriptum erat,* 1. b) *m. al. corr.* confitentē 1. c) *ita* 2; vir — debuisset *pr. m. om., m. al. superscr.* vir Dei ex humo surgere iussit 1; eum vir Dei de humo iussit surgere *(ita B* 1*a.* 9; resurgere *rell.) B.* d) *ita* 1. 2; concite *B*; concitatus *Riezler.* e) *m. al. corr.* rigidus 1. 2 *(semper).*

1) *I. e. 'aut rei sanguinis ex eo non fuissent aut f. eum non peremissent'. De accusativo* sanguem *cf. Forcellini Lexicon h. v.; Rönsch, 'Itala und Vulgata' p.* 265. 2) *I. e. rigidum a. exanimem.* 3) *I. e. nihil sentiens.* 4) *Cf. V. Haimhrammi c.* 36*:* monitionis nostrae atque increpationes. 5) *I. e. animi perturbatione.* 6) *Sunt peccata; cf. p.* 198, 22. 212, 10.

tium summitates atque convallium inriguas[a.1] circumisset[b], silvarum sita[2] atque veprium[c] densitates perambulasset[d], quasi a mula victus[e] ut fuisset. Quibus dictis veritatem vulnerata facies declarabat, et sic se ab inrationabile animale adductum[f] sine scientia ad virum Dei[g] fuisse professus est, qui rationabilis per intempesta noctis[3] evadendi viam vel latendi minimę[h] repperire potuerat. Sed quid mirum[i], quod orationes iustorum divini largitoris munere valeant vincla reprobis inicere et amentis[k] industria revocare, cum tanta suis electis divina praestiterit maiestas? Homo Helias dum fuisset passione nobis conpar, tamen (cf. 3. Reg. 17 sq.) imbres orando clauserat, caeli flabra verbo retinens, ut cum sterelitate[l] alimoniorum veri Dei proderet notitiam et Israhelitici[m] populi sterelitates[n] tersisset animarum, et quamvis coacti veram[o] susciperent imbrem[p], et suae praedicationis[4] eorum arentia conplueret[5] rura, et[6] pariter cum alimonia humus inriguus[q] non parturiret corporum imbre[7], coacti fame veram[r] susciperent imbrem doctrinae et germen fidei protulissent[s] Deo[t]. Itaque vir Dei oratione alligens[u] reum, ut a suae[8] nequitiae[v] solveretur animae, accepta paenitentia cum munera[w]: cui vir Dei tres argenteos largitus est, ut ne coactus vomitum lambaret[x] furti, qui letus (cf. Prov. 26, 11.) recessit.

(5). Coepitque[a] longe lateque fama eius crescere et fide- (Greg. Dial. III, 15.) lium ad eum fluere turba nobilium, ignobilium[9] utriusque sexui[b] verba ad audiendam[c] vitae, in tantum eximia[10] illius

I. Capp. 4. 5. 1. 2.

Cap. 4. a) *m. al. corr.* inrigua 1. 2. b) circumiisset 1, *corr.* c) veprimum *corr.* veprium 1; ut primum 2. d) perambulasse 2. e) *ita* 1 *(pr. m.)*. 2; *m. al. corr.* vinctus *et eras.* ut 1; vinctus *anteposuit Petschenig.* f) addictum *pr. m.* 2. g) Deus *pr. m.* 2. h) *ita* 1; minimae 2. i) miram 2. k) *ita* 1 *(pr. m.)*. 2. l) *m. al. corr.* sterilitate 1; sterilita:te, *ras.* s 2. m) Israhelici 2, *corr.* n) *m. al. corr.* sterilitates 1, *et sic* 2. o) *ita* 1. 2. p) *ita* 2 *(cf. l.* 17*)*; morem 1. q) *m. al. corr.* inrigua 1. 2. r) *ita* 1; varem *pr. m.* 2. s) protulisset *pr. m.* 1. t) Dei *pr. m.* 2. u) *ita* 1. 2 *(pr. m.)*. v) *m. al. corr.* nequitia 1. 2. w) *m. al. corr.* munere 2; muneret 1. x) *m. al. corr.* lamberet 1. 2.

Cap. 5. a) que *om.* 2; *cf. p.* 192, 15. b) *m. al. corr.* sexus 1. 2. c) *ita* 1. 2 *(pr. m.)*.

1) *Hunc locorum situm in Alpes magis convenire quam in regionem Melodunensem monuit S. Riezler. Cf. supra p.* 136. 2) *I. e. situs.* 3) *Cf. Greg. Dial. II,* 35: intempesta noctis hora *(cf.* 3. *Reg.* 3, 20*)*. 4) *I. e. sua praedicatione.* 5) *I. e. irrigaret.* 6) Et — non *pro 'nere'.* 7) *Subaudias 'sed'.* 8) *B:* ut a nequitia suae animae solveretur. 9) *Cf. Greg. Dial. III,* 14: Currere viri et feminae, nobiles atque ignobiles pariter coeperunt. *In charta forensi vallis Venusticae c. a.* 1394. *haec leguntur: 'gemainlich edel, unedel'; cf. de Ottenthal, 'Mittheilungen des Instituts f. Oesterreichische Geschichtsforsch.' II, p.* 113. 10) *B:* eximietas.

vitae perflagans[a. 1], ut ad summum maiorem domui[b] qui fuerat Pippinum[2] pervenisset, ita ut ipse suum per quendam praesidem pretiosissimum indumentum ex auro et lapidibus contextum, eximia varietate conpositum, quem ad campum[c], antiquorum[3] mos ut fuerat, Martias[d] utebatur, ad viri[e] Dei cellulam transmittebat seque humillima illius prece orationibusque[f] commendabat. Sicque nonnulli nobilitabant[g] eum senes[4], certatim concurrentes ad viri Dei *cellulam; alii pro[h] semet ipsis multa detulerunt, alii per directos exenia transmittebantur[i].

cf. Exod. 26, 31. — p. 565.

(6). Coepit namque vir Dei exterioras[a] occupationes[5] fletibus[b] atque lamentis tergere, diebus singulis in augmentum ducere dolorem, intrinsecus tactus, suspiriis adflictus, gemitibus frequentatus[c], quia tranquillitatem, quam quesierat, et solitudinem paene amisisse prospitiens[d] et paupertatem, quam amaverat, sibi deesse pertimescens et divitias, quas non quesiverat, in augmentum sibi amplius suisque dilatare, orationis studium ultra amittere[6] consuetudinem in responsis venientium et acceptione dantium et in dispensatione indigentium. In hisque[e] fatigatus tribulationibus, XIIII. suae cellulae impleverat annum: tunc demum inhians[f] consilium, ad Romam orationis studio ire decrevit et ibidem apostolici[7] doctrinae[g] commendasse vel eius exortatione, in quibusdam angulis ut sibimet et suis, qui venerant, beati demergaret[h. 8] Petri apostolorum principis patrimonia[9], et ibidem permeditans[10], sub ditioni[i 11] summi antestitis[k]

I. Capp. 5. 6. 1. 2.

Cap. 5. a) *m. al. corr.* perflagrans 1. 2. b) *m. al. corr.* domus 1. c) ad *add., sed eras.* 2. d) *ita* 1. 2. e) virum *pr. m.* 2; *cf. l.* 8. f) orationibus quae 2 *(pr. m.)*. g) nobilitabat *pr. m.* 1. h) *ita* 1. 2; per *Riezler*. i) *m. al. corr.* transmittebant 1. 2.

Cap. 6. a) *m. al. corr.* exteriores 1. b) flet. 2. c) *m. al. delevit* 1. d) prospiciens 2; perspexerat *B.* e) his qui fatigantur 2. f) *m. al. corr.* iniens 1. g) se *m. al. add.* 1. h) *m. al. corr.* mercaretur 1; *m. al. corr.* demergeret 2. i) *m. al. corr.* ditione 1. 2. k) *m. al. corr.* antistitis 1, *et sic* 2.

1) *I. e. perflagrans.* 2) *Pippinus II., die* 16. *Decembris a.* 714. *defunctus.* 3) *Sane antiquorum mos fuerat campus Martius, pro quo Pippinus rex campum Madium 'pro utilitate Francorum instituit'; cf. Fredeg. Cont. c.* 48. 4) *Intelleguntur seniores, optimates.* 5) *Gregorius M. in Regula pastorali II,* 7. *de* exteriorum occupatione *egit.* 6) *I. e. ultra consuetudinem dimittere.* 7) *Est sedis Romanae episcopus.* 8) *I. e. demercaretur, mercaretur, cf. p.* 195, 18. 9) *Intelleguntur praedia per ecclesiam acquisita; cf. chartam Frisingensem a.* 773 *(ed. Bitterauf I, p.* 87*):* patrimonia sanctorum a fidelibus christianis tradita. *Auctor vero B sicut infra c.* 25. *ita h. l. male scripsit:* patrocinia. 10) *I. e. valde meditari.* 11) *Charta Frisingensis a.* 773 *(ed. Bitterauf I, p.* 87*):* sub huius ditioni tituli sancti Martini.

huius liminis sub sancte[a] conversationis regulae[b] perduceret[c] vitam.

(7). Movit autem vir sanctus suum comitatum et universa sublectilia[a], que[b] in huius decenserat[c. 1] utilitatem. Iam praefatis[2] vite[d] divino[e] sibi deesse non dubitamus auxilium, quod incolomes[f] ceptum perfecit itinerem[g]. Oratione apostolorum facta[h] principis Petri[3], ad beatae memoriae Gregorii[4] pape[i] se contulit plantis: et suum[k] secretum sibimet[5] praedixerat[l] animi, et quibus coactus[m] *ne- p. 566. cessitatibus suum amiserat secretum et quomodo tranquillum humanis favoribus perdidisset portum et quibus secularium tumultibus carina in medium[n] magni maris iactaretur fluctibus[6], quod vix solitudinis marginem recolendo prospiceret, et amplius formidanda coniecit[7], temporalia a nonnullis congesta munera, quod sibimet ad pernitionis[o. 8] amplius cumulum[p] deputans quam ad vitae solatia[q], et quomodo munera sibi a fidelium[r] commissa secum detulisset, ut praedia beati Petri vel exigua frutecta mercare[s] quivisset et

I. Capp. 6. 7. 1. 2.

Cap. 6. a) *ita pr. m.* 1; sanctae 2. b) *m. al. corr.* regula 1. c) *ita* 1. 2.

Cap. 7. a) sub|lectilia *corr.* supellectilia 2; *m. al. primo corr.* universā subpellectilē quę, *deinde* universis subpellectilibus, quas 1. *Cf. infra p.* 207, 22. *et chartam Frising. a.* 765 *(Bitterauf I, p.* 53*):* sublectilia. b) quae 2. c) *m. al. corr.* vel decreverat 1. d) *ita pr. m.* 1; vitae 2; viae *Riezler*. e) *m. al. corr.* divinum 1. f) *m. al. corr.* incolomis 1. g) *m. al. corr.* iter 1; itinere *pr. m.* 2. h) *m. al. corr.* P. pr. ap. facta *et add.* in ęcclesia 1. i) papae 2. k) *m. al. corr.* sui 1. l) *ita* 1. 2. m) coactis *pr. m.* 2. n) *m. al. corr.* mediis 1. o) *m. al. corr.* perditionis 1; *m. al. corr.* pernetionem 2. p) amplius cum vel (*pro* cumu|) disputans (*m. al. corr.* deputans) 2. q) solatio *pr. m. corr.* solatia 2. r) *m. al. corr.* fidelibus 1. s) *m. al. corr.* mercari 1. 2.

1) *I. e. 'decensuerat' pro 'accensuerat', 'censuerat' eodemque verbo Sundarherius notarius Arbeonis episcopi a.* 773. *usus est (Bitterauf l. l. p.* 87*):* et in posteris condendum utile decensimus. 2) *I. e. praefatae.* 3) *V. Bonifatii c.* 6 *(p.* 28*):* et ad beati Petri mox ęcclesiam perveniens, diligenti se oratione munivit. *Post* facta *add.* in confessione *B, sed malim subaudire* ad sepulchrum, *collato loco simili p.* 210, 13. 4) *Gregorius II. papa die* 19. *Maii a.* 715. *consecratus cum Pippino maiore domus (infra c.* 10*) a.* 714. *defuncto haud facile conciliandus est. Totum autem Corbiniani iter Romanum suspectum est, cum ne Bonifatius quidem omnes ecclesiasticos honores eadem occasione accepisset neque cum pallio potestatem meritus esset per universum orbem praedicandi, sed eius exemplum Arbeoni praeluxerat, isque Willibaldi libro usus videtur esse; v. supra p.* 139. *Nullo modo credi potest Corbinianum iura pallii per universam Galliam exercuisse, ita ut episcopis Gallicanis quodammodo praefuisset.* 5) *Scilicet papae. B:* eique. 6) *Cf. Greg. Dial. I, prol.:* Ecce etenim nunc magni maris fluctibus quatior; — — dum immensis fluctibus turbatus feror, vix iam portum videre valeo quem reliqui. 7) *B:* adiecit. 8) *Nomen origine et significatione idem ac pernicies. Forcellini h. v.*

suam cum suis sub huius ditioni[a] auctoritatis[b] transitoriam terminaret vitam, ut sub[c] manuum suarum desudaret labore et opere precium[d] humi coegisset[e], sicut huius vitae norma declarat[1].

(8). Venerabilis namque et praenotatus papa viri[a] Dei cum audisset verba, illius non ignarus sensus quibus zelis accensis in deificum[b] fervebatur[c] opus, honestatem contemplabatur vultui[d], formam pusillam; membra tamen nobilitatis demonstrabantur[e] originem. Eratque vir facundissimus et[f] humanitati praecipuus, conversatione inter[g] omnes [cf. Eccles. 7, 10.] praeclarus, corde contra vitia ad irascendum velox[2], ad [cf. Is. 55, 7.] ignoscendum[h] conversis non piger, operatione[i] deditus, oratione[k] studiosus, psalmodiae praeclarus, vigiliis frequens. [cf. 1. Cor. 9, 22.] Sed quidnam[l] ex[3] eo dicendum est, qui[m] omnia omnibus [cf. Exod. 16.] fuisse non dubium est? Sicut manna Ebreorum[n] populo per desertum gradienti secundum[o] animi voluntatem diversis faucibus diversum reddebat saporem, itaque vir Dei spiritu sancto repletus, unicuique se congruens sexui vel aetati, ut per conversationis[p] studium ostendere quivisset exempla virtutum. Sed haec vir sanctissimus intuens apostolicus iam superius praenotatus, coepit cum suis inhire[q] consilium, [cf. Matth. 5, 15.] ut ne tot[r] luminis[s] fulgorem sub modium ponere deberetur[t], [cf. Luc. 8, 16. 11, 33.] sed veritatis[4] supra candelabrum conprobare testimonium, ut ab eo inradiantur[u, 5] ingressi, et ei sacerdotalem ex auctoritate beati Petri daretur[v] honorem et virgam pastoralis[6] regimine[w], quam[x] utebatur mente, ad[y] perfectionem

I. Capp. 7. 8. 1. 2.

Cap. 7. a) *ita pr. m.* 2 *(cf. p.* 194, 26*)*; ditione 1. 2 *(m. al.)*. b) auctoritati *fortasse recte* 2. c) *m. vetusta superscr.* 2. d) pretium 2. e) *ita* 1. 2.

(21). Qui dum revertendo Papiam pervenisset, ad portam urbis feretro superpositus[a] cuiusdam mortui corpus, ad[b] universus secutus est urbis primatus: mox *virum Dei p. 578.
contemplabantur, subtilius de persona et vocabulo sciscitantes[c]. Erat namque cadaver huius viri, qui Iberum viri[d] Dei rapere non verebat[e]: universis insistens ingens pavor, quia ipse disperatus a medicis facinus non abscondit. Vir Dei cum omni humanitatis reverentiae[f] a rege receptus, regali deductus aulae, quia nequaquam ea[g] principem latebant divinae virtutis potentiae miracula, gesta que[h] per viarum fuerunt spatia. Propterea milex[i] Christi ampliorem recipiebat honorem. His sedentibus, videlicet principem[k] atque Dei virum, mulier orbata viro et viduata flebili vultu vestigiis[l] viri Dei provoluta est, deducens Iberum viri Dei.

I. Capp. 20. 21. 1. 2.

Cap. 20. a) *ita* 1. 2; fusis *Riezler.* b) *m. al. corr.* flebili 1, *et sic* 2. c) *ita* 1. 2; inposito *B.* d) *m. al. corr.* perdidisset 1, *et sic* 2. e) *m. al. corr.* caenobium 1, *et sic* 2. f) permissiset, *primo* s *expuncto*, 2. g) *ita* 2; quidam *m. al. corr.* cuidam 1. h) saltus *m. al. corr.* saltim 2. i) tantae 2. k) *ita* 1. 2. l) *ita* 2; collegio:: 1; *v. supra p.* 204, *l.* 1. m) *ita pr. m.* 2; sententiam 1 *et m. al.* 2. n) *ita* 2 *(cf. p.* 218, *l.* 14: proclamitans 1*)*; proclamabant *B*; conclamitant 1. o) sacrae 2. p) *m. al. corr.* iniunctum 1, *et ita B.* q) *ita* 1 *(pr. m.).* 2*; m. al. corr.* officium 1, *et sic B.* r) *m. al. corr.* deberet 1. s) bedictione 2.

Cap. 21. a) *m. al. corr.* superpositum 1; superpositum *m. al. corr.* superpositus 2. b) ad *corr.* ac 1; at 2; corpus efferebatur, cui *B.* c) ciscitantes *pr. m.* 1. d) viro 2 *et Pertz.* e) *ita* 1. 2. f) *m. al. corr.* reverentia 1. g) *ita* 1. 2. h) *m. al. corr.* que gesta 1. i) *ita pr. m.* 1; meles *pr. m.* 2; *m. al. corr.* miles 1. 2. k) *m. al. corr.* principe atque D. viro 1. l) vestiis *pr. m.* 2.

1) *Supra c.* 6 *sqq.* 2) *Ista synodus iusto iure inter spurias numerata est; cf. Jaffé, Reg. ad a.* 724, *p.* 251[2], *supra p.* 140. 3) *B:* ex multis testimoniis. 4) *Officium librarius B vocabulum interpretatus est et verbum additum pro 'dimittere' accipitur.* 5) *V. Bonifatii auctore Willibaldo c.* 6 *(p.* 28*):* postulata benedictione. 6) *B addit:* tristis.

a viro suo machinis diabolicis[a] et nefande[b] insidie raptum, forme[c] et speciae[d] decoris inmense[e], quasi debiti viri sui mortis reum; insuper ducenti soliti[f] adferens viri[g] Dei obtulit, dicens, virum suum eadem die percussum fuisse, in quo[h] inlecebris[1] machinis viam viri Dei inpedire non verebat[i], ex qua percussione langor[k] cottidie[l] dolori fomitem ministrasset, et sue[m] disperatus[n] iam a medicis coniugi praecepisset, ut sub omnis diligentiae curis ipsum cavallum custodire deberetur[o] et viro Dei reddi et facinus animi vulneris nefandum confiteri, insuper debiti[p] inpensionis aurum deferri, ut pro eum[q] vir sanctissimus depraecare[r] divinam digneretur[s] clementiam. Quibus dictis verbis atque doloris vir eminentissimus conpassus est rex: concitus ex trono[t] prosiliens, genuis[u] provolutus episcopi, ne hoc sperneret, quod obtulit insuper, et suum reciperet, quem amisit, et ne[v] totam eminentiae contristaret domui[w], tanti viri detrimentum conflerent[x, 2] anime[y] in disperatione[z], cuius ammissionem iam receperant[a] corporis. Insuper universi adstantes vituperantem deposcebantur[b, 3]. Coactus consensit, surgentem consolabatur leniter regem, ut ne bis summa vindicandi[4] polliceretur pietas; qui hic in corpora[c] vindicabatur, debitum confitendi[5] illuc ne[d] iniceret poenam[e]; suis insuper orationibus, ut valeret, adiuvaturum professus est. Fide recepta viri Dei verbis, viduata mulier recessit a tante[f] potestatis culmine. Quamdiu[6] contentus pontifex et cum summa honoris reverentia muneris[g] non modicis iturus a rege valefactus amissus[7] est, cum necessitudinis ordinatione Trientinis[h] finis ingressus.

(22). Cum autem non longe a castro venisset in pratas[a],

I. *Capp.* 21. 22. 1. 2.

Cap. 21. a) diabicis *pr. m.* 2. b) *m. al. corr.* nefandis insidiis 1; nefandę insidiae 2. c) formae 2. d) spetiae 2. e) inmensę 2. f) *m. al. corr.* ducentos solidos 1; *m. al. corr.* d. solidi 2. g) *ita* 2 (*cf. p.* 211, *l.* 19); viro 1. h) *ita* 1. 2. i) *ita* 1. 2. k) *m. al. corr.* languor 1, *et sic* 2. l) *ita* 2; cotidie 1. m) suae 2. n) *ita* 1. 2. o) *m. al. corr.* deberet 1. p) *ita* 1. 2. q) *m. al. corr.* eo 1. r) *m. al. corr.* depraecari 1. s) *m. al. corr.* dignaretur 1, *et sic* 2. t) throno 2. u) *m. al. corr.* genibus 1. v) *m. al. superscr.* 2. w) *ita* 2; domus *m. al. corr.* domum 1. x) *ita* 1. 2. y) animae 2. z) desp. 2. a) receperant. Corporis *distinxit* 2. b) ur *eras.* 1. c) *ita* 1. 2. d) nec 2. e) paenam 2. f) tantae 2. g) *m. al. corr.* muneribus 1. h) *ita* 1 (*pr. m.*). 2; Trientinos fines *m. al.* 1.

Cap. 22. a) *ita* 1 (*pr. m.*). 2 (*m. vetusta*); prata 1 (*m. al.*). 2 (*pr. m.*).

1) *Gloss. Labbaei:* Inlecebrus, fallax, decipiens; *cf. Gloss. lat. ed. Hildebrand p.* 167; *G. Goetz, Corpus glossariorum Latinorum IV*, 351, *l.* 27 *(cod. b)*. 2) *I. e. deflerent.* 3) *Pro 'deprecabantur'.* 4) *I. e. 'bis vindicare'.* 5) *I. e.* confitenti debitum, *scilicet culpam.* 6) *I. e. aliquamdiu retentus;* Non longe post — detentus *B.* *Cf. infra p.* 214, *l.* 14. 7) *I. e. dimissus.*

que[a] appellabantur *Rumannianas[b. 1], quidam ex suis, cuius iam superius[2] longe fecimus mentionem, ammissarium[c] conspiciens cuidam sequente iumente[d], cognovit[e], veretro novato[3] calcibus iumentarum[f], in tanta maceriae[4] deformen[g], ut vix eum agnoscere potuisset viri Dei furto ablatum. Qui contemplatus, viro Dei indicare curavit; qui eum cognoscere[h] dissimulans et suis sententiam[i] silere praecipiens. Cum autem urbis[5] adpropinquasset portam, ecce! comis[k] tribunus[5] qui fuerat, Husingus eius[l. 6] factus in obviam pedibus provolutus est; facinus a se commissum[m] non abscondit et damnum, quod obtulit[n], professus est. Ablato[o] verecundiae velamen, timore coactus, furti[p] inlecebre[7] machinationis professus est ordinem, quomodo formis nobilitatis[q] Iberi concupiverat, ut suis dilectum iumentis inmitteret ammissarium[r], propter nobilitatis propagatione[s] in postremum conservare pertractans, et eum, quem emere pretio non valuisset, furto[t] silenter abstrahi praecipisset, ne tanti iumenti propagatione vacuus remansisset. Quo facto, divina consecuta est vindicta: furto viro Dei ablatum ammissarium[u] inter suas, eo transeunte, inmittere non verebat[v] iumentas[w], quorum plus minus quadraginta tribus[8] conplebatur[x] numerus, quae[y] elefantino morbo correpte[z] divinae vindictae consumpta fuisse professus est, excepto superstitem singularem[a], cui sequebatur iam maceriae iumentus informis et, quod linguae pudet loqui, ut praefacti[b] sumus, dependente verenda nudata calcibus iumentarum, ita ut naturalis eum non caperet vagina. Pro quibus verendis verecundie stimulis permoti hoc miraculum divinae operationis virtute ab lam- p. 579.

I. Cap. 22. 1. 2 *(ad l.* 24*).*

Cap. 22. a) q; *m. al. corr.* que 1; quae 2. b) *m. al. corr.* Rumanniana 1. c) *m. al. corr.* aemissarium 1; amissarium 2. d) *ita* 2 *(pr. m.);* iumentę 1; *m. al. corr.* iumento 2. e) agnovit *Pertz cum B.* f) iumentorum *pr. m.* 2. g) *ita* 1; deformem 2. h) agnoscere 2 *cum B.* i) sententiis 2. k) comes 2. l) *ita* 1. 2. m) non ab commissum *iterata, sed deleta* 2. n) *m. al. corr.* abstulit 2. o) ablata 2, *corr.* p) furtim *m. vetusta superscr.* 2. q) nobilitatis, *ras.* s 2; nobilitati 1. r) *m. al. corr.* emissarium 1; amissarium 2. s) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; *m. al. corr.* propagationem 1. t) forto *pr. m.* 2. u) *m. al. corr.* emissarium 1; amisarium *m. al. corr.* amissarium 2. v) *ita* 1. 2. w) iumenta *pr. m.* 2. x) complebitur *pr. m.* 2. y) que 1. z) correpto 2. a) singularem — *p.* 220, *l.* 1 *sq.* cellulae sufficeret, *folio exciso, desunt* 2. b) *ita pr. m. (cf.* saepefactus *apud Ionam p.* 124*), corr.* praefati 1.

1) *Romagnano vicus ad Athesim situs prope Tridentum.* 2) *Scilicet Ansaricus; cf. supra c.* 3. 18. 3) *I. e. mutato, sed praeferam:* nudato; *cf. infra l.* 26: verenda nudata calcibus. *B vero ita corrigit:* nocuato, *i. e. nocito, laeso.* 4) *Idem ac* macie, *quod exhibet B.* 5) *Scilicet Tridenti. Husingus supra c.* 16. *princeps vocatur.* 6) *Coniungas* eius pedibus. 7) *Vide p.* 212, *n.* 1. 8) XLII *B.*

mine[a] sepulchri illius argentee, posite[b,1] manu artificis, abstrahebamus[2] insignem. Qui dum haec praefatus tribunus confiteretur, duos quod[c] secum obtulit[3] meliores habebat Iberos. insuper nihilominus ducentos solidos auri, humili voto deposcens, ut vir Dei pro delicto oblationem deductam[4] non sperneret et sibi, commissam iam paenitentiam delicti, p. 580. amittere non dedignaretur delictum. *Quibus auditis, vir Dei vehementer inrisit, sed iam satisfacto veniam laxare dignabatur actum illius; cum multa[d] transiebat honore[5].

(23). Finem[a] iam Baiuvariorum ingressus, ad Maiensem[6] usque dum veniret castrum, de praepositis captus custodibus[7], nec[b] ulterius transire sinebant eum, nisi ad eorum principem declinare voluisset, ibique nolens quamdiu[c,8] coactus contentus[9] est, usque dum illorum directus[10] a totius principe[11] Crimoaldo reverteretur. Is vir Dei sue inpedimenti viae considerans divine virtutis vacuam non fuisse, ad beati Christi confessoris Valentini[12] sepulchrum orationi studio cum declinasset, praefato siti[d] castro, animo adhesit, circumiens universam montanam urbis confinium, terram fructiferam silvarum copia, inter duos rivos[13] locum secretum et pervium excepto[14] habitatoris tramite, quae appellabatur usitato nomine Cainina[e,15]. Intellexit per spi-

I. *Capp.* 22. 23. 1.

Cap. 22. a) lamnine 1; *cf. p.* 210, 5. b) argente eposite 1; depicto *supra p.* 210, 8. c) *m. al. corr.* quos 1. d) *m. al. corr.* multo 1.

Cap. 23. a) *m. al. corr.* fines 1 *cum B.* b) *ita m. al.* 1 *cum B;* ne *pr. m.* 1. c) *ita B et supra p.* 212, *l.* 25. *A:* condiu *fortasse pr. m.*, tomdiu *m. al.* 1. d) *ita recte* 1; sibi *Riezler (errore typographico?);* sito in eodem castro *B.* e) *ita* 1 *cum B;* Camina *Pertz et Riezler.*

1) *Ponere pro formare poetae accipiunt; cf. Verg. Eclog.* 3, 44*:* Alcimedon duo pocula fecit, — — Orpheaque in medio posuit silvasque sequentis. 2) *Idem ac tollere; v. supra p.* 205, *n.* 5, *SS. rer. Merov. VI, p.* 529. *et V. Haimhrammi c.* 18*:* martyris genitalia inpudenter abstrahere veriti no sunt. *Arbeo igitur illud miraculum verecundiae causa e lamina sepulchri sustulerat.* 3) *Verba discerpta in hunc ordinem redigas* duos quos secum meliores habebat Iberos obtulit. 4) *Immo 'adductam'.* 5) *Husingum per ministeriales suos Corbinianum usque ad fines Baiuvariorum deduci iussisse voluit B, instituta sui aevi in oculis habens.* 6) *Mais prope Meran; v. supra p.* 110 *sq.* 7) *B addit:* sicut longe superius diximus, a Grimoaldo duce praeceptum esse, *et sane eiusmodi mandatum Grimoaldi ducis supra c.* 15 *(p.* 204 *sq.) commemoratum est.* 8) *Pro 'aliquamdiu'.* 9) *B:* detentus. 10) *I. e. legatus. B:* missus. 11) *Suppleas:* gentis; *cf. infra c.* 33*:* ad totius principem genti. 12) *De Valentino supra p.* 106. *disserui.* 13) *Inter rivulos Timonem et Finalem monente interpolatore B, c.* 19. 14) *B:* p. absque habitatoris tramite, *sed verba ita intellegenda sunt: 'locum pervium habitatoribus absque tramite'.* 15) *Hodie Kains vel Kuens vicus prope Meran in dextra Passeris fl. ripa situs.*

ritum, sine divina voluntate contentum non fuisse; considerans loci secreta et ad cultum relegionis vitae dilectabilem, ammavit[a. 1]. Hii qui missi fuerant revertebant[b] a principe; virum Dei cum summa dulcedine venire ut non pigeretur insistebant, et si sponte, accepto imperio, non vellisset[c], tamen coactum[d] deduci deberetur. Intellexit vir sanctissimus virorum insidias; in praenotato castro submissa[e. 2] sublectilia[f], cum parte sequestrium[3] secutus est verbis directorum[4] prioribus.

(24). Palatium cum pervenisset, per quemdam[a] ex suis principi mandare curavit, ut nequaquam faciem illius videre vellisset[b], nisi suam prius caram quam habebat coniugem amisisset[5]. Habebat namque Crimoaldus tunc in tempore uxorem fratris sui[6] Theodoalti[c. 7] post obitum, quam sibi adulterina dilectatione[8] *sumpsit in matrimonium, quae secundum huius carnis putridinem videbatur decora, nomine Pilidrud, generis[d] praeclara ex Gallorum partibus suae[e] genetrice secuta, ingenio[f] superflua: que[g] episcopi dictis minime

p. 581. Greg. Dial. I, 4.

I. Capp. 23. 24. 1.

Cap. 23. a) *m. al. corr.* amavit 1. b) *m. al. corr.* a pr. revertebantur 1. c) *m. al. corr.* voluisset 1. d) *m. al. corr.* coactus 1. e) *m. al. corr.* dimissa 1. f) *m. al. corr.* sublectile 1.

Cap. 24. a) *m. al. corr.* quendam 1. b) *m. al. corr.* voluisset 1. c) *ita* 1. d) *m. al. corr.* genere *et in marg. add.* Nota 1. e) *m. al. corr.* suam genetricem 1. f) *m. al. corr.* ingenia 1. g) q; *m. al. corr.* $\frac{i}{q}$ 1.

1) *Interpolator B addit, Corbinianum de hospitiolo secreto ibi construendo iam cogitasse, si locum condigno pretio comparare potuisset, possessoresque diligenter percunctatum esse.* 2) *I. e. relicta; B:* dimisit. 3) *I. e. sequentium, comitatus.* 4) *I. e. legatorum.* 5) *B:* a se expelleret. 6) *Litterae Gregorii II. papae Martiniano, Georgio, Dorotheo 'euntibus in Baioariam' datae c.* 6 *(MG. LL. III, p.* 453*):* Ipsud quoque unius viri et uxoris coniugium doceatur in proximitate sanguinis non esse penitus praesumendum, id est ne quis uxorem patris aut patrui vel fratris — — audeat sibi coniugio copulare aut in adulterio sociare. 7) *Nomina* Theodolt. Waltrat *in ordine ducum defunctorum cum coniugibus et liberis Libri confraternitatum vetustioris monasterii S. Petri Salisburgensis locum post* Crimolt. Pilidruth *(MG. Necrologia Germaniae II, p.* 26*) occupant, cumque Theodoaldo uxor* Waltrat *fuisse videatur, non video, quomodo Arbeo noster cum hoc documento conciliandus sit, nisi statueris* Pilidruth *secundi tori consortem eiusdem ducis fuisse; v. supra p.* 112. *Neque B. Sepp in dissertatione supra p.* 115, *n.* 1, *citata nimium feliciter de filia Theodoaldi cogitasse videtur, nam nomina feminea iuxta duces posita vix aegreque aliter interpretari licet atque uxorum. In Calendario saec. VIII. litteris Saxonicis scripto, cuius fragmentum apud comitem de Walderdorf asservabatur (Necrologia III, p.* 369*),* 8. *Id. Oct.* Theodbaldi ducis *memoria celebratur.* 8) *I. e. delectatione.*

consentire declinaverunt[a]. Ipse autem in sua perseverans sententia permansit; egregii praedicatoris exhibebat testimonia Pauli[1], huiusmodi alienos a regno fore Dei, seque nihilominus[2] esse inmemorem Davitico carmine tituli[3] agentis, conviatorem adulteranti cursibus sibimet adhibere partem, pro talique criminis factum[b] Iohannem ad[c] Herode esse interemptum[4]. Sicque per quadraginta vir Dei contentus[5] diebus, horum se abstrahens obtutibus, per suos cotidię monere[d] curavit, ut tam execrabilem[e] amitterentur coniugium. Cuius monitioni perseverantiae nunc dulcidinem Dei regni blandis promittebatur[f] verbis, nunc paenarum vires invexit aspera[g], terribilem venturum minitabatur[h] iudicem: divino[i] non deesse credimus solatio. Ad promissionis seperandi[k] perduxit salutem, qui suis praesentati aspectibus, humo provoluti se peccasse minime silent; extensis brachiis terrae prostrati, ad remedia confessionis penitendo confugiunt. Quorum capitibus vir Dei manum initiens[l], signo salutis munire curavit; ex humo erigens, lapsis penitentiae[m] designans viam salutis, remediorum solatia elimosinarum[n] adipisci praecipiens et amplius peccare non sinens, sicque domum ingressi, communem salubriter sumpserunt convivium: tam corporis alimoniam[o] quam animarum[o] a viro Dei propinabantur sacramenta.

(25). Tunc vir Dei locum dilectabilem[6], cuius supe-

I. Capp. 24. 25. 1.

Cap. 24. a) declinar̄ (*i. e.* declinarunt) *inter scribendum corr.* declinaverunt 1; m. c. destinaverunt *coni. Petschenig: at* consentire nolebant *B; cf. SS. rer. Merov. VI, p.* 529, 45. b) *m. al. corr.* facto 1. c) *ita* 1. d) monore 1; ammonere *B.* e) *m. al. corr.* execrabile amitterent 1. f) ur *eras.* 1. g) *m. al. corr.* asperas 1. h) *ita* 1. i) *m. al. corr.* divina — solatia 1. k) *m. al. corr.* separandi 1. l) *ita* 1; inponens *B.* m) *m. al. corr.* penitentiam 1. n) *m. al. corr.* elimosinis 1. o) *ita* 1.

1) 1. *Cor.* 6, 9. 2) *Pro 'nequaquam'.* 3) *Ita intellegam locum:* Davitici carminis tituli aientis, comitem itineris adulterantis sibimet adhibere partem *(cf. Ps.* 49, 18*).* 4) *Matth.* 14, 10. 5) *I. e. detentus.* 6) *Intricata locorum descriptio vix et ne vix quidem explicari potest. Locum delectabilem, cuius Arbeo in c.* 23. *meminit, interpolator B (c.* 19*) ad vicum Caininam rettulit, addens:* in confinio Magense, *atque etiam insequentia cum eodem loco coniunxit, quasi:* sancti Valentini atque beati Zenonis in eam *(scilicet basilicam illic aedificatam)* patrocinia *(i. e. reliquias) collocasset et in eorum honorem basilicam dedicasset, id quod in litteris Henrici episcopi Brixinensis a.* 1191. *iteratum est (cf. v. Hormayr, 'Sämmtliche Werke' I, p.* 122*). Sed locum Caininam auctor B in c.* 17. *a vicina S. Valentini ecclesia distinxit et ecclesia ibi constructa S. Mauricio a.* 1291. *sacra erat neque Valentino et Zenoni (K. Atz et A. Schatz, 'Der deutsche Anteil des Bistums Tirol' IV, p.* 310*). Mihi locus delectabilis praeter Caininam et vineas ibi sitas, quibus Frisingenses praefectum cellae postea praeposuerant (K. Atz

rius[1] memoriam fecimus, principi sibimet a possessoribus emere iusto pretio indicare curavit. Quibus dictis *libentissimo animo factis consecutus est princeps, ita[2] ut ibi vir Dei habitaculum construeret, oratorium moeneis[a] solitaret[b], vinearum plantans copiam, pomifera conponens arbusta[3], insuper sibi iniunctam beati Valentini Zenonis patrimoniam[c] curavit[4], coepitque fama illius propagare se per orbem, et[d] cuius nunquam divina cessabatur[e] laus ore[5]. p. 582.

(26). Quadam vero die cum ad prandium cum prefato duce consedisset, sibi adpositam mensam manu salutifere et ore muniret vexilli[6], non de[a] proprio[7] vel cui praeposi-

I. Capp. 25. 26. 1.

Cap. 25. a) *m. al. corr.* moenibus 1. b) *m. al. corr.* solidaret 1. c) patromoniam *pr. m.* 1. d) a *B; malim* ex. e) ur *eras.* 1.

Cap. 26. a) đ 1.

et A. Schatz l. c. IV, p. 309*), etiam Valentini sepulchrum 'in praefato situm castro', scilicet in Maiensi, comprehendere videtur, cuius Arbeo item in c.* 23. *meminit, nam facere non possum, quin oratorium, quod 'ibi' moenibus Corbinianus solidarerat, atque habitaculum ab eo constructum cum oratorio (c.* 43*) vel ecclesia Valentini (c.* 38*) Maiensi comparem, cuius muri (c.* 40*) et domus adnexa (c.* 43*) commemorantur. Attamen haec Valentini ecclesia proprium patrimonium habebat, quod sibi iniunctum praeter locum emptum Corbinianus curavit, atque Zenonis nomen additum ad castrum montis Zenonis, iam Zenoburg, prope Meran situm, spectare cum C. Stampfer, 'Gesch. der Stadtmauern von Meran', l. l. p.* 28*, n., consentio. Certe uterque locus in dextra Passeris ripa situs est, dum vicus Mais in sinistra iacet, atque Valentini sepulchrum una cum Corbiniani in monte Zenonis extitisse iam Bartholomeus Tridentinus asseruit (v. supra p.* 110*), cui situi abrupta montium talia, qualia Arbeo descripsit, convenire videntur. Ecclesiola vero S. Valentini ('St. Valentinkirchlein') vel potius S. Stephani, cuius historiam enarraverunt K. Atz et A. Schatz l. c. IV, p.* 248 *sqq., in sinistra Passeris ripa sita est dimidiaeque horae spatio a vico Obermais abest, eaque ad Valentinum et ad Corbiniani tempora non relata est nisi a scriptoribus recentioribus; v. supra p.* 185.

1) *Supra c.* 23 *(p.* 214 *sq.).* 2) *Quomodo fundus in loco qui dicitur Cainina acquisitus esset, interpolator B ita exposuit, Grimoaldum possessores convocasse datoque pretio agros, prata, vineas cum parte alpium emisse, emptores, immo venditores, haec illi in proprietatem confirmasse, quae mox per manus Corbiniani ecclesiae S. Mariae in castro Frisingensi tradita essent.* 3) *Charta Frisingensis a.* 772 *(ed. Bitterauf I, p.* 72*):* cum pomifera arbusta atque nemora. 4) *B addit:* et alimoniam pauperibus praeparavit. 5) *In B caput integrum sequitur, quomodo Chorzes locus, hodie Kortsch prope Schlanders, Grimoaldo traditus et a Corbiniano emptus esset, qui eum ecclesiae S. Mariae Frisingensi tradidissent. Kortsch vicus una cum Mais et Kains a.* 931. *episcopo Frisingensi restitutus est; v. supra p.* 154. 6) Signo *excidisse coniecit P. Geyer, comparans c.* 45. *ex.:* salutiferi vixilli cum posuisset signum. *B:* salutifero crucis Christi signo. 7) *Locum ita intelle-*

tionis porrigeret panem, praenotatus princeps ex mensa dilecti[a] sibi proiciens panem cani, incuriae non veritus praesumptioni. Dum hoc vir intueret[b] Dei, dextro pede trispicii[c, 1] calcem dedit, ut tante mense argentea vasula[d, 2] per pavimenta cenaculi volverentur; ex scamno prosiliens, agebat[3], ipsum tante benedictionis[4] fore indignum, quem canibus non verebatur[e] proicere. Domum egressus, ex illius se minitabatur abstrahere curis et nequaquam ulterius communem sumere cybum. Quibus factis, mulier inmiscere nitebatur[e] mortem, invidiae accensa, viri concubitu alienata, p. 583. a verbis viri Dei hoc evenisse asserens. Propterea *cotidie cf. Gen. 37, 8. invidiae fomitem ministrabat; aiebat, hoc ob principis dispectum aegisse episcopum, Brittanorum origine[5] ortum, aliud nil quam mortis reum proclamitans. Dux rem considerans, patientiae servans custodiam, castri aditum claudere imperans, ne tantus a se recederet furore accensus vir. Ipse cum primatibus palatium egressus, viri Dei provolutus vestigiis, satis[6] pollicebatur factionem; motum muneribus mitigavit episcopum: ab humo erectus, osculum offerebantur[e] pacis et sic communem sumpserunt cybum. Caeperuntque[e] viro Dei divitias, quas non amaverat, cottidianis insistere chronis[7] atque augescere loca.

I. Cap. 26. 1.

Cap. 26. a) *m. al. corr.* dilecto 1. b) *m. al. corr.* intueretur 1. c) *ita* 1; trispiti *B.* d) vascula *Pertzius cum B.* e) *ita* 1.

gam: 'neque de proprio sumeret aut cuiquam propositionis porrigeret panem', et sunt propositionis panes, qui sabbatis in mensa aurea in Sancto constituta apponebantur; cf. Exod. 25, 30, *et alibi. B:* superpositam consignavit alimoniam.

1) *Sulpicius Severus, Dial. II,* 1, 4: in sellula rusticana, ut sunt istae in usibus servulorum, quas nos rustici Galli tripeccias, vos scholastici aut certe tu, qui de Graecia venis, tripodas nuncupatis. *Francogall. 'trépied'. Cf. H. Schuchardt, 'Der Vokalismus des Vulgärlateins' I, p.* 37. 94. 2) *Festus apud Paul. p.* 248, *ed. Müller:* Patellae, vasula parva picata, sacrificiis faciendis apta. 3) *I. e. aiebat.* 4) *Benedictiones sunt eulogiae, munera; cf. Gen.* 33, 11: Et suscipe benedictionem quam attuli tibi. *Cangius. Cf. Lerison, 'Histor. Jahrbuch'* 37, 1916, *p.* 685 *sq.* 5) *His verbis contumeliosis, quae B praetermisit, veram Corbiniani consuetudinem ecclesiasticam Arbeo revelasse videtur, quam itineribus Romanis confictis in longe alium statum vertebat; v. supra p.* 113. 6) *Scilicet satisfactionem pollicebatur; B:* satisfactionem spopondit. 7) *Chronos (χρόνος), i. e. tempus, vocabulum Graecum, quod legitur in chartis Frisingensibus ex ore Heredis conscriptis a Sundarherio a.* 774 *(ed. Bitterauf l. l. p* 93): perarare nomina debemus chronique prius, quod erat in anno XXV. d. et i. Tassilonis ducis, *et ab Heripaldo a.* 776 *(Bitterauf p.* 97): chrono superius conprehenso.

(27). Cum quadam die vir Dei domui[a.1] proprii villa publice Frigisingas site demorasset, molestia corporis contigit[a], ut more solito in vicino monte beati Stephani oratorio minime venire quivisset, matutinas Deo solvere laudes. Clerum suscitans, illuc[a] ire praecipit, hisque ascendentibus, vox psallentium in ecclesia in obviam facta est coris, tantaque concordia modolaminis magis ac magis audientium auribus perstrebebat[a], quanto eminentiae[a.2] propinquius[b] veniebant; ex fenestris et tecto tanta vim claritas luminis radiebat[c] per latera montis, ut diei superaret claritatem[3]. His festinantibus, ecclesie ianuam ingressi, tantus[d] claritatis fulgor evanuit: odor namque incredibili suavitatis flagrantia inundabat[4], ut per triduum non abducte[5], sed quasi naris praesentiae sitae aestimabantur. Nimio pavore perterriti velut mortui humo ruebantur[e] alii ante foribus[f] ecclesiae[g], alii limina ingressi; qui ex tanta experti[6] terrore, vires receptos[h], domui confugebant[i], sententiam viro innotescebantur[k] Dei. His auditis, se illic[l] deferre praecipiens, et ibimet ad manendum domum construere exiguum[m] iussit.

(28). Cum autem ministri in aquarum fatigatione in tam[a] celsitudine se *fugisse montis conquererent et eam p. 584.
deferendo tot spatii[b] desudare murmurarent, quadam die episcopus diluculo consurgens solus, montis latera considerans, iuxta oratorium plagis meridiane in orationem humo se prostravit. Ea conpleta, baculo, a quo sustentabatur, humi infixit. Dum paulisper perfodiret, tanta aquarum[7]

I. Capp. 27. 28. 1.

Cap. 27. a) *ita* 1. b) *ita scripsi;* propinquus 1. c) *m. al. corr.* radiabat 1. d) *ita pr. m.*, tantę *m. al.* 1. e) ur *eras.* 1. f) *m. al. corr.* fores 1. g) *ita* 1. h) *ita pr. m.*, receptas *m. al.* 1. i) *ita* 1. k) ur *fere eras.* 1. l) *m. al. corr.* illuc 1. m) *m. al. corr.* exiguam 1.

Cap. 28. a) *m. al. corr.* tanta 1. b) *m. al. corr.* spatiis 1.

1) *B:* in episcopio Frigisingas. *Anno* 772. *traditio facta est (Bitterauf l. l. p.* 70*):* ad domum episcopalem, sancte Mariae honore suffulti, castro Frigisingas site ecclesiae, *et eodem fere tempore (MG. Concilia II, p.* 97*) episcopi et abbates Baiurariae inter se convenerunt, ut pro defuncto sodali episcopus 'in domo sua, id est episcopale', abbas in coenobio missas canendas curarent.* 2) Ecclesiae *B. Eminentia pro loco edito serenoque supra accipitur, quod alibi ad nobilitatem generis spectat; cf. supra p.* 212, 16, *et traditionem Frisingensem Ortlaipi de Helphindorf a.* 772 *(Bitterauf l. l. p.* 78*):* homo eminentiae *(i. e. eminentia)* cuncta praecellens. 3) *Cf. Greg. Dial. II,* 35*:* tantoque splendore clarescere, ut diem vinceret lux illa, quae inter tenebras radiasset. 4) *Cf. Greg. Dial. IV,* 14. 16. 5) *Scilicet 'ut p. tr. nares non abductae, sed q. in praesentia sitae aest.'.* 6) *Pro 'expergiti', sicut apud Fredegarium; cf. SS. rer. Merov. II, p.* 562. 7) *Exemplo Moysis (cf.*

habundantia desudabat, ut ad omnem utensiliam[1] cellulae sufficeret ministerio[a], insuper ut[b] usque ad imam montis crepidinem deflueret et, eo vivente[c], numquid[d, 2] deesset. Cum autem vir Dei obisset et eius corpus a nobis ablatus[e] fuisset[3], per XL annos humus aridus[f] sine aqua remansit[g]; eo iterum adducto[4], in pristinam habundantiam aquam ministrabat, cuius nostri assertioni intuentium oculis ipse testatur fons[5]. Sed ad[h] historiae narrationis redeamus ordine[i, 6].

I. Cap. 28. 1. 2 *(a l. 2).*

Cap. 28. a) *in* ministerio *redit* 2. b) *om.* 2. c) veniente *pr. m.* 2. d) *m. al. corr.* numquā 2. e) *m. al. corr.* ablatum 1. f) *m. al. corr.* arida 1, *et sic* 2. g) remensit *pr. m.* 2. h) *m. vetusta superscr.* 2. i) *m. al. corr.* ordinē 2.

Exod. 17, 6; *Num.* 20, 11) *et Benedicti, de quo persimile miraculum enarravit Gregorius, Dial. II,* 5.

1) *Chartae Frisingenses a.* 743. *et* 757 *(Bitterauf l. l. I, p.* 27. *et* 36*):* iumentas, pecodes et omnem utensiliam, *cuius formulae loco in charta Karoli maioris domus a.* 723 *(MG. Dipl. I, p.* 99*):* mobilibus et inmobilibus *legitur, et intelleguntur quaecumque erant bonorum commoda (nobis 'nutzungen'); cf. chartam a.* 772 *(Bitterauf I, p.* 71*):* reliqua autem utensilia, id est campis, pratis, pascuis, silvis aquarumque decursibus et quicquid nostris ditionibus esse videtur, haec autem omnia loci huius utensilia. 2) *B*: numquam. 3) *Infra c.* 35 *sqq.* 4) *Anno* 765; *cf. infra c.* 41 *sqq. Ex hoc loco annum emortualem Corbiniani computari licet; cf. supra p.* 116. 5) *'Korbiniansbründl' apud S. Stephanum, cf. F. X. Sulzbeck l. l. p.* 93; *M. Fastlinger, 'Das Todesjahr des H. Korbinian' (v. Deutinger, 'Beiträge z. Gesch., Topogr. u. Statistik des Erzb. München u. Freising VII, N. F. V', p.* 1, *Monachii* 1901*). Auctor carminis 'De Timone comite et de miraculo fontis sancti Corbiniani' post a.* 834. *ad Hludowicum Germanicum scripti (MG. Poetae lat. medii aevi II, p.* 120 *sqq.) originem fontis his versibus (v.* 95 *sqq.) celebravit:*

Corbinianus eum Christi de munere praesul
Iussit inexhaustas fundere semper aquas,

vimque eius mirabilem pluribus cecinit, qui aegros sanasset, canibus vero inde bibentibus exaruisset, deinde precibus, ieiuniis, crucibus imploratus 'cambutta' Corbiniani adhibita:

Affuit et cambutta patris quam suspicit arca
Eius pendentem desuper ossa fovens,

iterum exsiluisset (v. 131*):*

Hanc nec durat hyems, torrente nec aret ab aestu,
Nec sentit solem nec pavet alluviem,

denique cani comitis perniciem attulisset inde bibenti. Cambutta, scilicet baculum, quo Corbinianus fontem illum elicuisse dicitur, teste Ioanne Freiberger, V. Corbiniani (ed. Finauer l. l. p. 91*) 'adhuc pendet coram summo altari cathedralis ecclesiae Frisingensis', id quod etiam C. Meichelbeck I, p.* 24, *contendit.* 6) *In epistula, quam Heripald 'iussus ex ore Heredis episcopi' a.* 769, *die* 20. *Ianuarii scripsit, haec leguntur (Th. Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising' I, p.* 58*):* Sed ad superioris redeamus ordinem. *Cf. supra p.* 146.

(29). Cum quadam die vir Dei ad castrum[1] ire[a] vellisset vespertinas ad[b] *beatae[c] Mariae[d] ecclesiam persolvendas laudes, cui Deo auctore deservimus, ecce! quaedam mulier rustica cum munere sibi in obviam facta est, maleficiis[e] suspitione viro Dei iam ante devulgata, cum que[f] honosti[g] carnium ibant viri et animal vivum deducebant. Quam[h] vir Dei cum intueretur, subtiliter inquirebat, quaenam illius fuisset adventus. Invida mulier: quendam[i] iuventutis flore[2] ducis sobole[k] quibusdam occultis daemoniorum[l] intuitibus[3] fuisse commotum, quem suo nefando carmine[4] et inlecebris[5] artibus perduxisse ad salutem[6]. Quibus dictis, vir Dei vehementer expavit, ex equo prosiliens, in tanta[m] furore commotus, ut ipsam iam anem[n, 7] propriis cederet manibus et cuncta sibi[8] data pauperibus ad portam distribueret civitatis. Introitum urbis amisit[9]; domi reversus, perfidiam ducisse[10] deflere non cessabat. Sotiaque[o] antiqui hostis, ut serpens in paradiso, mulier, sparsis crinibus, viris[p] receptis[q], cruentatam faciem ducisse[r] flebile[s] demonstrabat voce; quam intuita[t] furore incensa, vultu mutato[u], vim aspicientibus[v] demonstrabatur[w]: veneno[x] episcopi vitam insidiare conabatur, sed prodere ea viro distulit; latenter insidias suoque praeparans laqueo, cuidam[11] vocabulo Ni-

p. 585.

cf. Gen c. 3, 1.

I. Cap. 29. 1. 2.

Cap. 29. a) *ita pr. m.*, ire voluisset *m. al.* 1; ire velisset 2. b) *m. al. corr.* cod 1. c) beatine *corr.* beatę 1. d) memoriae *pr. m.* 2. e) malefiis 2. f) *m. al. corr.* qua 1. g) *m. al. corr.* honusti 1; onusti *B*; honesti 2. h) quod 2 *et Pertz cum B.* i) q^u^endam 1; quendem 2, *corr.* k) *m. al. corr.* sobolem 1. l) dem. 2. m) *m. al. corr.* tanto 1. n) *m. al. corr.* anum 1; canem *m. vetusta corr.* anam 2. o) *ita* 1; sociaque 2. p) *m. al. corr.* viribus 1. q) receptas 2, *corr.* r) *corr.* ducise 1. s) *m. al. corr.* flebili 1; flebilē 2, *corr.* t) uxor praedicti principis *m. al. add.* 1; incesta uxor principis *add. B.* u) vultum utato *pr. m.* 1. 2. v) *ita* 1. 2. w) ur *eras.* 1. x) *ita* 2 *et fortasse* 1; veneni *Riezler;* vim veneni *B.*

1) Frigisingas *add. B.* 2) *Cf. Greg. Dial. I, prol.:* iuventutis flore. 3) *I. e. visionibus. B:* inlusionibus. 4) *Litterae Gregorii papae Martiniano, Georgio, Dorotheo 'euntibus in Baioariam' datae c.* 9 *(MG. LL. III, p.* 454*):* Ut incantationes et fastidiationes sive diversae observationes dierum kalendarum, quas error tradidit paganorum, prohibeantur, sicut maleficia et magorum praestigia seu etiam sortilegorum ac divinantium observatio execranda. *Concil. Neuchingense a.* 772. *c.* 4 *(MG. Conc. II, p.* 100*):* ne forte carminibus vel machinis diabolicis vel magicis artibus insidiantur. 5) *V. supra p.* 212, *n.* 1. 6) *B addit:* et exinde haec exenia deportare. 7) *Anus in genetivo et dativo singulari facit etiam 'anuis', 'anui'. Forcell. et Thes. ling. Lat. II,* 199. 8) *Immo 'ei'. B:* cuncta quae cum ea portabantur exenia. 9) *I. e. reliquit.* 10) Principis *B.* 11) *B insulse addit:* secretario suo. *Agitur potius de vicario (infra p.* 222, *l.* 7*) aut subactore (p.* 223, *l.* 17*), scilicet de iudice secundo Frisingensi, qui post comitem enumeratur (charta a.* 807/8, *Bitterauf I, p.* 238*:* Mezzi comes.

noni silenter praecipiens, cum ab eadem villa recessissent[a], collectis famulis, episcopum interemissent.

(30). Cum quadam die ad aliam se mutassent[a] generaliter villam, his transeuntibus, quidam pernitiem insidie[b] per fratrem suum[1] beate[c] memoriae *nutritorem meum Ermbertum[d, 2] viro Dei mandare curavit, quod eadem nocte mulieris insidiae a praefato vicario occideret, nisi se mutationis[3] loci studiose salvaret[e]. Qui reversus, cuncta viri[4] Dei dicta disponens, quibus machinis laqueatus esset, nisi se studiose prudentiae abstraxisset, his dictis fidem fecit[5], noctis intempesta silentio[6] occulte ad aliam equitabatur[f] villam. Eodem sequente crepusculo, ecce! praenotatus Ninus, collectis famulis, domum circumdat viri Dei; quem[g] dum

p. 386.

I. *Capp.* 29. 30. 1. 2.

Cap. 29. a) *ita* 1; recesset *m. al. corr.* recessissent 2.

Cap. 30. a) *corr.* mutasset 1. b) *m. al. corr.* insidiarum 1; insidiae 2. c) beatae 2. d) Erinbertum (?) *pr. m.* 2. e) *ita* 1. 2 *cum B.* f) *m. al. corr.* equitabat 1; aequitabatus *corr.* equit. 2. g) Quam 2.

Engilperht vicarius) *et alibi centenarius appellatur (charta a.* 819; *Bitterauf I, p.* 369*:* Engilberti centinarii; *cf. G. Waitz, 'VG.' III,* 2, *p.* 393, *n.* 3[2]*). In vetustissima charta Frisingensi a.* 743. *data inter testes signa utriusque iudicis deprehenduntur* (*Bitterauf I, p.* 28)*:* Anulo iudicis *et* Reginoni iudicis, *quibus in charta a.* 760. *signa* Raginoni presidi *et* Cundpaldi iudicis *respondere videntur, atque Ragino 'ad genealogiam quae vocatur Fagana' pertinebat, unam e quinque gentibus nobilibus Baiuvariorum.* Ninonis *nomen quod supra legitur satis alienum unde venerit ignoro, nisi illud cum posteriore parte nominis* Raginonis *comparaveris, qui iudex etiam Arbeonis aevo munere suo fungebatur.*

1) *Auctor B Ermbertum fratrem Corbiniano distincte attribuit his verbis:* per fratrem ipsius episcopi, *sed ad textum A 'frater' potius ad 'quidam' referendus videtur esse, ita ut 'quidam' fratre suo usus esset, qui Corbiniano insidias nuntiasset. Licet is 'unigenitus' supra c.* 2. *dictus sit, tamen in c.* 33. *non solum carnalis eius frater ab auctore primigenio A commemoratur, sed etiam 'Ermbertus' idem ab auctore B dictus est neque facile inter duos locos distinguendum videtur esse. Ermbertus autem frater Corbiniani fuisse nequit nisi maior natu monente Meichelbeck l. l. p.* 25, *sique Corbinianus unigenitus matris fuisset, fratrem eodem patre natum esse oporteret, monente S. Riezler p.* 233*; v. supra p.* 137. 2) *Ermbertus vel 'Erembercht' episcopus Frisingensis a.* 739. *institutus est, quo Bonifatius totam Baiuvariorum provinciam in quattuor dioeceses divisit (V. Bonifatii auctore Willibaldo c.* 7, *p.* 38*; supra p.* 118*), atque antiquissima charta traditionis ecclesiae Frisingensis a.* 743. *data eius meminit (cf. Bitterauf l. l. p.* 27*), qui non post Kal. Ian. a.* 747. *defunctus est; cf. supra p.* 119. *'Ermperhtus' episcopus in ordine episcoporum vel abbatum defunctorum vetusti Libri confraternitatum monasterii S. Petri Salisburgensis (MG. Necrologia Germaniae II, p.* 26*) locum post Virilonem episcopum Pataviensem occupat.* 3) Mutatione *B.* 4) *Lege: 'viro Dei dicta exponens'.* 5) *B:* adhibuit. 6) 3. *Reg.* 3, 20 *(= Greg. Dial. III,* 4*):* intempestae noctis silentio.

diligentissime scrutarentur, cure[1] se repraehensos in necem episcopi, et minime repererent[a], cuncta evertentes, vacui reversi sunt. Ipse autem, sumpto secum clero, locum amisit[2], Maiense[b] castro se contulit, per quendam ex suis ducisse[3] summe mandare curavit, quod sub omni celeritate ipsa in foveam, quam viro paraverat[c], cum suis rueret, Dei cf. Prov. 26, 27. gloriam ammittere regni, inopie[d] consumptam vitam finire. His auditis insidiis, viri Dei summus princeps a suae conposite[e. 4] coniuge per directos episcopum nitebatur ad se reverti. His dicentibus, nihil declinans agebat[5] oportere Zezabelis[f] insidias cavare[g]. His dictis, reversi sunt; sed cf. 3. Reg. 19, 2 sq. quibus insidiis vindicta foret secuta, scribendi stilum[h. 6] minime abstrahere opinor.

(31). Ipse[a] praefatus etiam et carus puer, quam[b] nefando carmine praenotata[c] machinis diaboli praecantabat mulier, vivendi finem fecit. Eo mortuo, Crimoaldus[d] ab[e] insidiatoribus interemptus est. Praefatus subactor[7], qui in necem episcopi collegium fecit, probram[8] pertulit mortem: in necessum[f. 9] dum purgare iret alvum, lantie[g] icto[h] vivendi finem fecit. Ad ultimum[10] praenotata coniux[i] *in fide p. 587. decepta Carolo Gallis secuta[11], amissa potestate et gloriae

I. Capp. 30. 31. 1. 2.

Cap. 30. a) *m. al. corr.* reperirent 1. b) *m. al. corr.* Maiensi 1, *et sic* 2. c) paravarat *pr. m.* 2. d) inopiae 2. e) compositae con:iuge, *ras.* g 2. f) *ita* 1 *et m. al.* 2 *(cf. Ionae V. Col. l. I, c.* 18*);* Gezabelis *pr. m.* 2. g) *ita* 1; cavere 2 *cum B.* h) stulum *pr. m.* 1.

Cap. 31. a) In se *pr. m.* 2. b) *m. al. corr.* quem 1. c) praenotato 2, *corr.* d) *ita corr. e* Crimoaldos 1. e) *versu exeunte m. vetusta suppl.* 2. f) *m. vetusta corr.* necessarium 2. g) *m. al. corr.* lantee 1; lanceas 2. h) ictu? i) coniunx 2 *(pr. m.)*.

1) *I. e. 'cura, vel potius solliciti, ne deprehensi essent in nece episcopi'.* 2) *Cf. p.* 221, *n.* 9. 3) *B:* principi demandavit. 4) *I. e. 'His aud. ins., viro Dei a sua coniuge compositis, s. pr.'.* 5) *I. e. nihil inclinans aiebat; B:* dixit. 6) *Cf. supra p.* 99, *n.* 2. 7) *Scilicet Nino, qui supra c.* 30. vicarius, *ab auctore B autem* secretarius *dicitur.* 8) Probrosa morte *B. Probi Append.* 201, 27. *ed. Keil:* Inter probum et probrum hoc interest, quod probum iustum significat, probrum vero ignominiosum esse demonstrat. 9) *I. e. secessum vel necessarium, e quibus unum vocabulum Arbeo formavit.* 10) Pilidrud *add. B.* 11) *Karolus a.* 725. *fines Baiuvariae ingressus (Breysig, 'Jahrb. des fränk. Reiches' p.* 53*; Mühlbacher, 'Reg.' I, p.* 15[2]*),* subacta regione illa, thesauris multis cum matrona quandam nomine Beletrude et nepta sua Sunnichilde regreditur, *teste Continuatore Fredegarii c.* 12, *atque Sunnichildis, neptis et Pilidrudis et Odilonis (cf. Ann. Mettenses ed. de Simson p.* 32*; Ann. Einhardi a.* 741, *ed. Kurze p.* 3*), ducis Baiuvariorum ex anno* 735/6, *successoris Hucperti, concubina Karoli post mortem Hrothrudis uxoris (cf. Ann. Petav., Laurésham., Nazar. a.* 725*; SS. I, p.* 9. 24 *sq.) facta est, mater Griphonis.*

decorem, propriis exuta substantiis[a], nil quam asellum sub vectigali[1] possidens, quem secuta in Italiae partibus vitam finivit. Ceteri, qui ex illius prodebantur[2] utero[b], tante[c] pulchritudinis forme, sub[3] multa tribulatione regno privati vitalem amiserunt flatum sicque viri[4] Dei consummati sunt[d], ut, ex illis ne qui[e, 5] essent, dubium non est.

(32). Hucpertus cum intrasset in regnum[a], cum omne[b] dulcedine et summe[c] honoris culmine virum Dei revocitans[6], quem in tanto venerabatur honore, dignus ut erat meritis, et sibimet sacro fontis sociavit lavacro[7].

(33). Cumque exitus viri Dei adpropinquasset, ut vitam mutare debuisset, tempore[a] migrationis non ignarus, suum carnalem Italiae direxit fratrem[8] ad totius principem genti[b], ne ab ipso[c] patrimonium[9] ab eo auferret, et suum recipere sepulturae praeciperetur corpusculum, quem ibidem beato Valentino deputavit vivus, quia eosdem[d] castros dominabantur in tempore Longobarthi[e, 10]. Hoc octabo ante obitum suum mandare curavit die, et horam egressionis[f] praedicens[g], alium ex suis quendam suum duci[11] direxit[h] et suum praedicit obitum, votis deposcens consummationem[i], ut cadaver deferre imperaret, ubi vivus pollicebatur.

I. Capp. 31—33. 1. 2.

Cap. 31. a) substantus *corr.* substantur 2. b) utere *pr. m.* 2. c) tantae pulchritudinis formae 2. d) s::t *m. al. corr.* s̄ 1. e) nequi essent 2; nequi esset 1; nequitie *Riezler.*

Cap. 32. a) reguum 1, *corr.* b) omni 2. c) *m. al. corr.* summo 1, *et sic* 2.

Cap. 33. a) *m. al. corr.* temporis 1. b) *m. al. corr.* gentis 1. c) (ip *m. vetusta suppl.*)so 2. d) *m. al. corr.* eisdem castris 1, *et sic* 2. e) *ita* 2; Longobardi 1. f) egresionis 2. g) praedicans *pr. m.* 2. h) durexit 2, *corr.* i) coms. 2, *corr.*

1) *Vectigalia sunt vecturae, vehicula teste Cangio. B:* asellum ad subvectionem. 2) *I. e. prodibant.* 3) *B:* cum multa tr. 4) *Intellegas:* viro. 5) *I. e. 'ut dubium non sit, quin nulli de illis supersint'.* 6) *B:* revocavit. 7) *Benedictionarium ecclesiae Frisingensis (Morin l. l. p.* 185*):* Et tunc quidem disposuisti corpora potari, nunc autem animas lavacro baptismatis expurgare. *Locum Velserus ita interpretatus est: 'Credo', inquit, 'quod principis liberos episcopus tinxerit', et similiter Suyskenus, AA. SS. Sept. III, p.* 276. *Corbinianus patrinus factus videtur esse subolis Hucperti ducis, qua re sacro fontis lavacro sibi eum sociavit, sicut Secundum episcopum Tridentinum Theudelinda regina; Paulus, H. Langob. IV,* 27*; cf. supra p.* 115. 8) Ermbertum *add. B.* 9) *Scilicet praedium ecclesiasticum a Corbiniano acquisitum; v. supra c.* 25. *B vocabulum ita interpretatus est:* firmitatem sui proprii conquestus *(i. e. possessionis)* in Magiensi castro, quod sanctae Mariae tradidit. 10) *Liutprandus rex Langobardorum, maritus Guntrut, filiae Theodeberti Baiuvariorum ducis, apud quem exulaverat (cf. Pauli H. Lang. VI,* 43*), 'initio regni sui' plurima Baiuvariorum castra ceperat (Paulus l. l. VI,* 58*), quae a.* 765. *iterum in dicione eorundem erant; v. infra c.* 41 *sq., supra p.* 121. 11) *B:* ad Hugbertum principem.

*(34). Veniente iam exitus suae[a] die, balneum praeparare iussit, ex more abluens corpus, capillos totondi[b] curavit[1], veste[c] indutus, sacrificium ex more obtulit Deo, viaticum[2] propriis recipiens manibus. Missarum conpleta sollemnia, domum ingressus, post tanti[d] Christi perceptione[e] corporis[3] vinum deduci[4] iussit: accepto calice, modicum sumpsit. Eum propinatori[5] manibus deponans[f], nihil doloris simulans, signum salutis capiti pressit et vivendi finem fecit[6]. Qui a ministris in beatae Dei genetricis Mariae ecclesiae traditus est sepulturae[7], funere ingenti tanti amissionis[g] patris. p. 588. Sept. 8.

(35). His[a] principe[8] reversis summo directis, cum summis imperio curis ut corpus tanti deferre deberentur[b] patris ad locum, quem poscebatur[c] vivus[d. 9]; qui XXXmo ab humo deductus[e. 10] die tam vivi similis forma repertus est, quasi valens somnum pertulisset vivus. Confluebant namque multitudo virorum ac mulierum quasi ad ingens spectaculum; tanti pontificis lamentabantur abcessum[f].

(36). Cumque[a] corpus pontificis plaustri opposuissent[11], circumdata multitudine, quadam[b] puella cum sibi sotia secretius stabat vocabulo Magata[12], cumque[c] illam sistrix[13] in-

I. Capp. 34—36. 1. 2.

Cap. 34. a) *m. al. corr.* sui 1. b) *ita* 2; detondi 1; tondere *B.* c) vest& 1. d) *m. al. corr.* tantam 1. e) *ita* 2; perceptionem 1. f) *ita pr. m.* 1; disponens *pr. m.* 2; *m. al. corr.* deponens 1. 2. g) *m. al. corr.* amissione 1.

Cap. 35. a) *m. al. add.* a 1, *habent* 2 *et B.* b) *m. al. corr.* deberent 1. c) *m. al. corr.* poscebat 1. d) vivum *pr. m.* 2. e) deductos, *pr. m. corr.* 2. f) *ita* 1. 2 *cum B.*

Cap. 36. a) cum quo 1. b) *m. al. corr.* quedam 1. c) cum quae *pr. m.* 1.

1) *B addit:* caput et barbam radere. 2) *Sacra eucharistia. Cangius.* 3) *B addit:* et sanguinis. 4) *B:* adduci. 5) *I. e. pincerna.* 6) *Anno* 725. *vel paulo post Corbinianus mortuus est; v. supra p.* 116. *Colitur die* 8. *Sept., scilicet festo nativitatis Mariae; cf. supra p.* 115 *sq. Petrus de Natalibus VIII,* 54*:* Devotus virginis gloriose die nativitatis eius in pace quievit, videlicet VI. Idus Septembris. 7) *Teste interpolatore B pluvia et procella per* 30 *dies (cf. l.* 14*) continuos taedium defuncti indicabant, in ecclesia Valentini requiescere desiderantis.* 8) Hucberto *add. B, sed priorem legatum Corbinianus potius ad Liutprandum regem miserat, qui 'totius princeps gentis' supra c.* 33. *appellatur, locumque ita construas:* His directis *(scilicet legatis)* a summo principe *(cf. p.* 230, 18*)* reversis ut cum summis imperii curis *(*summe cure *infra c.* 42*), ut utraque legatio et in Italiam et ad Hucpertum missa comprehendatur.* 9) Magias *recte B, qui add.:* ut ibi in ecclesia sepeliretur sancti Valentini. 10) *I. e. ex humo adductus, prolatus.* 11) *B:* inposuerunt. 12) *Goth. 'magaþs', i. e. puella.* 13) *Ea quae adstabat. In codicibus B* 9. 9 *a. b* socia *legitur; v. p.* 177.

